



Tractatus
Sacerdota
lis.


H-8-63



H-8-63



63

A decorative border of small, repeating floral motifs surrounds the central text. The motifs are arranged in a rectangular frame, with a horizontal row at the top and bottom, and vertical columns on the left and right sides.

Donacion hecha á la Biblio-
teca de la Universidad Lite-
raria de Zaragoza, por el *Ilmo.*
Sr. Obispo de Palencia el Doc-
tor y Catedrático D. Juan
Francisco Martinez en 1828.

1564



TRACTATUS

SACERDOTALIS, DE ECCLESIASTICIS SACRAMENTIS AC DEBITIS eorum administrationibus, deque censuris ecclesiasticis canonice obseruandis, presbyteris (maxime curam animarum gerentibus) pernecessarius: compilatus per reuerendum **Nicolaum de Ploue** decretorum doctorem dignissimum.

¶ Aliud insuper subtilissimi theologi **Ioannis Gersonis** opus tripartitum.


¶ Pluresque alios mire fecunditatis eiusdem tractatulos pro confessoribus singulares materias doctrinales necnon admonitiones saluberrimas complectentes.

¶ Hic postremo habes dubiorum in celebratione missarum occurrentium resolutiones argutissimas.

¶ Impressum **Cæsaraugustæ**, in ædibus **Bartholomæi de Nagera**.

M. D. LVI.

N. 17. 708



PROLOGVS.



MEDICE CURA TE-
 ipsum. Lucæ. iij. cap. Sicut ait
 Grego. prima parte sui pasto-
 ralis. ca. ij. Quis autem cogita-
 tionū vulnera occultiora nesciat esse vul-
 neribus viscerum. Nimirum videtur medi-
 cum spiritualem multo subtiliorem debe-
 re fore medico corporali, qui vt bene cu-
 ret vitia multa, peritia opus habet, præfer-
 tim vt vim pigmentorum spiritualiū cōside-
 rans priusquam cæteros curare desideret,
 circūquaq; regulas medicinæ cognoscat.
 Alioquin artis spiritualis imperitus, & in
 seipso ignoratiæ cōfossus vulneribus alios
 mederi properet audire nō immerito me-
 rebitur, Medice cura teipsum. Magna
 quippe stultitia est vt idem ait Gregorius
 si aliquis alios mederi properat qui & ipse
 in facie vulnus portat, & maxima plena
 clemētia est: vt inquit in pastorali. ca. ij. dū
 hi qui nequaquā præcepta spiritualia cogno-
 uerūt cordis se medicos profiteri nō me-
 tuūt, dum qui pigmentorū vim nesciunt
 videri medici carnis erubescūt. Recte igitur
 cuiuslibet taliū dicitur. Medice cura te-
 ipsum. Quos igitur medicos cordiū appel-
 lare ad præsens melius cōuenit q̄ curato-
 res animarū. ipsos videlicet rectores eccle-
 siarū quibus ille thesaurus est traditus pro-
 quo nō parcat Deus pater qui proprio fi-
 lio suo non pepercit. vt dicitur ad Ro. viij.
 Quibus etiā ille vulneratus qui incidit in
 latrones curadus fouēdusque à Samarita-
 nis relictus est Luc. x. Vnicuiq; enim ipso
 rū dicitur. Curā illi⁹ habe. Et rursus Deus
 per prophetam. Custodi virū istum qui si

lapsus fuerit anima tua erit pro anima ip-
 sius. Porro dominus per Ezechielem. iij. &
 xxxij. ca. cōminatur cuiuslibet curatori di-
 cens. Sanguinē eius de manu tua requirā,
 quasi dicat quia vita & mors subditorum
 posita est in manus prælatorum. vnde dici-
 tur Iudith. viij. Ex nobis pēdet anima illo-
 rum. Hac itaq; sentētia cōmonitus quisq;
 prælatorū & rectorum penset periculum
 sui regiminis, & artem doctrinamq; discat
 spiritualis curationis quatenus in se igno-
 rantia curare possit vulnera, & in subdito-
 rum cordibus per sanā doctrinam & salu-
 brē pœnitētiā sciat sanare contagia deli-
 ctorum. Ne (quod absit) dum sanandi re-
 gulas nesciat, & ad sanandum commissos
 subditos sustinet iuste sibi obijci audiat de
 eisdē, medice cura teipsum. Recte namq;
 prælatō ignorati dicitur vt prius in se suffi-
 ciētem artem curadi spiritualium morbo-
 rum habeat q̄ emplastrum sanadis vulne-
 ribus adhibeat. Nam vt ait Gre. in regi.
 Verecundum est & dicere pudet q̄ sacer-
 dotes ducatū arripiunt, qui exordium re-
 ligiosæ vitæ non nouerūt, licet in quibus-
 dam catholicis mysterijs ignorantia tole-
 rāda foret, eo q̄ in plerisque melius est ne-
 phare quā curare, in quibusdam etiam
 iuxta Augustinū in libro de verbis domi-
 ni, melius est infidelis ignorātia q̄ temera-
 ta sciētia. In ecclesiasticis tamen mysterijs
 ordinādis disponēdisq; omnino dānabilis
 est. De quibus est illud verbū apostoli. j. ad
 Corin. xiiij. Si quis autē ignorat ignorabi-
 tur. Ordinis nāq; ignorātia quo videlicet
 ordinē quicquid agēdum est in ecclesia cō-

turbat negotiorū naturā formamq; meritorum. Nam statutis facere iniuriam vel contrarie non est intelligere: sed errare vt inquit Ambrosius super Beati immaculati. Hinc est qd dominus requirit seruū prudentem quem cōstituit super familiā suā. Matth. xxiii. Prudentem dixero, vt sciat quo ordine, quo sensu, quo modo, quo fine quicquid gerendum sit. Alioquin si cæcus cæco ducatū præstet: nonne ambo in foueam cadūt? Matth. xv. Non enim cæcus cæcum ducere potest. Sic nec indiscretus prælatus subditum indiscretū potest per viā ducere salutis. Et quoniā his periculosis tēporibus in pluribus ecclesijs contra sancta instituta in administrādis sacramentis quæ sunt instrumēta spiritualis curationis, plerofq; non tā errasse q̄ variasse circa eādem cognouimus adeo vt vera sit illa Rabanensis sentētia. Cōmune est medicorum semper circa ægritudines variari. Vnde si tres vel quatuor medici veniūt ad infirmum: nunquā in assignatione vel exhibitione curæ conueniunt. Hæc ille. Et hoc idem, quod verū sit heu nostris tēporibus res fidelibus subiecta populis quotidiana experiētia clarius manifestat. Profecto siquidem cum aliquod sacramentorum administrandū sit in Ecclesia Dei, vix diœcesis totius clerus in ipso ritu & canonicè tradendo concordat aut cōuenit. Sed nunc in hac Ecclesia hic addit: in alia ille minuit. Ille præponit postponenda. Ille postponit præponenda. Ille benedictionē persuadet. Ille nequaquā asserit. Ille corrigit librum tanq̄ deuium & erroneū. Ille cor-

rigit corrigentem tanq̄ ignarum. Sic prælati mutua discrepatione collidentes, nō sine graui scandalo animos subditorum in cōfusionis labyrinthum præcipitant & demergūt. Porro nos Stanislaus Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Poloniensis paternā sollicitudine pastoralis officij excitati inter tot fluctinagos excursus viam cupientes ostendere certiorē præsentem tractatum de administrandis ritè ecclesiasticis sacramentis celebrandisq; missarū solennijs & cēsuris ecclesiasticis canonicè obseruandis per venerabilem virum magistrum Nicolaum de Ploue, decretorū doctorē capellanum nostrum, deuotū fideliter collectum, & plena discussione masticatum de fratrum nostrorum Poloniensis capituli consilio & assensu præuia deliberatione approbatum omnibus & singulis rectoribus ecclesiarum parochialium habendum & tenendū ad vnguē perfecte præcipimus & mandamus volentes secundum ipsum in administrādis sacramentis, celebrandis officijs censurisq; obseruādis, omnes & singulos dirigi & gubernari. Statuentes quod si (quod absit) quispiam per Archidiaconum nostrum, aut per testes nostros sinodalis tempore visitationis repperitus fuerit, qui secundum dicti tractatus formam modum & dispositionem se non gesserit in omnibus supradictis: aut qui eundem non habuerit præ manibus poenam sinodalem irremissibiliter persolendam pro prima vice se nouerit incurfurū. pro alijs vero vicibus ad arbitrium nostrū de cætero puniendum.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

¶ DE SACRAMENTIS in genere.

Quoniam natura humana post lapsum considerata sub alligatione peccati maximæ eget gratia Dei, per quã ab illa infectione peccati purgetur, & ad statum originalis iustitiæ reducatur. iuxta illud: Omnes peccauerunt & egent gratia Dei. ad Roma. iij. & v. c. Talis autem gratia purgans infectionem in tribus consistit quæ unicuique sunt necessaria ad salutem, quæ sunt fides, bona operatio, & fidei sacramenta. Hæc autem tria secundum Hugonem de sacramentis lib. j. parte. x. Ita sibi cohererent ut salutis effectum habere non possint si simul non fuerint: quia fides nec habet meritum si dum potest operari negligit. Iuxta illud Iacobi. ij. Fides sine operibus mortua est. Nec bonum opus aliquid est sine fide: sine qua impossibile est placere Deo. ad Hebr. xj. Et rursus fides operans hominem sanctificare non sufficit eam quæ in sacramentis dei consistit sanctificationem contemnit. hæc Hugo. Hinc est quod virtus sacramentorum ecclesiasticorum pro salutaris profectu multum est nobis necessaria cum ipsa sint occasio & auxilium nostrum à peccato resurgendi, & in ipsis tota medicina nostris vulneribus salutaris consistit. secundum Tho. in compendio theologicæ veritatis. li. vj. c. j. Non quod in eis gratia subiectiualiter contineatur, vel causaliter per ea efficiatur cum in sola anima habeat collocari & à solo Deo infundi: sed quia in illis & per illa illam gratiam curationis à summo medico Iesu christo oportet haurire eo quod non alligavit suam potentiam deus sacramentis, quin

etiam per aliam viam gratiam conferre valeat: secundum magistrum sententiam. li. iij. dis. j. propter quod deus sanas & iustificas peccatores iustificat ipsum auctoritative, sacramenta vero effectiue per gratiam in eis tanquam in vasis contentam.

¶ QUID SIT SACRAMENTUM & quot sint.

Licet autem sacramentum multis modis diffiniatur, tamen secundum doctorum communem concordiam sic diffinitur in lib. de doct. christiana. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ita quod eius similitudinem gerens & causa existat. Ex qua diffinitione habetur differentia sacramentorum veteris & noue legis. Illa enim quæ figurabant non efficiebant, quia gratiam significabant quam tamen non efficiebant. Sacramenta noue legis sunt septem. Baptismus, confirmatio, eucharistia, extrema unctio, penitentia, sacerdos ordo, & matrimoniū. Ita autem sunt tanquam sufficientia per Christum ordinata in remedium Ecclesiæ militantis. Sed circa hoc considerandum est primo quod quædam data sunt in remedium unius personæ quædam in remedium totius Ecclesiæ. Illa quæ data sunt in remedium unius personæ sunt triplicia. Quædam enim data sunt in remedium ad intradum ecclesiam, scilicet baptismus. Quædam ad egressum de ecclesia: ut est extrema unctio. Quædam ad progressum in ea, & hoc dupliciter. Vno modo ad executionem virtutis, videlicet ut non à malis superemur, & quantum ad hoc est confirmatio. vel ut bonis adhereamus, & quantum ad hoc est eucharistia. Alio modo in reparatione virtutis, quia ipsum hominem in pugna spirituali

aliquo modo contigit ledi: & sic est poenitentia. Si autem in remediū totius ecclesie hoc potest esse duobus modis: aut ad remediū multiplicationis spiritualis: & sic est ordo: aut ad multiplicationē naturalem fidelium: & sic est matrimoniū. Quidam autē etiā recipiūt numerum sacramentorum secūdam adaptationē virtutum vt fidei correspondeat baptismus qui est sacramētum fidei. Spei extrema vnctio per quā præparatur quodāmodo ad futuram gloriam. Charitati eucharistia. Prudentiæ ordo. Iustitiæ poenitentia. Temperantiæ matrimonium. Et hoc fortitudini cōfirmatio. Adaptantur etiā diuersis generibus culpā vitiorū & poenarum: vt baptismus fit contra culpā originalem. Poenitentia contra actuale & mortale. Extrema vnctio contra venialem. Ordo cōtra ignorantia. Matrimonium cōtra concupiscētiā. Cōfirmatio cōtra infirmitatē. Eucharistia contra maliciā: quia est sacramētum charitatis quæ per se opponitur maliciæ. Hæc sanctus Thomas super. iij. sen. dist. ij. q. ij. Secūdo credendum & considerandum est quod solus Deus fuit institutor sacramentorum & quædā ante aduentum vt matrimoniū & poenitentia: sed hæc duo confirmavit in nouo testamēto. dum poenitentiam prædicauit & nuptijs interfuit. Quod autē dicitur quod Iacobus instituit poenitentia. Iaco. v. Confitemini alterutrū peccata vestra: nō est verisimile: quia per illa verba nō intendebat aliquod sacramētum instituere: sed promulgare: cū nō fuisset autoritas instituēdi aliquod sacramētum apud Iacobū.

Item extrema vnctio instituta est. Mar. vj. vbi legitur quod Apostoli vngebāt ægros multos & sanabātur. Cōfirmatur autem quod hoc non fecerūt virtute propria: sed auctoritate Iesu Christi illam virtuosam vnctionem instituētis per illa verba. Iaco. v. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros. &c. Simili modo intelligendum est sicut de poenitentia dictum est: scilicet quod per illa verba vnctionem promulgauit & do-euit faciendā, nō autem instituit. Item ordo institutus est cū Christus dixit. Matt. xxvj. Hæc facite in meā commemoratiōnem. Et Ioan. xx. Quorū remiseritis peccata. Hoc enim duo pertinet ad ordinem sacerdotalem, scilicet potestas dimittendi peccata respectu corporis Christi mystici: & potestas cōsecrādi respectu corporis Christi veri. hæc Scotus. Item cōfirmatio instituta est per hoc quod Christus imposuit manus paruulis. Itē baptismus institutus est per Christum quādo ipse se baptizari fecit à Ioanne & apostolis formā dedit dicens. Euntes in mundū vniuersum prædicate euāgelium baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Item eucharistia instituit in coena vltima in qua apostolos cōmunicauit. Tertio considerandum est quod secūdam sanctum Tho. super iij. senten. dist. j. q. iij. ar. iij. efficacia sacramentorum est ex tribus, scilicet institutione diuina tanquā ex causa principali agente & ex passione Christi sicut ex causa primaria meritoria & fide ecclesie: sicut ex cōtinuatione instrumēti principaliter agentis. & hoc est quod dicit glōs. super illud

DE SACRAMENTO.

ad Roma. v. In similitudinem præuaricationis adæ. Quòd a latere Christi proflu-
xerunt sacramēta per quæ saluata est ec-
clesia. Quarto cōsiderandum est q̄ quædā
sacramēta sunt necessaria. quædā volun-
taria. j. q. j. ca. remissionē. s. sed notādum.
Nam sacramēta necessitatis sunt ista. Ba-
ptismus, cōfirmatio, poenitētia, vltima vn-
ctio, corpus Christi. Et dicūtur sacramēta
necessitatis, ideo quia sine istis homo non
potest saluari si ex cōtemptu obmittātur
& haberi possunt. Sacramētum verò ba-
ptismi in necessitate à quocunq; potest re-
cipi dūmodo in forma ecclesiæ cōferatur.
de summa tri. & fide catho. ca. j. in fine. &
de cōse. dist. iij. à quodā, & etiā poeniten-
tia. Nam cōfiteri possunt cuiq; in neces-
sitate. iuxta illud. Cōfitemini alterutrum
peccata vestra. non tamē heretico vel ex
cōmunicato. Sacramēta verò voluntaria
sunt illa quæ obmittere non est peccatū,
quæ dicūtur sacramēta dignitatis. j. q. j. s.
sed notandū. vt sunt ordinēs qui à digno-
ribus conferuntur, id est ab episcopis, vel
quia non nisi digni ad ordines assumendi
sunt. Item matrimonium sine huiusmodi
sacramētis bene possumus saluari. xxij. q.
iij. s. vlti. ad finem. Hæc omnia habētur
in glo. j. ca. veniens. de transactionibus.

¶ DE SACRAMENTO

baptismi.

Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spi-
ritu sancto nō potest intrare regnū
Dei. Ioan. iij. & de cōse. dist. iij. filius Dei.
Sicut dicit Guido de bas. de cōse. dist. ij.

(11 5

placuit post Augu. Corpus non fecit ani-
mā peccatricem: sed peccatrix anima cor-
ruptibilem carnē fecit. Peccauit quidem
anima primi hominis: & per peccatū cor-
rupit carnē. Postea vero caro cū non pos-
set se vēdicare ex toto in ista anima voluit
vindictā sumere, de qualibet anima confi-
mili, scilicet vt q̄ cito sibi infunderetur ani-
ma ex ipsa, id est ex eius corruptione inna-
scitur peccatū in ipsa anima. Hoc autē est
peccatū originale quod quidē animæ im-
putatur cum quadam digna retributione
innascatur animæ. Quoniā igitur ab hoc
peccato nō potuimus perfecte liberari, ni-
si per baptismū in quo anima nostra quo-
dammodo renascitur spiritualiter, & quæ
natura fuit filia irę Dei fit filia adoptionis.
Ideo saluator veniēs in mundum procla-
mās necessitatē huius sacramenti baptis-
mi dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua.
Glos. scilicet exterius abluendo corpus, &
interius spiritu sancto mundādo animam
non potest intrare. &c. Ex quo patet ne-
cessitas huius sacramenti. Et quia baptis-
mus est ianua omniū sacramentorū. Ideo
de ipso primo videndum est. Erit autē tri-
plex cōsideratio circa istud sacramētum.
Primo videbitur de ipsius substātibilibus.
Secundo de ipsius accidentalibus. Tertio
de ipsius cautelis. Quam triplicem cōside-
rationem circa quodlibet sacramētum in
præsenti tractatu seruabimus.

¶ BAPTISMVS QVO- modo diffinitur.

Biffiniatur autem sic. Baptismus est
ablutio corporis exterius facta, sub

forma verborum præscripta. Quinq; vero sunt de substantia baptismi. Primū est intentio, & sufficit generalis, scilicet q̄ baptizans intēdat illud facere quod facit ecclesia: melius tamen est si fiat specialis intentio, scilicet vt baptizans intendat q̄ baptizandus mundetur in anima à peccato. Similiter requiritur intentio illius qui baptizatur, si est adultus, quia inuitus nō reciperet sacramentū, vt dicitur in capitulo maiores. de baptismo & eius effectu circa finem. Secundum est fides ipsius baptizandi, quia in adultis requiritur fides propria, sed in paruulis aliena, quia paruuli baptizantur in fide ecclesie. Tertium est expressio vocalis forme à Christo institute: quæ est hæc. Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Circa cuius relationem videat baptizans ne aliquam dictionem obmittat: nec etiā addat aliquā ultra vel ne transponat dictiones, vel commutet aliquā nō nomina personarum. Vnde si diceretur in nomine genitoris & geniti & procedentis ab utroq; non esset baptismus. Item non debet obmitti illud pronome in principio positū scilicet ego, quia licet non sit de forma quantū ad necessitatem sacramenti, sed ex constitutione Ecclesie, peccaret tamen obmittens, quis ibi esset baptismus. Ita notatur de baptismo & eius effectu capitulo primo. Vbi etiā dicitur immergens puerum & dicēs. In nomine patris & filij & spiritus sancti: & prætermittens ego te baptizo, non est baptismus. Græci autem & Ruteni dicūt q̄ expressio ministri, scilicet ego nō sit de

necessitate forme, quia ex eo baptismus efficaciam non habet. Sed persona recipiens est de necessitate forme, quia actus ad recipientē terminatur. Ideo differunt à nobis in forma quātum ad tria. Primo quia personam ministri non exprimunt ad remouendum dubium primitiue ecclesie quæ efficaciam attribuebat baptizanti. vt patet prima Corinth. iij. Secundo quia significant actum sub tertia persona cum optatiuo modo vel coniunctiuo vt baptizetur seruus Christi. Tertio personam baptizati in nominatiuo exprimunt vt dictum est. Vtrum ipsi hic mutant de substantia forme ita vt oporteat rebaptizare non est determinatū, sed certū est q̄ nostra forma est melior. hæc sanctus Tho. dist. iij. q. ij. arti. j. Et licet in primitiua Ecclesia ex speciali consilio spiritus sancti baptizauerūt in nomine Christi & propter modū significādi, quia quodāmodo secundum Ambro. tota trinitas in hoc nomine intelligitur, & propter reuerētiam significati vt illud nomen celebre & virtuosum redderetur. Cessante tamen hac causa iam nō licet sic baptizare secundum theologos. Si quis tamē esset baptizatus in nomine Christi faciendū esset cū eo sicut in alijs dubijs. ex quo non esset simpliciter determinatū per ecclesiam talē baptismū non valere: ita q̄ talis baptizaretur his verbis. Si baptizatus es ego te baptizo, si nondum baptizatus es ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti, & idem fiat quādo baptizatur Ruteni & Græci, quia non constat illorum

DE SACRAMENTO.

formam simpliciter nō valere: præsertim cū ecclesia sit & tollerat eam nec expresse reprobat. Quartum quod requiritur ad substantiā baptismi est materia debita: scilicet ablutio per elemētum aque in toto corpore vel in parte digniori. Quintū q̄ illa ablutio fiat ab vno & eodem tēpore quādo forma verborū exprimitur: ita q̄ vnus verba proferat & eo tēpore puerum immergat. Ista autem immersio debet fieri trina vice, nisi necessitas magna suadet aliud facere. vel si baptizatus esset adultus q̄ per sacerdotem ter immergi nō potest: tunc enim sufficit trina asp̄sio aque, quod ecclesia in pluribus locis seruat: & in paruulis propter pericula quæ accidere possunt circa totalem immerfionē paruuli. Vnde grauit̄ peccaret qui semel tantū immergeret, quia cōtra ecclesiæ consuetudinem faceret. Sciēdum autē est q̄ secundum Ioannem parisiensem super. iiii. dist. iij. & iiii. aquā baptismi nō oportet de necessitate esse sanctificatam, quia dominus cōtactu suę mūdissimę carnis vim regeneratiuā aquis contulit. Sed tamē aqua debet esse simplex sic q̄ nō mutetur species aque quātūmcunq̄, fiat cōmixtio. Vnde potest fieri baptismus in lixiuia vel aqua maris vel sulphurea vel in aqua expressa mūde de luto. Et dico munde de luto. Et dico munde expresse; id est liquide & apparēter sic q̄ ibi appareat vera aqua, quia aqua imbibita spisso luto non potest fieri conueniens materia huius sacramenti. Et huius ratio secūdum doctorem subtilem vbi supra est: quia lotio est materia proxi-

ma vel quasi per se fundamētum vel pars fundamēti istius sanctificationis. Aqua autem est materia remota. Vnde aqua imbibita spōgię vel spisso luto etiā si tangit carnem: tamen nō est cōueniens materia ad baptismū, quia talis cōtactus nō est lotio: & similiter in glatię non est lotio & in niue, eo q̄ non est aqua fluida lotioni cōueniēs. Similiter aqua roseacea vel aqua expressa de floribus vel brodum nimis spissum, in quo plus est de pinguedine q̄ de aqua, nec aqua mixta est luto multo. Similiter vinū & salua aut etiā hominis vrina non sunt conueniēs materia baptismi, eo q̄ aqua ibi mutata est in aliā speciē. Vbi tamen non tanta trāsmutatio esset aquę sicut in brodio, medone ceruisia, & sic de alijs liquoribus dubitāt quidam doctores non esse materiam istius sacramenti. Ego tamē omnino reprobō in istis liquoribus fieri sacramentum propter defectum significationis. Aqua enim baptismi significat illam aquā quę fluxit a latere Christi in cruce quę fuit vera aqua elementalis & nō miraculosa propter significationem baptismi: sic etiā & sanguis verus ibi produxit. Ratio autē institutionis in isto elemēto est ex parte conueniētię: quia est frigida, fluida, lucida, necessaria & cōmunis. Et hæc omnes proprietates cōueniunt huiusmodi aque in qua debet fieri baptismus qui est ad reprimēdum feruorē cōcupiscentiæ, ad flectendū rigorem inobediētiæ, ad illustrandū charitatem fidei, ad introducendū viā salutis. Item alia ratio, quia per baptismum ad his malis libera-

mur. s. ab immundicia: ignorantia: & concupiscentia: vt patet ex proprietatibus aque: scilicet puritate per quam mundamur: per spicuitate: per quam illuminamur: & frigiditate per quam ab estu concupiscentiae temperamur. Fit etiam baptismus in aqua ne quae inopia alterius liquoris excusaret: & ne propter defectum periculum salutis homines incurterent: & vt inueniatur apud omnes communis materia baptismi.

¶ QVOD TRIPLEX EST baptismus.

Ratea sciendum est quod triplex est baptismus: scilicet fluminis qui fit in aqua communiter: talis liberat a poena & a culpa: & gratiam infundit in habitu & characterem imprimat. Alius est fluminis: qui tunc fit quando quis desiderat baptizari: sed non habet per quem baptizetur: talis in fide saluabitur prout determinatum est in decretali. Apostolicam. & de presbytero non baptizato. & idem patet per Augu. viij. lib. de ciui. dei. & lib. iij. de unico baptismo. & per beatum Ambrosium de obitu Valentiniani; & hic delet culpam & gratiam habet in usu in quo meritum consistit. Tertius est baptismus sanguinis que fit in martyrio pro Christi nomine susceptus. vt patet de innocentibus. & quidam dicuntur etiam de latrone dextro. Sed non videtur esse verum cum ille non possit dici martyr ex poena crucis: eo quod non pro veritate aut iustitia aut fide Christi: sed pro suis sceleribus passus est sicut solus confitetur dicens. Nos quidem indigna factis reci-

pimus. &c. videtur ergo potius quod baptizatus est baptismi fluminis propter confessionem fidei quam habuit ad Christum credens eum Deum & hominem esse. & iste baptismus ab omni tentatione liberat & confert statim premium: quia martyres statim euolant in coelum sine retardatione: sicut patet de sancto Stephano dicente. Vide deos coelos apertos. Actuum. vij. Item in hoc sacramento quod est sacramentum tantum: vt est ablutio exterior in corpore. Quod dam res tantum: vt gratia interior. Quod dam res, ad sacramentum: vt character in anima: & sic qui sicte baptizatur cum proposito peccandi mortaliter nec attritus: vel qui errant in articulis fidei: vel qui dicunt sacramenta non valere: tantum recipit sacramentum & non saluatur. Qui vero desiderat baptizari & non habet per quem: recipit tantum & saluabitur. Qui vero recipiunt rem & sacramentum: vt paruuli exterius & interius mundantur: quia recipiunt exteriorem abluitionem in corpore: & impressionem characteris in anima. Est autem character distinctio a caractere eterno impressus anime rationali secundum imaginem configurans trinitatem creatam. i. hominem trinitati creati. i. Deo. & distinguens a non consignatis secundum statum fidei: & hoc est tantum dicere quod character est quedam qualitas seu signum consignantiu Christo distinctiuum ab infidelibus & a simulacru fidelibus & dispositiu ad gratiam. Et talis character est indelebilis potentia cognitio intellectiue in qua principaliter consistit imago ex qua etiam homo habet quod

D E S A C R A M E N T O .

fit homo: sicut ex appetitiua habet quòd sit bonus vel malus. Et ratio secūdū Tho. dist. iij. q. iij. artic. iij. quia impressio characteris est per quandā animę rationalis sanctificationem prout sanctificatio dicitur deputatio alicuius ad aliquid sacrum. Ad hanc autem sanctificationem non magis a cōiue operatur anima sanctificāda quā aqua sanctificanda vel oleum vel chrisma ad sui sanctificationē: nisi q̄ homo se subiicit tali sanctificationi per cōsensum. Res autem prædictę subijciuntur: quia libero arbitrio carent. & ideo qualitercumque anima varietur per proprias operationes nūquam characterē amittit: sicut nec chrisma nec oleum nec panis consecratus vni quā sanctificationem perdunt qualitercumque transmutentur: dummodo non corrumpantur. Nullus autē potest bis baptizari: quia dominus cōstituit baptismū irreiterabilem. & hoc propter plenam remissionē tam poenę quā culpę quę fit in baptismo: alias daretur occasio sepius delinquendi. Hęc Sco. super. iij. sententia dist. iij. quæstione quinta.

D E B A P T I S M I A C C I D E N T I B U S .

Consequēter de accidētibus baptismi restat videre. Sunt autem octo de solemnitate baptismi quę non sunt de substantia. verſ. Sal oleum chrisma cereus chrismale saliuā. Flatus virtutē baptismatis ista figurat. Hęc cum patrinis non mutant sed bene ornant. Iniungitur autem baptizandus in quatuor locis. ſ. in fronte

vt fidem publicę prædicet. & hoc fit in confirmatione per ipsum. In vertice vt agenda facilius cognoscat. Inter scapulas: vt iugum Christi suauiter portet. In pectore vt Deum dulcius diligat. Sed de istis omnibus melius videtur infra in practica huius sacramenti.

D E C A V T E L I S C I R C A hoc sacramentum seruandis.



Vnc de cautelis circa istud sacramentū adhibendis est vtēdū. Primo caueat sacerdos ne in priuatis domib⁹ baptizet infantem vel adultū nisi esset puer regis vel principis quib⁹ in hoc defertur. Et hoc intellige præter casum necessitatis: alioquin in necessitate potest baptizare vbiq; vt si puer esset in mortis articulo, aut deferentes haberent inimicitias capitales. Prout hoc totum notatur in clemētina vnica de baptismo & eius effectu. Secūda cautela caueat ne quem coactę baptizet vt iudeū vel paganum. & hoc si reſtat vel protestatur aliquo signo exteriori suum disſensum. Nam talis non recipit sacramentum nec cogitur legē christianam tenere. Si autem metu mortis vult baptizari ne cremetur vel suspendatur pro suis excessibus: talis si non reſtat quamuis intus disſentit vt sacramentū recipiat: tamen tenetur legem christianā seruare. Tertio caueat ne baptizet amentem vel fatuum seu furiosum: veruntamē vt dicit sanctus Thomas. Amentes à natiuitate recipiunt Sacramentum sicut & pueri: & illi qui incur

runt amentiam ex infirmitate postquam habuerunt vsum rationis & lucida intervalla: & habuerunt tunc propositum recipiendi baptismum: tunc suscipiunt sacramentum & rem etiam si actu contradicant quando baptizantur in amentia: alias non. Et sic intelligendum est quod dicit Augustinus. iiii. confessionum. de amico suo qui dum desperaret baptizatus est nesciens. Quarto caueat ne iudaeum vel paganum statim baptizet: nisi prius de fide instruat. de consuetudinibus. iiii. iudaei. & hoc ne ecclesia in talibus decipiatur. Et hoc est verum, nisi necessitas aliqua eis immineret. Quinto caueat quando simul plures baptizet, ne dicat. Ego baptizo vos quia grauiter peccaret secundum Thomam, & tamen essent baptizati. Et ideo cum plures baptizat ad quemlibet seorsum dicat. Ego te baptizo &c. Haec sanctus Thomas. Si tamen maxima necessitas instaret: vt si porterentur duo vel tres pueri simul debiles & infirmi: quasi agonizantes: & tunc videtur mihi quod posset dicere. Ego vos baptizo. &c. ne propter dilationem vltioris pueri morerentur. Sexto caueat ne variet formam per aliquam interpositionem magnam per quam discontinuaret actum, hoc enim multum noceret secundum Petrum de tharantasio super. iiii. sententiarum. dist. iiii. q. ii. Modica tamen interpositio vel interruptio non nocet. vt si dicatur. In nomine patris. & tunc forte aliquod impedimentum sacerdoti occurreret: vt si madidaretur sibi manica super pellicij vel simile. ita quod diceret ministro. Vide ne madidetur super pellicium vel

simile & tunc vltius prosequeretur. & filij & spiritu sancti: non vitaret baptismum. Similiter de tulle, si acciderit tempore prolationis dicendum est: aut etiam de silentio longo inter verba longa, idem intelligendum est secundum Thomam super. iiii. dist. iiii. q. ii. art. j. Septimo caueat sacerdos ne in peccato mortali existens baptizaret cum solennitate more solito puerum: quia peccaret mortaliter. secundum Thomam & Petrum de tharantasio super. iiii. dist. v. q. ii. quamuis puer baptizetur in hoc casu. Et baptismus confertur tam per malum quam per bonum ministrum: quia bonitas ministri non est de necessitate baptismi: sed de congruentia. Nec peccat suscipiens baptismum a malo sacerdote tolerato ab ecclesia. Secundo est de precepto ab ecclesia: vt ab heretico, schismatico, excommunicato: a quibus nullo modo recipiendus est baptismus nisi in casu necessitatis. tunc enim etiam a non baptizato: vt a iudaeo vel pagano posset recipi quantumcumque malo dummodo in forma ecclesiae redderetur cum intentione videlicet faciendo illud quod facit ecclesia. Verum tamen licet baptismus a malo sacerdote tolerato ab ecclesia non vitatur quantum ad sacramentales effectus: tamen a bono sacerdote melius recipitur si haberi potest: quia secundum beatum Thomam cum effectu principali potest aliquid addi plus ex merito baptizantis. Ex hoc patet quod danabile & periculosum sacerdoti est morari in peccato mortali ad vnam horam: cum tempore debeat esse paratus ad ministrandum sacramenta. Sed circa hoc nota quod licet in casu necessitatis iudaeus vel paganus possit baptizare

non tamen posset leuare de fonte secundum Tho. Ratio quia in primo casu baptizatio potest tenere vices Dei cum sit eius creatura: sed in secundo non: quia non est membrum ecclesie nec etiam aliquam cognationem spirituales contrahit cum sit expertus spiritualis gratie: hæc Tho. super iij. distin. vi. q. iij. artic. ij. Octauo attendat ut habeat circa baptizandum actualem intentionem baptizandi, & maxime cum dicit verba essentialia. Tamen si tunc non haberet eam: & tamen prius habuit eundem ad baptizandum sufficit. Ex quo patet quod furiosus aut ebriosus non potest baptizare. Et dico de ebrioso carente usu rationis quod talem intentionem non haberet: nec actualem nec habituales que est necessaria iuxta illud. Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. Nam secundum Bonauenturam in iij. distin. iij. q. j. arti. j. in si. principalis. ad hoc quod verba ordinentur ad effectum assignatum: necessarium est interuenire intentionem ministri qui intendit in illo actu & verbo dare talem effectum: vel saltem quod ecclesia facere ordinauit: vel saltim quod christus instituit dispensare, alioquin verba & elementum ut sit distincta non faciunt sacramentum. Hoc autem pro regula habendum est quod ad omnia sacramentorum dispensationem necessarium est habere intentionem actu vel habitu: explicitam vel implicitam: secundum Tho. in iij. distin. vi. q. iij. arti. j. Nono caueat quilibet ne puerum antequam nascatur de utero matris baptizet. Et hoc si puer ad omnes partes eius est in utero matris inte-

ger & totaliter: quia sic non potest aqua eum attingere immediate: nec potest lauari ibi existens. Si autem appareret principalis pars puta caput: tunc simpliciter baptizari potest: quia iam potest aqua aspergi. Si autem appareret pars minus principalis sicut manus vel pes, illa etiam esset baptizanda quia in illa parte est tota anima, licet non omnes sensus ut in capite. & postmodum potest baptizari si nascatur vnus sub conditione. Talis tamen puer si nasceretur mortuus sepeliretur in cimiterio secundum doctorem subtilem. distin. iij. q. j. arti. ij. Et idem tenet Ioannes Parisiensis. distin. iij. Similiter dicendum est de illo circa quem diminuta est forma ecclesie necessaria ex necessitate instanti. Talis enim sepeliretur in cimiterio: quia pie creditur quod summus sacerdos suppleret secundum Petrum de tharan. dist. iij. q. ij. arti. j. Decimo caueat ne matrem infirmam vel morientem diuidat in qua puer viuit: quia sic homicidium committeret quisquis hoc faceret. non sunt enim facienda mala ut veniant bona. ad Roma. iij. Ideo cauti dimittat perire infantem cum ea quam ipsa percat. secundum dominum Petrum ubi supra. Si tamen mater mortua ubi supra esset iam perfecte: tunc potest & debet eam facere videre: & puerum inde extractum baptizare: alias non. Undecimo caueat ne monstrum non bene prius diiudicatum an sit vnus homo vel duo, vel an habeat vnā animam vel duas: baptizare festinet. Nam si sint duo capita: duo colla: & duo pectora: & per consequens erunt duo corda: & ita baptizandi sunt duo & quælibet seorsum. Si autem

non est certum quòd sint duæ animæ, tunc primo baptizandus est vnus & postea alter sub conditione dicens. Si tu es baptizatus non te rebaptizo: sed si non es, baptizatus ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et tale monstruum dicitur fuisse in Francia duo capita habēs: quorum vnum expressit velle de eo de quo alterū expressit nolle. vnū enim voluit cōtinere & sobrie viuere: & aliud lasciuire & epulari. & cū vnum per os suū excederet: aliud se grauari clamabat ita refert doctor subtilis dist. vj. q. j. arti. iij. Duodecimo caueat ne chrismate antiquo baptizet: quia punitur sacerdos hoc faciēs: de cōsecratione dist. iij. si quis de alio. Et de sentē. excō. in cap. quoniam. libr. vj. Vbi dicit glosa finalis dando rationem: quia vetus chrisma non debet inesse vsui nec de illo debet q̄s chrismari. Et deponitur sacerdos qui de illo antiquo chrismate vngit baptizatū nisi in mortis articulo. Vnde omni anno nouum chrisma debet confici & antiquum cremari. de conse. distin. iij. literis. Sit autē diligēs sacerdos inter omnia, ne puer decedat sine baptismo: vt si iam incipit canonē missæ & viderit puerum morientem sine baptismo potest enim baptizare. de conse. cratione dist. j. Nullus episcopus. in glo. penultima.

DE CATHECISMO ET EXORCISMO.

Restat nunc ponere practicam manualementem circa huius sacramenti dispensationem. Est autem primo sciendum quòd cathecismus & exorcismus debent

præcedere baptismum quando solenniter confertur. Exorcismus vero dicitur illa solatio orationum per quam expellitur diabolus & adiuratur vt recedat à puero de quo dicit Tho. quòd valde conueniens sit ipsum præmitti ante baptismū. Vnde hoc signat ea quæ ponuntur in baptismo. Recede ab eo Sathana. &c. Ipse etiam exorcismus debilitat potestatem dæmonis, ne tantum possit in homine sicut ante: ne baptismum & alia bona in ipso impediatur. Sed potestas prædicta totaliter tollitur in baptismo sicut etiam Pharaon prius est flagellatus populo nondum de ægypto egresso. Et postea totaliter in mari rubro (quod est figura baptismi) submersus. Et sic benedicitur quòd exorcismi sunt instituti propter energumenos. i. intus laborantes per infectionem fomitis: videlicet contra diabolum in eis potestatem habentem. hæc Tho. distin. vj. q. iij. arti. j. & ij. Est autem cathecismus secundum Thomam, instructio ante baptismum in illis quæ sunt communia: & dicuntur fidei rudimenta ad quæ credenda omnes explicitè tenentur sicut est fides Trinitatis: incarnationis, & passionis domini: iudicij: & prouidentia Dei de factis hominum. De alijs autem debet instrui post baptismū. Vnde etiam secundum Thomam, in adultero requiritur vt p se cathecizetur & christianam religionem p̄fiteatur. Cathecizatur autē ad hoc adultus qui ad fidem vocatur: vt ad quā vocatur proprio moueatur voluntatis arbitrio. Hinc est quòd cum baptizatur rutenus vel paganus adultus: non patrini: sed ipsemet pro

DE SACRAMENTO.

se ad interrogata respōdeat sacerdoti. huius cōtrarium seruatur in mazouia, in polonia: & satis male.

¶ DE MODO BAPTIZANDI.



Postquam igitur puer debeat baptizari sacerdos non permittat nisi vnū virū vel vnā foeminam in patinos prout determinatum est de cognitione spiritali, c. quāuis. lib. vj. de conse. distinct. iij. Non plures. Alicubi tamen consuetudo obtinet: quod si puer masculus debeat baptizari: tunc duo viri & vna mulier in patinos admittantur. Si vero foemina: tunc duæ mulieres & vnus vir in patinos admittantur: & illa est satis tollerabilis cum honestatem quandam & vrbānitatem cōtineat. Deinde autem ante fores ecclesiæ sacerdos statuatur patinos: vt si puer est masculus, teneat eum vir. Si vero foemina, teneat eam mulier. Et isti duo stāt iuxta se. Alij vero possunt stare in ecclesia vel iuxta qui puerum conduxerunt. nec pro ipso respondeant: sed possunt omnia attendere dum modo non tāgant puerum. Statuat autē sacerdos puerum ad occasum solis: solus autem stet ad oriētem. Quo facto sufflet in faciem eius: & dicat illum exorcismum. Exi immundē spiritus: & da honorem Deo viuo & vero. &c. quæ continentur in agenda. Iterū statim dicat. Recede ab eo diabole. &c. Flatus autē ille siue exsufflatio debet fieri ad occidentem: vt patet secundum Tho. Et significat spiritus maligni expulsionem & boni introductionem. Post hoc faciat

crucem in fronte eius, dicens. Signum saluatoris domini nostri Iesu Christi in frontem tuam pono. similiter in pectore aliam faciat crucem dicens. Signū saluatoris domini nostri Iesu Christi in pectus tuū pono. Et demum coniunctim sub vna prolatione faciat vnā crucem in fronte & aliā in pectore dicens. Accipe signaculum sanctæ crucis tam in fronte quam in corde. &c. Et quid ista signatio significet: statim in prædicta ostenditur oratione cum dicitur. Sume celestium præceptorū fidem. &c. per quod denotatur quod ad hoc in pectore signatur quod in præceptis Dei suscipiendis, acceptus efficiatur. Et in fronte vt læta facie Dei culturæ existat aptus. Demum sequitur oratio. Preces nostras. &c. in qua tūc dicitur. Et hunc electum tuum crucis dominicæ cuius impressione eum signamus in virtute custodi. Et fiat crucis signatio super totum puerum. Inde sequitur oratio. Omnipotēs sempiternē deus. &c. Circa quam quærat prius sacerdos de nomine infantis dicēdo. Quis debet vocari? Et postquam illi dixerunt. N. ille statim prosequatur incipiēdo orationem dicēs. Omnipotēs sempiternē Deus pater domini nostri Iesu Christi respicere dignare super hunc famulum tuum. &c. Non est autem opus cum venerit ad locum proprii nominis in aliqua oratione quæ requirat patinos dicens: quomodo vocatur? & hoc propter incongruitatē quæ ibi cōtingeret & improprietatem locutionis. Nam oratio quādoque requirit dici proprium nomē in accusatiuo casu: & patini respō-

dent in nominatiuo: quod est magna absurditas: sicut patet cum dicitur. respicere dignare super hunc famulum tuum. N. & si patrini responderent in nominatiuo dicendo. N. magna esset incongruitas. dicat autem sacerdos solus variando nomen vsque ad fontem secundum exigentiam orationum prout videri expedire: nec toties quoties occurrit nominis nominatio requirat patrilinos: sed solus nominet in latino propter absurditatem prædictam. Orationes autem iste fiunt pro puero: vt gratia præueniat & subsequatur quæ vires præbeat libero arbitrio: & quod procul fiat vniuersa maligni spiritus illusio. Signatur puer in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in ore signo crucis. cuius virtute victus est diabolus & exaltatus est Christus. Vnde Abacuch. iij. Cornua in manibus eius sunt: ibi abscondita est fortitudo eius. Hoc signo muniuntur totius corporis sensus: cuius virtute & omnia Sacramenta complentur, & omnia diaboli figmenta frustrantur. Sicut enim cum primogenita delerentur Egypti populus Hebræorum signatis postibus domorum suarum sanguine agni Paschalis in typo dominicæ passionis saluatus est. Populus vero Egyptiorum qui hoc caruit signo in suis primogenitis grauiter percussus est. sic apud Ezechielem Hierusalem ab imminente clade liberanda esse promittitur: si thau quæ figuram crucis exprimit in frontibus gementium atque dolentium signaretur. Deinde antequam sal ponit in os pueri recepto sale simplici & mundo be-

nedicat ipsum specialiter per illam orationem. Exorcizo te creatura salis in nomine Dei patris omnipotentis & in charitate domini nostri Iesu Christi: & in virtute spiritus sancti. &c. facienda signa crucis ad inuocationem cuiuslibet personæ sanctæ Trinitatis, & compleat vsque ad finem. Nec credat quis posse sufficere sal illud ad exorcizandum puerum quod benedicatur die dominico ad benedicendum aquam: cum illud speciale officium habeat & distinctum ab isto. Et ideo caueat sacerdos ne cum illo sale cum quo die dominico aquam exorcizat ad baptismum vadat: sed ipso die dominico in alio cypho benedicat sal pro benedicenda aqua: & in alio pro exorcizandis infantibus ante baptismum. Cum autem compleuerit orationem dictam & sal benedixerit: recipiat sal & ponat ad os pueri dicens. Accipe sal sapientiæ: & sit tibi dominus propitius in vitam æternam amen. Ponat tamen sal in os pueri pulchre & modeste non cum vehementia sicut quidam solent ponere: ita quod puer cogitur flere propter duram impressionem salis quod est abominabile. Seruanda est namque maxima urbanitas & honestas in Sacramentorum collatione propter deuotionem populi excitandam & reuerentiam Sacramento à populo impendendam & exhibendam. Significat enim salis immissio gratiam & sapientiam: & à peccatorum putredine præseruationem. Consequenter prosequantur orationes solitæ quæ habentur in agenda. & prouideat sacerdos eas correcte dicere.

DE SACRAMENTO.

Et quia speciales sunt orationes super foeminas & speciales super viros: ideo singulis singulas adaptet. Quae autem sunt super utrosque; illas proferat super utrosque; indifferenter. Deinde sequitur euangelium secundum Matthaeum. Oblati sunt Iesu paruuli. &c. quod sacerdos dicturus deponat mitram: similiter paternos deponere faciat. In legendo autem imponat manus infanti, & pracludat diabolo expulso viam ne redeat. Et hoc idem significant benedictiones & crucis signationes superius praemissae. legat autem praetermittendo. Dominus vobiscum. Quo facto faciat orare. Pater noster & Credo ipsos paternos. Deum dicat illam orationem. Nec te lateat Sathana. &c. Quo facto recipiat mundos pulueres terre & miscens sputo faciat inde lutum in manu sinistra. recepto eo duobus digitis: scilicet pollice & indice dexterae manus tangat aurem pueri dicens. Effeta quod est adaperire. Et cum subiunxerit in odorem suauitatis: tunc tangat nares. Caueat autem ne faciat lutum grossum & astantibus abominabile, sicut quidam facere consueuerunt: emittentes pro sputo quandoque flegma spumofum ex ore inducentes horrorem astantibus. Designat autem sputi & saliuae immissio sensus, tactus, auditus, & aliorum sensuum spiritualium apertionem: vel signat impedimenti remotionem ipsius daemone respectu fidei docendo vel discendo.

Post hoc sacerdos introducat puerum in ecclesiam dicens. Dominus custodiat introitum. &c. dans ei per hoc potestatem intrandi ecclesiam: & annumerando

eum confortio fidelium: quo ad hoc videlicet ut possit orare cum fidelibus in ecclesia si est adultus. Etiam in missa, dum tamen talis sit exorcizatus: etiam si non esset ulterius secum processum non tamen posset audire totam missam: sed nisi usque ad sursum corda sicut & catecumini. Tunc sacerdos accedens ad fontem quaerat a patris nominando puerum dicens. N. abrenuncias Sathane? Et illi respondent abrenuncio. & iterum dicit. Et omnibus pompis eius? Illi respondent. Abrenuncio. Hoc autem fit ideo ut prius abrenunciet errorem: & sic approximet ad veritatem. Iuxta illud Apostoli. Deponite veterem hominem secundum conuersationem pristinae abnegantes omnem impietatem & secularia desideria. deinde quaerat iterum. Credis in Deum patrem omnipotentem. &c. & ter respondent patris. credo. & sic de singulis articulis fidei, specificando distincte & interrogando. Et licet duodecim sunt articuli fidei in symbolo de quibus omnibus deberet quaerere & interrogare sigillatim: sufficit tamen si plures articulos simul coniungat: & ipsis simul quaerat: & ita sufficit ac si totum symbolum sex vicibus: vel octo percurreret interrogando. Interrogatio autem ista debet esse in vulgari & non in latino: quia tunc pro patris laici fidei profitetur pro baptizando puero. Est autem sciendum quod si adultus baptizatur licet patris ipsum teneant: tamen ipse solus debet respondere & non patris ad interrogationem fidei & abrenunciationem supra dictam cum habeat usum liberi arbitrii. Hoc autem sym

bolum traditur baptizandis tanquam no-
 uæ vitæ auditoribus: per quam professio-
 nem incipit in eis mori vet⁹ homo: & per
 fidem nouus viuere qui secundum Deum
 creat⁹ est in iusticia & sanctitate veritatis.
 Tandem sacerdos accepto Oleo sancto ad
 hoc disposito quod vocatur Oleum cathe-
 cuminorum referens puerum ex velami-
 ne suo: & denudans eum vngat eum prius
 in pectore: deinde in scapulis dicēs. Ego te
 lineo oleo salutis in Christo Iesu domino
 nostro: & tandem subiungat. Pax tecum.
 & clericus assistens respōdeat. Et cum spi-
 ritu tuo. Ista autem iniunctio olei signifi-
 cat hominis expeditionem quam suscepit
 aduersus diabolum in pugna. fit enim in
 signū pugnæ contra inimicum sicut athle-
 te inunguntur secundū Tho. vel secundū
 Petrum de tharā. signat legis Dei amorē
 per hoc q̄ fit in pectore vbi est locus cor-
 dis. Per hoc autem quòd fit inter scapulas
 designat deuotam subiectionē. Vngitur
 autē in pectore ne hostis ei immunda per-
 suadeat desideria. Inter scapulas vbi est vi-
 gor portandi onus quòd fortitudinem ac-
 cipiat ad portandum pondus diei & ætus.
 Vngitur etiam in pectore vt vigeat in eo
 sapientia. Vngitur etiam in humero dex-
 tro quod exercitijs bonorum operum in-
 deficienter seruetur patientia. Neque enim
 nouerit sinistra quid fecerit dextra vestra.
 Matthæi. vj. Sed quia in humeris vigor cō-
 stat portandi onera huius partis vnctione
 Christi athlete dedicantur vt sciāt se esse
 ad certamen vocatos per totum vitæ suæ
 cursum contra antiquum hostem publi-

cis ac priuatis congressibus pugnatu-
 ros. Vel secundum Raba. in li. de institutione
 clericorum. Pectus vngitur quòd nullę re-
 liquię latentis hostis in eo resideant: sed in
 fide Trinitatis mens eius confortetur. Itē
 inter scapulas vt vndique muniatur: & ad
 bona opera faciēdi per Dei gratiam robo-
 retur. Deinde omnibus his rite per actis
 querat sacerdos à patrinis infantem tenē-
 tibus: & si fuerit adultus: tunc ab ipso met
 adulto querat dicens. Quis vocaris? & ille
 respondeat. N. Tandem sacerdos querat.
 Vis baptizari? & ille respōdeat. Volo. Hoc
 autem faciat ter propter hoc vt constet de
 ipsius voluntario proposito baptizandi: &
 ne coactus baptizari videatur: & tunc sa-
 cerdos recepto puero ad manum sinistrā
 denudato eo toto si est in estate: si vero in
 hyeme: denudetur tātum ipsius caput pa-
 tenter: & manifeste vsque ad ipsius scapu-
 las tenēdo eum supra fontem si est infans.
 si vero adultus: tunc solum inclinato capi-
 te in fontem ter dicta distincte & expref-
 se habendo intentionem ipsius baptizan-
 di. Et ego te baptizo in nomine patris: &
 tūc faciat manu dextera primam aque in
 capite pueri perfusionem. Statimque pro-
 sequatur dicens, & filij, faciendo secundam
 perfusionem in capite pueri sicut prius. &
 deinde subiungat & spiritus sancti: facien-
 do similiter tertiam perfusionē seu ablu-
 tionem. Quam quidem immersionem re-
 cipiens homo à sordibus vetustatis ipsius
 exutus: & alium nouum hominem indu-
 tus triduanus Christi sepulturæ consepe-
 litur. Vnde ait apostolus. Quicumque ba-

DE SACRAMENTO.

ptizati sumus. &c. Ambrosius autem in libro de sacris dicit quod trina interrogatio ante baptismum: & trina immersio in baptismo significant triplicem lapsum peccati qui ibi abluitur: scilicet cogitationis locutionis & operis. ideo etiam fit trina confessio. Ista etiam forma obseruanda est a vetulis in necessitate baptizantibus: & per curatores sepius predicanda. Nam comperi & inueni in parrochia mea quandoque multa superfluciosa & vana his verbis addi: & ea mirabiliter variari. Quidam enim proferunt sola ista verba sine aspersione aquae: credentes sufficere solam prolationem verborum. Quidam autem solo sale puerum cum his verbis tangunt. Quidam vero formam verborum mutant dicentes. N. Ego te baptizo in nomine Dei amen. Quidam autem dicunt, in nomine omnipotentis Dei amen. quae omnes formae enormes sunt, nec aliquid operantur. Sed hic quaeritur cuius sunt ista verba cum dicunt patrinus interrogati. abrenuncias Sathane? respondedo. Abrenuncio. vel credis in Deum. & illi respondet. Credo. videtur enim cuiuscunque sint quae mentiri videatur ille qui respondet. Si enim sunt ex persona patrinus mentitur, quia non habet in conscientia quod ipse baptizetur. Si autem pro puero dicuntur: nihilominus mentitur patrinus cum puer sit nullius voluntatis compos, ut patet ex eo quod dum immergitur recalcitrat. Ad quod dicendum est quod patrinus in persona sui loquitur. Quod autem respondet Credo. &c. tantum est ac si diceret: talem fidem habeo per quam hic saluari potest. Cum simpliciter respondet, vo-

lo baptizari: sensus est in fide mea quam ego teneo baptizetur. Seruatur tamen verba ipsius pueri ex identitate verborum patrinus ut identitas verborum ad puerum notetur. Vnde dicit Bonauentura quod quando respondetur in persona paruuli Credo. non est falsus sermo vel inconuetus, quia secundum Augustinum frequenter signum accipitur pro re. sicut dicimus. Cras erit resurrectio domini. Et videns fumum dicit: se videre ignem. Vnde sensus est credo, id est, sacramentum fidei recipio vel recipere paratus sum, id est, ad credendum me obligo. Dicit etiam iste doctor, quod patrinus postea tenentur puerum docere in his quae sunt de fide vel de bonis moribus. si non habet alios doctores vel parentes, nunc autem ex quo habent parentes catholicos & visitant ecclesias ibi potius doceantur: & sic patrinus excusantur. Notandum etiam quod qui vult esse verus patrinus non solum debet respondere verba solita: sed etiam tangere puerum. vnde responsio non est de necessitate seu essentia paternitatis spiritualis: sed tentio seu leuatio. Potest etiam paternitas contrahi per procuratorem quantum ad amicitiam: sed non quantum ad paternitatis spiritualis vinculum. vnde solus procurator est verus comparetur: & non constituens procuratorem. ut habetur de procuratoribus. ca. finali. li. vj. Deinde sacerdos accepto sancto chrismate ungit puerum in vertice, id est, in summitate capitis dicens orationem quae sequitur. Deus omnipotens pater domini nostri Iesu Christi qui te regenerauit ex aqua & spiri-

tu sancto. &c. Circa hoc tamen cauendum est sacerdoti ne puerum unget in fronte sicut iam plures fecisse cognoui: & eos de cetero facere prohibui & interdixi. Nam solus episcopus habet ungeri in fronte in confirmatione. Vnde prohibitum est inferioribus sacerdotibus ut nunquam tangant frontem hominis aliqua unctio: quoniam eis non competit. De hoc expresse habetur in glos. ij. cap. quoniam in baptismo. de sententia. excommunicabilibus. vj. vbi dicitur manifeste quod post baptismum sacerdos inungat in vertice chrismate: non autem in fronte: quia hoc est solius episcopi. ut notatur de consuetudine. c. quanto. Prohibitio autem ne sacerdotes inferiores inungant in fronte habetur in pluribus iuribus ut patet de consecratione. di. v. cap. nouissimi. Errores autem causam illorum sic erratum comperi: quia libros viaticosque suos ipsos sic grauitate decipere vidi. Nam fere omnes agere & libelli baptismales in hoc loco sic habent. Hic faciat sacerdos crucem in fronte. Corrigant igitur de cetero libros suos erroneos ne a domino corrigantur: & agant poenitentiam de errore preterito. Ad eam autem auctoritatem ordinariam per quam cum eis super huiusmodi errore commissio dispensetur. Et fit etiam ista unctio in capite ut charitas quae per spiritum sanctum datur abundet semper in cordibus nostris: secundum illud sapientis. Oleum de capite tuo nunquam deficiat. Vnde & apostolus. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vel fit ideo in vertice: ut cognoscat se promotum esse in regale genus & sacerdo-

tale: ut a Christi consortio vocetur Christianus: & aeterni regni sit coheres. Et etiam statim tegitur veste vel mitra ut intelligat se diademate regio & sacerdotali: sicut dictum est potiri. Sed dubitatur nonne iam spiritus sanctus datus est baptizato in ipsa aqua baptismi. Respondetur quod sic: sed differenter hic & ibi. Nam ibi datur ad peccatorum preteritorum remissionem: quia per ipsam aspersionem aquae in baptismo omnia preterita peccata purgata sunt. Sed hic datur in ista unctio ad edificandum in corde nostro Dei & proximi dilectionem. Consequenter datur baptizato vestis candida quae debet ita disponi ut cooperiat totum caput & omnia loca unctio: scilicet scapulas & pectus secundum Hugonem quae candore suo figuram praefert acceptae nouitatis & restitutionem innocentiae: & spiritus future immortalitatis. Haec est enim vestis in qua ad nuptias regis intrare quilibet est necesse. Vnde sacerdos in ponendo eam dicit. Accipe vestem candidam sanctam & immaculatam. id est, vite innocentiam quae tunc restituitur ei: quam praeferas ad tribunal Christi: ut habeas vitam aeternam amen. Potest tamen iste panniculus etiam seruari pro alijs pueris baptizandis in ecclesia. ut dicitur de consecratione. dist. iij. c. si quis. vbi dicitur. Si quis voluerit chrismate iterum pannum linire & super alium baptizandum mittere non est absurdum. Et ultimo sacerdos tradit puero in manus lampadem seu cereum incensum: quod significat fidei & amoris longitudinem. Lumen enim significat fidem: sed incensum significat fidem informatam

DE SACRAMENTO

charitatis feruorem. In manibus autē acceptam: significat bonorū operum exhibitionem: & cū tali Christo omnes occurrere debemus ad iudiciū venienti. Et ideo dicit sacerdos. Accipe lampadem ardentem & irreprehensibilē. & custodi baptismum tuum: vt cum dominus ad nuptias venerit possis ei occurrere vna cū sanctis & electis Dei in aula coelesti: vt habeas vitam æternam. & viuas in secula seculorū. Amen.

DE SACRAMENTO

confirmationis.



Onfirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Psal. Post Sacramentum baptismi sequitur aliud quod maximum est quātum ad ministrorum dignitatem. Hoc enim à summis pontificibus. i. episcopis vel suffraganeis tantummodo traditur: sicut & à solis Apostolis tradebatur. vt dicitur de conse. dist. v. manus. Prius enim vnctio postea sequitur confirmatio: ibi peccatum dimittitur. hic gratiæ dona dantur. Datur autem hic illa gratia qua contra singula vicia & si nō semper quādoque tamen pugnatur. Est autem gratia quasi armatura quædā quæ in hoc deserto post transitū maris baptismi contravicia pugnamus. Sicut enim submersis Egyptijs à tergo sequentibus filios Israel: filij Israel olim hostes oppugnaverunt per desertum: sic submerso diabolo in baptismo qui primum nos insequatur multa nobis per huius vitæ desertum vitia constituit: contra quæ vitia gra-

tia in hoc sacramēto est data: qua quasi armatura quadam & munitione quadam muniamur. Vnde post baptismi susceptionem in qua est gratia collata quantum ad innocētiae & nouę vitę restitutionem congrue petit ecclesia sibi dari sacramentum à deo per quod in illa gratia cōfirmetur dicens verba premissa. Confirma hoc Deus. s. per sacramentum confirmationis quod operatus es in nobis: scilicet per gratiam baptismalis renouationis. Ista duo sacramenta ita sunt coniuncta, quòd ab inuicem nisi morte preueniente nullatenus possunt segregari: & vnum sine altero rite perfici non potest. Ita dicit Melchisedes papa scribens Hyspaniarum episcopis: cuius verba ponuntur de cōsecra. v. distin. v. de his vero. Diffinitur autem istud Sacramētum secundum doctorem subtilem super. iij. senten. distin. vij. q. j. sic. Confirmatio est vnctio hominis viatoris aliquo modo consentientis: vel libero arbitrio nonnūquam vsi: facta in fronte figura crucis cum chrismate sanctificato: & à ministro idoneo simul cum intentione debita in vngente: & verba debite proferēte: signās efficaciam & instructione diuina vnctionem animę per gratiam roborans: ad cōfitendum cū constantia fidem Christi. Et secundū beatum Tho. super. iij. senten. Confirmatio in re est ipsa linitio chrismatis sub forma verborum præscripta.

¶ QVAE SVNT DE SVB-
stantia huius sacramenti.



Irca quod sciendū secundū Petrū de tharan. super. iij. dist. xvij. & ar-

chī. de conse. dist. v. nouissimæ. Quinq; dicuntur de substātia huius sacramēti. duo ex parte sacramenti in se. s. materia chris-
matis, id est oleum cum balsamo ab episco-
po sanctificatū. vt habetur de cōse. di. iij. presbyter. Nec potest sine tali oleo cōferri hoc sacramētū: eo q̄ secundū Tho. su-
per. iij. di. vij. q. ij. arg. iij. illa sacramēta que sibi ministrum determinant etiā materiā sanctificatam requirunt & exigūt. Sed sacramentum quod nō determinat sibi ministrū nisi quantū ad solemnitatē: nō habet materiā sanctificatā quantū ad necessitatē: sed quantū ad solēnitatē vt baptis-
mus. Et quia hoc sacramētū determinat sibi ministrū: ideo etiā requirit materiam sanctificatā ab eo qui est minister huius sacramenti: scilicet ab episcopo. Quare autē materia est chrisma ostēdit arti. ij. dicēs q̄ hoc sacramētū sumpsit initiū ab aduentu spiritus sancti in discipulos qui apparuit in linguis igneis: sed igni nihil conuenientius accipi potest loco eius pro materia in confirmatione q̄ oleū: quia lucet & nutrit ignē. Figura autē lingue cōuenienter accipit balsamus propter odorē: quia propter cōfessionē lingue odor bonæ notitiæ Dei diffunditur in omni loco. Ideo sicut visibilis apparitio spiritus sancti fuit in igne figurata in figura lingue. ita materia cōfirmationis est in oleo balsamato vt oleū pertineat ad conscientiam quā oportet habere nitidā eos qui cōfessores diuinæ fidei construūtur. Et balsamus ad bonā famā pertinet: quā oportet diffundere: & verbis & factis in cōfessione fidei. Hęc sanct⁹. Tho.

Et licet Christus circa institutionem huius sacramenti non fuit vsus tali materia: nec apostoli post eum. tamē ideo hodie ecclesia non vtitur incōgrue tali materia: eo quod Christus non alligauit potentiā suā sacramentis. potuit enim sine tali materia cōferre per alium modum gratiam huius sacramenti. Similiter secundum doctorem subtilem potuit cum discipulis dispensare in primitiua ecclesia: vt per alium modum conferrēt hoc sacramētum: maxime cum tunc erāt aliqua signa sensibilia. vt puta descensus sancti spiritus desuper, & donum linguarum quæ omnia accipiebant cōfirmati per apostolos. Vnde nō fuit necessaria eis materia huius sacramēti in signo tā occulto: ex quo in magis visibili & euidentiori illud conferebant. Credit tamē idem doctor quod hæc materia ab apostolis sit instituta licet non legatur. Secundū quod est de substantia huius sacramenti est forma verborum quæ est hæc. Consigno te signo sanctæ crucis: & confirmo te chris-mate salutis: in nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Refert tamen archidiaconus de cōsecra. dist. v. cap. nouissimæ. & secundum Hugonem ibidem tenuisse: quod nec forma prædicta: nec alia est necessaria & de substātia huius sacramenti: immo credit q̄ sacramētū olei & sacramētū chris-matis potest cōferri sine verbo: dū modo fiat vnctio de oleo vel de balsamo cōsecrato. Idē etiā notat. xcv. dis. ca. peruenit. Illud tamen ibi dixit sub dubio. Ego tamē istud dictum minus recipio: nec admitto eo quod nec iure nec ratione cō-

DE SACRAMENTO.

sistit: & omnibus theologiae magistris ad-
 uersatur. Tertium quod est de substantia
 huius sacramenti quod requiritur ex par-
 te ministri est dignitas pontificalis seu epi-
 scopalis & intentio debita. In tantum enim
 requiritur ministerium pontificis in colla-
 tione huius sacramenti: ut si per alium sim-
 plicem sacerdotem fieret etiam de commissione
 non valeret: licet secundum quosdam papa po-
 test simplici sacerdoti committere ut posset
 hoc sacramentum conferre. Et hoc tenet
 glosa. c. iiii. de consuetudine. Hoc etiam te-
 net ibi Hostiensis. Hoc etiam tenet Archi-
 diaconus. xcv. dist. peruenit. Hoc etiam idem
 approbat sanctus Thomas. super. iiii. dist. vij.
 q. vj. arti. iij. ubi assignat rationem dicens:
 quod papa per hoc quod est episcoporum
 summus non dicitur habere plenitudinem
 potestatis per relationem ad corpus domi-
 ni verum: sed per relationem ad corpus my-
 sticum. Et quia gratia sacramentalis descen-
 dit in corpus mysticum a capite: ideo om-
 nis operatio in corpus mysticum sacramen-
 talis per quam gratia datur dependet ab ope-
 ratione sacramentali super corpus domi-
 ni verum. Et ideo solus sacerdos potest ab-
 soluere in foro poenitentiali & baptizare
 ex officio. Et ideo dicendum quod promouere
 ad illas perfectiones que non respiciunt cor-
 pus domini verum: sed solum corpus my-
 sticum potest a papa qui habet plenitudinem
 pontificalis potestatis committi sacerdoti
 qui habet actum summum super corpus do-
 mini verum: non autem diacono vel ali-
 cui inferiori qui non habet perficere cor-
 pus domini verum: sicut nec absoluere in

foro poenitentiali. Non autem potest sim-
 plici sacerdoti committere promouere ad
 perfectionem que respicit aliquo modo cor-
 pus domini verum. Et ideo simplex sacer-
 dos ex mandato papae non potest confer-
 re ordinem sacerdotij: quia ordines sacri ha-
 bent actum supra corpus domini verum
 vel supra materiam eius. Potest tamen con-
 cedere sacerdoti quod confirmet: quia con-
 firmatio perficit eum in actu corporis Chri-
 sti mystici: non autem habet aliquam rela-
 tionem ad corpus domini verum. Et hoc di-
 ctum approbat in toto Petro de thara. su-
 per. iiii. sententiarum. di. iiii. secundi principa-
 li. q. j. art. ij. Hoc idem approbat Scotus. Et
 licet Bonaventura videatur praemissis con-
 tradicere. tamen assistendum est maiori par-
 ti doctorum praedictorum qui cum deter-
 minatione ecclesiae hoc approbantes con-
 sentiunt in toto & concordant. Quartum
 quod est de substantia huius sacramenti
 est ex parte suscipientis: scilicet locus susci-
 piens qui est frons. Unctio enim fit ad con-
 significandum id quod confertur in sacra-
 mento. Unde in confirmatione confertur
 audacia confessionis cuius oppositum: sci-
 licet timor & erubescencia principalis & eui-
 dentius in fronte manifestatur: ideo fit un-
 ctio frontis. Haec est ratio Archi. de con-
 se. distin. v. nouissime. Alia autem ratio se-
 cundum Petrum super. iiii. distin. vij. q. iiii.
 quia etiam robur in fronte signatur iuxta
 illud Ezechie. iij. Ecce dedi frontem tuam
 duriorum frontibus eorum. Unde tribus
 sacramentis fit triplex unctio sancti chris-
 matis, sed tamen diuersificantur ex fide: quia

in baptismo vt dictum est fit in vertice: ad significandā fidei susceptionē: quia vertex est locus rationalis. In confirmatione in fronte fit vnctio ad significandam audaciam cōfessionis: cuius impetum scilicet timor vel verecundia in pallore vel rubore frontis ostēditur ex propinquitate cellulæ memoratiuē imaginatiuē. In ordine vero in manibus fit vnctio ad significandum potestātē cōsecrandi corpus dominicum. hęc Petrus. Aliam rationem ponit canō dicens. Spiritus sanctus in baptismo tribuit plenitudinem ad innocentiam: in confirmatione augmētum ad gratiam præstat. In baptismo regeneramur ad vitam: post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo obluimur: post baptismum roboramur: regeneratio per se saluat: confirmatio armat & instruit ad agones huius mundi & prælia. de consecra. distin. v. spiritus sanctus. His omnibus consonans Rabanus de institutione cle. libro. j. ca. xxx. dicit. Signatur in baptismo baptizatus cū chrismate in capitis summitate: id est, in vertice per sacerdotem simplicem: per pōtificem vero in fronte: vt in priori vnctione: scilicet in summitate capitis in baptismo significetur super ipsum spiritus sancti descensio ad in habitationem Deo consecrandam. in secunda quoque: scilicet in cōfirmatione vt eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis scientiæ virtus & veritas venire in hominem declaretur. Habentur ista verba de consecra. distin. v. nouissime. Datur autem hęc gratia non solum communi-

ter sicut in alijs sacramentis: sed etiam specialiter: per quam quis deputatur ad effectū sanctitatis & idoneus efficitur ad Christum confitēdum. Et hęc est maxima utilitas. Vnde hoc debent pensare homines & istud sacramentum non obmittere: nā obmissio ipsi⁹ augmētū gratiæ subtrahit.

DE ACCIDENTIBVS CIR
ca sacramentum confirmationis.



Consequenter videndum est de accidentibus huius Sacramenti quæ sunt quatuor. Primo quod istud Sacramentum est conferendum à ieiuno episcopo. vt dicit canon de conse. dist. v. vt episcopi. Hoc autem est propter venerabilitatem huius sacramenti: quia venerabilius est vt à ieiuno conferatur. In necessitate tamen confertur post prandium: præsertim quando est multitudo confirmandorum: qui ante prandiū comode expediri non possunt. Vel quando aliqui veniunt de longinquo non volentes expectare in crastinum. Vel quando episcopus non potest expectare in crastinum. Vnde melius est vt tunc confirmetur quàm si episcopo recedēte sic dimitterentur. Secundo quod istud sacramentū sit à ieiunis hominibus sumendū propter reuerentiam & honestatem huius sacramenti. vt dicitur in ca. vt ieiuni. de cōse. dist. v. Tamen vt dictum est in necessitate etiā post prandiū potest suscipi. Tertio quod in susceptione huius sacramenti debet alter cōfirmatus tenere cōfirmandū: eo quod ille qui accedit ad illud sacramentū nō habet robur per se stādi: nec presumit p se stare: ni

DE SACRAMENTO.

si adiutus ab alio. licet autē de ratiōe huius sacramēti confirmatus debeat esse qui illum debet tenere: tamē si nō est cōfirmatus propter hoc nō est minutū hoc sacramentum: licet grauiter peccet. de cōse. di. v. nouissimę. Quarto requiritur quōd locus vnctionis ligetur panno quousque sic retur. Et postmodū etiā secundum Hugonem debet homo esse sub quadam disciplina in custodiēdo chrisma. f. ne caput lauet vsq; ad septem dies: propter septem dona spiritus sancti quæ tunc recipit. Hoc tamen hodie non bene seruatur. Bonum tamen esse seruare propter reuerentiā sacramenti. & significatiōē prædictam. Cōsuetudo autē nostra est quōd ligatura illa portetur vsque ad tertium diē: & tunc tertia die cōburetur panniculus: & locus frontis bene cum sale & aqua lauetur: & aqua in focum: vel in fornacem fundatur.

¶ CAUTELE HVIVS SACRAMENTI.

Primo caueat sacerdos: ne aliquem prius confirmatum cōfirmet: quia hoc Sacramentum est irreiterabile cū imprimat carācterem indelibilem sicut & baptismus. Et etiā quia magna iniuriam faceret sacramēto qui istud reiteraret: cū per hoc prima cōfirmatio iudicaretur nihil esse. Secūdo caueat cōfirmāndus ne bis procurare scienter se faciat. Nam talis poenitētia debet ingredi monasterium & ibi sub habitu regulari deo famulari. vt dicitur de consecra. dist. v. dictum est nobis. Tertio caueat ne vxor teneat in confir-

matione virum vel maritū suum. vel econuerso propter cōtrahendam cognationē spiritualem quæ impedit matrimoniū cōtrahēdum & coniugalem actum. Nam tales debent abstinere ab inuicem vsque ad mortem ipsorum & sic separari debent à thoro: licet non absoluātur à vinculo matrimonij vsque ad mortem. Similiter caueat ne quis filium propriū teneat: quia etiā cōtrahitur cognatio spiritualis inter coniuges: non tamen matrimonium dirimens: sed tamen grauitur puniuntur coniuges. Similiter caueat ne soror fratrem: vel econuerso teneat: quia sufficit inter tales vinculum cognationis carnalis. Si tamē fieret nihil impedit: sed tamen honestius est abstinere. Nam turpe est audire si frater vocaret sororem in hoc casu cōmatrem: vel econuerso. Alij tamen cognati vt patruales fratruales auunculi patrini. &c. bene possunt tenere confirmandos nepotes & alios. Quarto caueat confirmandus vt non accedat ad illud Sacramentum nisi confessus si est conscius alicuius mortalis peccati ne ponat obicem gratiæ quam suscepturus est in hoc Sacramento. Quantum tamen est ex vi sacramenti suscipit ipsum sacramentum: non tamen esse Sacramenti scilicet gratiam.

¶ DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

Accipite & comedite. &c. Matthæi xxvj. & de conse. dist. ij. panis. Quia suscitati à peccatis p baptismū, & cōfirmati in gratia per cōfirmationē ne laborātes

in via presentis vite in certamine spiritua-
 li deficiant. Opus enim habent refici cibo
 spirituali alioquin saluatore testate. Si di-
 missi ieiuni fuerint deficient in via. Matt.
 xv. Ideo post duo sacramenta sequitur ter-
 tiū, scilicet venerabilis eucharistia, quod
 est cibus animarū nostrarum. iuxta illud
 Ioannis. vj. Nisi māducaueritis carnē. &c.
 Ne igitur obmittatur sed frequentius su-
 matur à fidelib⁹ hortatur saluator in ver-
 bis præmissis dicēs. Accipite & comedite.
 Et rectus ordo est vt post baptismum &
 post cōfirmationem sumatur hoc venera-
 bile sacramentum ab adultis. Legimus si-
 quidem q̄ submersis ægyptijs in mari ru-
 bro, trāsito q̄; mari prædicto filij Israel no-
 uum pascha in azimo pane fecerūt in de-
 serto, sic nos submersis daemonibus in ba-
 ptismo cū peccatis nostris, in deserto hu-
 ius mūdi pascha nouum in azimis sinceri-
 tatis & veritatis huius sanctissimi panis fa-
 cere debemus. Circa vero hoc sacramen-
 tum excellentissimū tria sunt consideran-
 da. Primo quidē substantia ipsius. Secun-
 do credēda ipsius. Tertio cauteq̄. De pri-
 mo sciēdum est circa hoc sacramētum q̄
 quatuor sunt de substātia sui necessaria.
 Primū est ordo sacerdotalis. Nullus enim
 potest hoc sacramētum conficere nisi sa-
 cerdos. vnde nec laycus nec angelus bo-
 nus potest hoc conficere, quia non habet
 quis potestātē super actum cōsecrationis
 huius sacramenti nisi ordinatus in sacer-
 dotem: nō enim meritis sanctitatis, sed au-
 thoritate officij & ministerij sacerdotalis
 hoc sacramentum conficitur iuxta illud.

Non meritis cōsecrantis: sed in verbis con-
 ficit sacerdos. Ex quo patet error illorum
 qui dicunt q̄ si laycus proferret verba ca-
 nonis super panē triticeum conficeret sa-
 cramētum, quod omnino est falsum. Nec
 debet quē mouere illa hystoria que refer-
 tur de quibusdā pastoribus laicis qui ad-
 discētes verba canonis & cōsecrationis in
 ecclesia à sacerdote tēpore consecrationis
 prolata: ipsi etiā venientes ad greges suos
 super panem protulerūt eadem verba, &
 statim apparuit puer pulcherrimus. Ibi e-
 nim non fuit caro Christi sicut est in hoc
 sacramēto à sacerdote cōsecrō, sed ibi fuit
 miraculose ex permissione diuina quædā
 figura & species carnis diuinitus formata:
 nec ille puer erat verus Christus Deus &
 homo habens animā sicut est in sacramē-
 to isto per sacerdotē cōsecrō: vbi realiter
 est Christus, cū diuinitate & humanitate
 & anima sua sicut nunc est in cœlo. Nec
 etiam illa caro illius pueri adorāda fuit si-
 cut Christus, nec sumenda pro corpore
 Christi, sed pro quodā miraculoso corpo-
 re & opere diuino venerāda sicut alia mi-
 racula diuina. Sicut etiam dicimus de san-
 guine illo qui dicitur exiuisse de imagine
 lignea passionis Christi, quā cum quidam
 Iudæi in celario cōfodissent in contumē-
 liam Christi subito emanauit quidam hu-
 mor sanguineus in maxima quantitate,
 quo viso Iudæi illi fuerunt conuersi. Ille
 enim humor non fuit sanguis Christi ve-
 rus sicut est in hoc sacramēto nec dignus
 tali adoratione sicut qui est in calice, sed
 modo suo venerādus tanq̄ miraculosum

DE SACRAMENTO

opus Dei. Et de tali humore sanguineo collecto in loco prædicti celarii fuit per diuersas partes mundi distributum. Ex quo peruenerat error fidelium qui putâtes verum Christi sanguinẽ esse adorabãt eum adoratione latriæ, & sic idolatrabant. immo dato q̄ fuisset verus sanguis Christi sub cruce Christi collectus adhuc minus esset adorandus q̄ iste qui est in calice per sacerdotem consecratus. Ratio huius est quia ille diuisus est à diuinitate q̄ cito defluxit ad terrã de Christo nõ potuit dici filius dei amplius, nisi Christo reunitus & reintegratus. Iste autẽ qui est in calice cõiunctus est diuinitati, quia de ipso sanguine verũ est dicere. Hic est verus filius dei. Cũ ibi ratione cõcomitantie fit etiam vera caro Christi & anima eius & diuinitas. *Archi. de conse. dist. ij.* qui mãducañt, tenet q̄ nõ remansit aliquis sanguis sub cruce domini, nec etiã de carne præputij, sicut romæ monstratur, & sthildesheim. sed erroneæ, quia tunc habuisset duo præputia: quod tamen est falsum & nõ tenendum. Magne itaque dignitatis sunt sacerdotes qui hoc possunt quod nullus citra Deum facere potest. Sed pro cholor dignitatem suam minime attẽdunt nullius poenę reputantes æstimationis. Secundũ quod est de substantia huius sacramenti est materia debita, scilicet panis triticeus. & hoc ideo quia dominus se grano tritici cõparauit. *Ioan. xij.* Tum etiam quia Christus creditur sic consecrasse. Vinum vitis est materia debita & necessaria: quia Christus se vitis comparauit. *Ioan. xv.* Ista autem duo,

scilicet panis & vinum ita sunt coniuncta in consecratione: vt nequaquã vnũ sine alio debet consecrari, aut à celebrante suscipi. iuxta illust. *Gelafij.* Sacerdos corpus Christi siue eius sanguinem nunq̄ debet suscipere, aut enim integre sumat, aut ab integris abstineat, quia vnus eiusdẽq̄ mysterij diuisio sine grandi sacrilegio nõ potest peruenire. de cõse. dist. ij. cõperimus. Non putet tamen quis ex hoc q̄ sacerdos quantum est de ratione sacramenti non posset cõsecrare hostiã per se sine calicis cõsecratione, quia forma consecrationis panis & calicis non se expectãt, quia altera sine altera totum effectum operatur q̄ cito profertur. Sed tamen dico q̄ hoc sacerdos nõ potest facere sine graui peccato. Addenda est etiam vino modica aqua que significat coniunctionẽ populi ad Christum in hoc sacramẽto. Et licet sine aqua in solo vino potest confici, non tamen sine graui peccato. Econuerso vero sine vino in sola aqua nihil cõficitur. & hoc tunc grauius est peccatum q̄ primum propter idolatriã quam committit populus tẽpore celebrationis, & eleuationis quorũ omniũ est reus celebrans. Tertium quod est de substãtia huius sacramenti est debita forma verborum quæ est hæc super hostiam. Hoc est enim corpus meum, & super sanguinẽ. Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamẽti, mysterium fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Circa quod sciendum est q̄ licet illa coniunctio enim posita in ambabus formis non sit de substãtia forme sim

pliciter necessaria: debet tamen apponi secundum usum Ecclesiae qui usus à beato Petro initiū sumpsit, & grauius peccant obmittentes eam. Quod autem praemittitur. Accipite & māducate ex hoc omnes: pertinet ad usum sacramenti & nō est de substantia formę. Sed si quæritur quomodo ista locutio est vera, cū sacerdos dicit. hoc est enim corpus meum. Hoc enim videtur falsum si ex persona sacerdotis illa verba dicantur cum sacerdos non intendat cōficere ibi suum propriū corpus sed Christi. Ad hoc respondetur breuiter q̄ ista verba sacerdos nō profert ex persona sua sed Christi. demonstrat autē illud pronomen hoc verum corpus Christi in ordine ad totā compositionem huius formę. Hoc est enim corpus meum. Non q̄ prolato isto solum pro nomine hoc statim fit corpus Christi, sed prolato tota forma à Christo instituta; quia in vltima prolatione istorū verborum fit transsubstantia ad quam ordinatur praecedentia. Et pro isto vltius sciendum est q̄ secundū beatum Tho. super. iij. distin. viij. q. v. ar. ij. Forma huius sacramēti differt à formis aliorū sacramētorum in duobus. Primo quia forma aliorum importat usum materiæ. Forma autē illius importat cōsecrationē tantum: quæ consistit in trāssubstantiatione materiæ. Vnde minister vel sacerdos in conficiendo hoc sacramētum non habet alium actum nisi prolationē verborū ex persona Christi. Secūdo quia aliorum sacramentorum formæ ex persona ministri proferūtur. Forma autē istius sacramenti

à ministro in persona profertur Christi. Ad intelligēdum autem quodlibet verbū positum in hac forma est sciēdum q̄ hæc forma est sufficientissima. Primo quantū ad operatiuam potētiam, quia cum factio habeat suam completionem: ideo conuenienter ponitur illud pronomen hoc demonstrās panem qui est transsubstantiatus in panē Christi, & est idem cum corpore Christi. Secundo est sufficiēs quantum ad modum operādi, quia hic terminus ad quem est sine omni immutatione ex parte sui. Ideo bene ponitur *ly* est designans permanētiam, & non ponitur verbū fieri, scilicet erit designans mutationem. Tertio est sufficiēs ex parte operis, quia hic corpus Christi verū designat corpus Christi mysticum quod habet diuersas partes & forte diuersarum rationū propter differentem gratiam gratis datam. ideo melius dicitur corpus q̄ caro. Quarto est sufficiēs ex parte operātis. Vnde quia corp⁹ Christi non tantum signat corpus Christiverrum: sed etiā significat corpus Christi mysticum, & cum hoc nō possit facere secundum se: sed in quātum est vnum vel vnitū cum diuinitate, ideo congrue ponitur ibi *ly* meum. Quinto est sufficiēs ex parte effectus principij. Vnde quia iste effectus, scilicet corpus Christi est tantæ nobilitatis quod non fit in sacramento nisi à Deo immediate: nec minister habet aliquem actum specialem in isto sacramento sicut in alijs, ideo conuenienter factū est quod ista forma non profertur in persona alicuius, sed Dei absolute, sicut vox hominis.

DE SACRAMENTO.

per tubam, ita Dei per hominem. Quartum quod est de substantia huius sacramenti est intentio consecrantis, scilicet ut in speciali vel in generali hoc facere velit quod facit ecclesia: vel quod fecit Christus & statuit faciendum. Licet tamen intentio semper est necessaria de substantia, non tamen attentio. Vnde si mēs rapitur vel alias ex infirmitate vel negligentia vel incuria: non ideo est minus cōsecratum q̄ si affuisset attentio. Peccat tamē ille qui cōsecrat & non intelligit, & se nō recolligit quāto attentius potest ad consecrationem. Nam debet attentus esse ad hoc ut consideret quid facit, & tunc maxime quādo plures hostias cōsecrat pro communicantibus. unde debet habere respectum specialem ad alias hostias omnes quæ sunt corā eo. alias enim si haberet generalem intentionē ad omnes hostias quæ sunt in altari, staret quādoq; q̄ etiam illas quæ sunt in pixide residue cōsecrarit secundum quosdā. Mihi autem non apparet hoc, quia ex quo non intēdit consecrare alias nisi quæ sunt corā ipso de propinquo cumulate ad vnum locum quātumcunq; generaliter intendat super eas nō cōsecrabit nisi illas. Similiter dico q̄ si hostia aliqua iaceret sub palla nō cōsecrata, absconsa in tēpore consecrationis forte per obliuionē clerici dimissa ex quo sacerdos de ea nō intēdit non est consecrata. Secus dico si habet intētionem ad omnes quæ sunt ante eū: tunc & illam hostiam absconsam cōsecrabit. Tamen dicit Ioannes Caldinensis in supplicationibus suis de officio ordinarij. Si sacerdos. q̄ si sa-

cerdos credens ponere. xvj. hostias ponit x. si intētio sua est tātum consecrare quātum habet ante se omnes sunt cōsecratae. Et ideo dicendum est q̄ sufficit sacerdoti habere intētionem determinatam faciendi, ut facit Ecclesia super totam materiam preordinatam sine specificatione numeri: secundū magistrum Frānciscum de Braga in quadam questione disputata. Idem dico de vino perfuso super altari per negligentia perfusionis tēpore in calicem, quia illud nō consecratur dum sacerdos nō intendat super illud. Et ideo dixi q̄ maxime requiritur intentio super illa quæ sunt coram sacerdote posita in tali loco tantū & non in alio. Ex illa soluitur dubiū, an scismaticus vel hæreticus conficiat hoc sacramentū. Patet etiam q̄ sic cum talis potest habere intētionem Ecclesie in conficiendo, & hoc maxime vniuersalem, scilicet intendendo facere quod Christus fecit & instituit faciendum, & quod Ecclesia facit, licet etiā non intendat in speciali, quia ex quo est in hæresi vel in scismate: ipse certus est & credit nil valere vel facere propter peccatum in quo est. Nec obstat capitulū, scisma. xxiiij. q. j. vbi dicitur, q̄ scismaticus execrare potest: non autem cōsecrare, quod intelligitur quātum ad efficaciam sacramenti, quia non operatur effectum salutis in illo sic cōsecrante illam vel conficiēte propter scisma vel hæresim, sed tamē est verum corpus Christi. Similiter etiam illud intelligitur, scilicet vbi dicitur. Non est corpus Christi quod scismaticus cōficit, id est q̄ nō est verū corpus Christi

quantum ad conficientem in scismate vel heresi: quia sibi non proficit, sed officit, id est, nocet. Nihilominus tamen quantum est ad veritatem sacramenti est verum corpus Christi. Similiter in. ca. audiuius: vbi dicitur. q̄ scismaticus execrare potest. non autem cōsecrare intelligitur, vt dictū est. Vnde patet illos indiscrete facere qui sacramentum per græcos aut rutenos confectum in forma Ecclesiæ blasphemāt & derident cum ibi sit verum corpus Christi. Consultius tamen isti facerēt: vt illuc non intrarent nec inspicerent in ipsorū ecclesias, q̄ vt veniētes illuc derideant. Concludendo ergo dico q̄ ad hoc sacramentum conficiendum sufficiat triplex conditio ex parte conficiētis. Primo q̄ sit sacerdos ritæ ordinatus. Secūdo q̄ possit verba proferre cōsecrationis. Tertio q̄ possit habere debitam intētionem faciendi quod facit Ecclesia. Propter defectum primæ conditionis nullus laycus quantumcūq̄ sanctus, nec sacerdos gentilis vt tartarorum cōficiunt, quia non sunt rite in forma ecclesiæ ordinati. Propter defectum secūde conditionis mutus non potest conficere, quia nō potest verba consecrationis proferre. Propter defectū tertie conditionis carēs vsu rationis & ebriosus nondum digestus non possunt conficere cum nō habeant intensionē debitā. Sed prima cōditio est propria: quia solus sacerdos & qui libet potest cui possunt cōpetere iste conditiones, scilicet prolatio & intētio. Nec obstat si instatur de degradato q̄ nō fit sacerdos, quia tamen non est verum, quia cara-

terem sacerdotalem sibi semel in ordinibus susceptis collatū nullus potest delere. Quāuis taliter degradatus perdat priuilegium clericale & traditur curiæ seculari: tamen si celebraret cōficeret, quia auctoritas substantifica non est sibi ablata quantum ad veritatem sacramenti, sed tantum quantum ad executionem legitimam qua caret quo ad se & ad alios & quo ad totā ecclesiam. Quando autē dicitur & scismaticus, excōmunicatus, hæreticus, & degradatus non cōficiant: intelligendū est q̄ nō conficiunt rite & ordinate nec legitime quantum ad efficaciam sacramenti: vt scilicet sit utilis illa cōfectio ad salutem eis. sed tamen cōficiunt quantum ad veritatē sacramenti, & hoc catholice sentiendum est de isto sacramento obmissis opinionibus multorū. Et si quis cōtra prædicta obijciat magistrum senten. lib. iij. dif. viij. vbi dicit tales non posse conficere. Salua pace magistri dico quod in hoc nō tenetur: tamen propter sui reuerētiam vt eius dictum potius valeat q̄ pereat: intelligendū est q̄ tales nō possunt cōficere de iure & sine peccato seu ordinate, sed de facto bene possunt. Nec moueat aliquem ratio magistri ibi posita per quā dicit ideo non posse prædictos conficere, quia nemo in ista consecratione dicit. Offero, sed offerimus hoc sacrificium. Nemo igitur nisi fuerit membrum Ecclesiæ potest dicere cum alijs offerimus quasi esset vna de personis Ecclesiæ. Vnde cum hæretici & scismatici non sint membra Ecclesiæ, non possunt dicere offerimus ergo nec conficere. Ad quod di-

DE SACRAMENTO.

cimus q̄ oblatio nō pertinet ad rationem cōsecrationis. vnde non necessario requiritur vt offeratur. Ita soluit doctor subtilis super. iij. distin. viij. q. ij. & Tho. eadem distin. q. j. argu. j. iij. & iij.

DE CREDENDIS CIR- ca hoc sacramentum.

ANte omnia credendum est q̄ in hoc sacramento idem Christus qui de virgine natus est, & pro nobis passus est cōtinetur. Et sicut ibi verus est Christus, ita etiā est ibi sub vna quantitate, sed non quantificatiue, hoc est tantum dicere q̄ non vtitur illa quantitate occupando locum. Sic etiam non vtitur claritate sua illuminando aerem. Secundo credendum est q̄ corpus Christi potest esse in plurib⁹ locis quantumcunque plures panes transubstantiantur in ipsum. Vnde in cœlo est localiter, in verbo diuino personaliter, in altari sacramentaliter. Secundum naturale eius esse est in cœlo in vno tātum loco: secundū esse sacramentale eius potest esse in diuersis locis. Est ergo hic secundum q̄ multa in ipsum transmutari possunt. Sed secundum esse personale non est in loco. Vnde dicit Petrus de tharā. secundum q̄ vnum est & indiuiduū in se nō potest esse nisi in vno loco, sicut nec angel⁹ nec aliud corpus, sed secundum q̄ in ipsum multa transmutari possunt indiuidua. sic potest esse in diuersis locis. dist. x. q. iij. ar. ij. super iij. sentē. Tertio credendum est secundū Tho. q̄ cū corpus Christi apparet in specie carnis vel pueri: vtrum ibi appareat ve-

rum Corpus Christi: vel an ille species sint propriæ corporis Christi: nō omnino determinatum est à doctoribus. Tamē seculare dicitur q̄ ille dimensiones panis manent, & in eis alia accidētia sensibilia superducuntur diuina virtute quæ speciē carnis prætendāt, sicut accidētia quæ prius erāt prætendebāt speciē panis. Quando tamen appareret sub forma carnis vel pueri, non debet sumi sed pro reliquijs seruari. Quarto credendū est q̄ illa accidentia manent sine subiecto post consecrationem virtute diuina: retirēt tamē ibi modum agēdi vel patiendi in corpore Christi quē prius habuerūt. Quinto credendum est q̄ facta cōsecratione vltērius nō manet in hostia cōsecrata substātia panis, nec in vino substātia vini, sed statim corpus Christi fit in hostia & sanguis Christi in calice. Et ratio secundū beatū Thomam est quia oppositum huius dicere repugnat verbis Christi. Non enim esset verum dicere. Hoc est enim corpus meū: sed hic est corpus meū. Item si remaneret substantia panis tolleretur reuerentia Christo debita vt continetur in hostia. Nam Christo vt continetur in hostia debetur cult⁹ latriæ: sed si ibi maneret substantia panis, non deberet talis cult⁹ latriæ exhiberi propter idolatriā adorādo creaturā, & licet multi doctores huic cōtradican sententiæ: iam tamē pro catholica cōclusa est sub Alexādro quarto papa & Martino quinto. Sexto credendum est q̄ fractio quæ fit in hostia non fit in corpore Christi: sed tantū in speciebus hostiæ. Vnde ibi accidētia manentia sine

subiecto dicuntur frangi secundum Petrum dist. xij. ar. principali. q. j. quia alias fractio est quaedam diuisio: diuisio vero est passio quanti ut quantum. In sacramento vero aliquid est quantum per modum quanti ut species, aliquid est quantum sed non per modum quanti, ut corpus Christi. Ideo dicendum est quod fractio vel diuisio fit in speciebus & non in corpore Christi. Septimo credendum est quod corpus Christi in hoc sacramento proprie non videtur, nec sanguis corporalis. Ratio Grego. quia tunc ibi non esset aliud visum & aliud creditum. Item alia ratio naturalis, quia nullum corpus videri potest nisi habeat accidentia in essentia, vel nisi sit coloratum formaliter, ut patet de pariete, sed color albus non est in hostia formaliter, ergo non potest videri proprie. Nec tamen errant laici qui dicunt se videre corpus Christi, sicut illi non errauerunt qui dicebant se videre angelos in assumpto corpore: quos tamen non viderunt in quantum fuerunt spiritus. Et simile est de homine armato quem dicis te videre: cum tamen nec faciem nec membrum aliquod nudum eius videas, immo ut dicit Varro dist. ix. q. ix. Nulla creatura naturali cognitione nec angelus potest cognoscere ibi esse corpus Christi. licet tamen visione gloriosa & intellectuali potest cognosci: oculus tamen glorificatus illud videre non potest corporaliter secundum Tho. Unde glorificati videt corpus Christi in sacramento visione intellectuali & non corporali. Octauo credendum est quod in hostia sunt quatuor, & quatuor veraciter in calice credenda continentur. Primo enim

in hostia virtute verborum, est corpus Christi. Ratio quia illud veraciter continetur in hostia de quo verbo faciunt mentionem, sed hoc solum est de corpore Christi: quia ibi dicitur. Hoc est enim corpus meum, vbi nihil dicitur de anima nec de deitate nec de sanguine. Secundo ibi est sanguis Christi non principaliter, sed ex concomitantia quadam necessaria, quia corpus verum & vinum non est sine sanguine, unde dicitur anima esse in sanguine. Tertio ibi est anima Christi ex concomitantia mediata, quia impossibile est animam informare & perficere corpus nisi corpus sit dispositum, sed sine sanguine non est ibi corpus bene dispositum nec etiam organizatum. Ibi ex consequenti etiam est anima cum ibi sit corpus dispositum per sanguinem: & hoc est dicere mediante sanguine. Quarto est ibi deitas ex quadam concomitantia remota, quia corpus & deitas sunt disparia: tamen ex quo Christus natus fuit ex Maria virgine verus homo & Deus: ideo etiam hic est verus homo & Deus. Similiter dicitur de calice quod ibi primo est sanguis, quia de illo verba faciunt mentionem. Secundo ex concomitantia immediata ibi est corpus Christi. Tertio ex concomitantia mediata ibi est anima Christi. Quarto ex concomitantia quadam remota ibi est deitas. ¶ Nono credendum est quod in hoc sacramento aliquid est sacramentum & non res sacramenti, sicut species sensibilis panis & vini, & illae species sunt creaturae. Unde adorator videns hostiam non debet ferre intentionem principaliter ad id quod videt, sed ad id quod credit ibi esse. scilicet Christum.

DE SACRAMENTO.

Secundo inuenitur sacramentum & res sacramenti, & hoc est verum corpus Christi & sanguis eius. Ista autem dicuntur sacramentum & res sacramenti per respectum ad ministrum vel sacerdotem sub debita forma conficiendum. Vnde dicitur sacramentum quasi sacre rei signum, quia significat spiritualem refectionem anime, & dicitur res, quia hoc ipsum facit per gratiam quod continet. Tertio est ibi aliquid quod est res sacramenti & non sacramentum: sicut est gratia gratis data digne suscipienti. & hæc gratia est res significata nihil tamen significati. Quartum ibi est quod nec est res sacramenti nec sacramentum vt sunt illa omnia quæ sunt concomitantia hoc sacramentum siue sint accidentia propria siue communia: & illa dicuntur potius formæ accidentales siue species. ¶ Decimo credendum quod licet sacerdos debeat sub vtraque specie sumere hoc sacramentum cum celebrat: tamen populo sufficit sumere sub specie panis tantum. Et ratio est quia secundum Archidiaconum de consecratione dist. ij. Comperimus. In hoc sacramento non solum attenditur efficacia, sed etiam significantia. Significatur enim per istas duas species, scilicet corporis & sanguinis seorsum sumptas per sacerdotem tempore celebrationis, quod sanguis Christi in cruce fuit diuisus à corpore suo. vt dicit Gorra. super Matth. Cum autem sacerdos tantum & non populus habet huius facti significationem ex ordine suo exprimere tantum ipse & non populus tunc sub vtraque specie debet sumere, eo quod ipse tunc gerit vices Christi: populus autem non, & ideo

populo non est opus de significantia sed de efficacia. Et quia efficacia est æqualis vtraque specie: ideo populo traditur sub altera specie in qua trahi potest cum reuerentia & cautela. A presbyteris autem tantum sumitur sub vtraque specie. Et pro isto sciendum secundum Tho. in. iij. parte. q. lxxxij. ar. viij. & vlti. quod circa usum huius sacramenti possunt duo considerari: vnum ex parte ipsius sacramenti, & aliud ex parte ipsorum sumentium. Ex parte ipsius sacramenti conuenit quod vtrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in vtroque consistit perfectio sacramenti. & ideo ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum considerare & consecrare & perficere, nullo modo debet recipere corpus Christi sine sanguine. Ex parte autem sumentium requiritur summa reuerentia & cautela: ne aliquid accidat quod vergat in iniuriam tanti mysterij, quod precipue posset accidere in sanguinis sumptione. qui quidem si incaute sumeretur de facili posset effundi, & quia crescente multitudine populi christiani in qua continentur senes & iuuenes quorum quidam non sunt tantæ discretionis vt cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhiberent: ideo prouide ordinatum est vt populo sub altera tantum specie detur. Hoc idem tenet Tho. super illud Ioã. vj. Nisi manducaueritis: dicēs. Non est de necessitate salutis perceptio sanguinis sicut corporis Christi, cum Christus totus sub altera specie tantum sumitur. In hoc ipsum sequitur Lyra ibidem dicēs. Non est intelligendum quod sub vtraque specie sit fidelibus exhibendum, sed tantum sacerdotibus sumendum.

DE CAUTELIS SERVANDIS circa hoc sacramentum ex parte fumentium.

T quia duplex status utitur hoc sacramento ad salutem, scilicet secularis & spiritualis: ideo quilibet habet suas cautelas. Vnas igitur omnes tam speciales cuiuslibet eorum quae communes utrisque simul. Et primo cauendum est omnibus ne in peccato mortali sumant hoc sacramentum: nam sic peccarent grauiter. iuxta illud. j. ad Corinth. xj. Qui autem manducat indigne, iudicium sibi manducat. &c. Sunt autem qui sufficienter se praeparant secundum veritatem, scilicet qui expellunt diabolium de corde suo: per veram examinationem conscientiae, & per conditionem sibi iudicium poenitentiae, & ibi consequuntur gratiam & manducant digne. Alij sunt qui praeparant se sufficienter, non tamen secundum veritatem, sed secundum probabilitatem. ita quod aestimant se carere peccato: qui tamen si facerent, maiorem conscientiae inquisitionem inuenirent se reos: sed tamen sunt parati, quia si scirent peccatum in se vellent confiteri: non tamen apponunt ob hoc omnimodam diligentiam. Et hi quibus gratiam non percipiunt: non tamen incurrunt offensam, quia nec sumunt digne nec indigne quauis sint indigni. Tertij sunt qui neutro modo se praeparant, immo contemnunt, & hi peccant mortaliter & sumunt indigne. Unde indigne accedunt triplices homines. Primi qui cum conscientia mortalis peccati & sine proposito poenitendi accedunt. Secundi qui aliter quam Ecclesia statuit accedunt, vel

extra Ecclesiam. ut scismatici vel heretici. Tertij qui sine reuerentia accedunt sicut faciunt multi qui praemunt se ad altare, & vnus in alium quandoque prouocatur vel ut quidam sacerdotes praeparantes se ad celebrandum distracti accedunt & festinant. ita quod quandoque obliuiscuntur quid faciunt, & licet quis non possit habere certitudinem an sit immunis a peccatis: potest tamen hoc perpendere per quatuor signa. Primum est cum quis verba Dei deuote audit. Ioan. viij. Qui ex Deo est verba Dei audit. Secundum cum quis ad bene operandum promptum se inuenerit: quia probatio dilectionis est exhibitio operis secundum Greg. Tertium cum quis propositum abstinendi a peccatis in futurum habet. Quartum est cum quis de praeteritis commissis dolet. Unde si quis per huiusmodi signa facta diligentem discussione suae conscientiae quis forte non sufficiens ad sacram communionem accedat aliquo peccato mortali in eo remanente, quod eius cognitionem subterfugiat, non peccat, immo magis ex sacramento peccatorum remissionem consequitur, quia istud sacramentum venialia delet, & mortalia oblita. Secunda cautela est omnibus communis ne quis pollutus in corpore accedat eodem die, & non solum requiritur munditia mentis, (quod scilicet sit sine peccato) sed etiam corporis. Pro quo sciendum quod pollutio potest contingere ex sola dispositione naturae non ex praecedenti cogitatione: & tunc non est signum alicuius peccati, sed potest hebetudinem mentis inducere si simul cum imaginatione contingat immunditiam

DE SACRAMENTO.

tamen corporis habet, & ideo si necessitas immineat & deuotio exposcat non impedit: præcipue quâdo sine imaginatione accidit. Tamen si propter reuerentiam tunc abstineat lauandus est: maxime quâdo talis dispositio naturæ non est perpetua siue diuturna. Secundo modo potest cõtingere ex præcedenti cogitatione, tunc si nõ fuit consensus ad cõtigationem, & necessitas vrgeat, potest accedere & celebrare: si autem nõ vrgeat necessitas, accedendo non peccat mortaliter, sed venialiter: maxime quando cogitatio est cū delectatione licet sine consensu. Dicit tamen beatus Tho. q̄ potest cõtingere q̄ in ipsa cogitatione pollutio oriatur, quæ si placet propter delectationem ex surreptione est peccatũ veniale. Si autem deliberante consensu & præcipue cum cõplacencia futura, est peccatũ mortale. Ista autem complacencia non facit dictam pollutionem esse peccatum, quia non est eius causa, sed in se est peccatũ. Si autem placeat vt alleuatio naturæ peccatum esse nõ creditur. Tertio contingit ex cibo & potu, tunc idem est iudiciũ sicut de illa pollutione quæ cõtingit cū imaginatione turpi vt dicit canon. vi. dist. testam. vbi dicitur. Cum appetitus gulæ vltra modum in sumendis alimētis rapitur, atq; idcirco humorum receptacula, id est virilia membra grauatur. habet exinde animus aliquem reatum, id est veniale peccatũ. Et hoc nõ prohibet ab eucharistiæ sumptione, sed à confessione nisi sit necessitas. Vnde ibidem sequitur: non tamẽ vsq; ad probationem sacri mysterij percipiendi vel missarum so-

lennia celebrãdi, cum fortasse aut dies festus exigit, aut exhibere mysterium pro eo quòd alius sacerdos deest, ipsa necessitas compellit. hæc ibidem. Et nota secundum Archi. in cano. testamētum. dist. vj. q̄ licet pollutio ex crapula in summo est veniale: tamen ipsa crapula præcedens est mortale. Ex quo patet q̄ licet pollutio ex crapula quæ est veniale peccatum, prohibeat nihilominus præter casum necessitatis à confectioe. tamen laycũ à sumptione nõ prohibet quod plus est, quia maior mūditiã requiritur in sacrificio q̄ in sumptione. Vnde Archi. vbi supra elicit efficaciam argumētum q̄ minus est audire diuina q̄ celebrare: eo q̄ secundum Tho. peccator in mortali peccato existens videndo corpus Christi in missa non peccat: licet tunc debeat humiliari. Quarto contingit pollutio ex illusione diabolica. de qua dicit Ioan. Parisien. super. iij. sentē. dist. x. q. ij. q̄ talis illusio habet quandoq; causam intrinsecã sicut quando dormiens non fecit quod debuit, scilicet se non signãdo vel aliquid aliud & sic est peccatũ. Aliquãdo nõ est peccatũ, scilicet quando habet causam extrinsecã, sicut narratur in vitis patrũ de quodã sancto viro qui quotiẽs celebrare volebat procurabat ei diabolus pollutiones, quod patres percipiẽtes dederũt ei cõsiliũ q̄ audacter celebraret. Quocunq; tamen modo accidat ex quadã congruentia semper impedit sumptionem sacramenti propter duo. Primo quia ibi semper accidit foeditas corporalis cum qua nullus propter reuerentiam sacramenti debet ac-

cedere: vnde accedentes lauāt manus &c. nisi fortis talis esset immunditia quę esset perpetua & diuturna, vt si esset lepra vel fluxus sanguinis vel seminis. Secūda quia ibi sequitur pollutio in euagatione mētis præcipue ex turpi cogitatione, quę etiam non sine culpa contingit. Tenendū tamē est secundū Tho. q̄ in omnibus istis propter necessitatem vel solēnitatem diei: vel vbi vnus est sacerdos tantū postponenda est talis cōgruentia, & cōmittendo se Deo cum dolore & cordis compunctione præmissa confessione si haberi potest. alias cū bono proposito confitendi accedat in nomine domini. Dicit etiā doct̄or Parisiensis. vbi supra. & concordat cū sancto Tho. de menstruo & alijs immunditijs q̄ q̄diu durant ex quo sunt temporales immunditię & non perpetuę in talibus est abstinēdum propter reuerentiā sacramēti. Si tamen mulier habet deuotionem vel forte postea nō habebit tempus competens ad hoc admittatur ne secundum Grego. pœna corporalis ei mutetur in culpam. Dicit tamē Gregorius q̄ si mulier eo tempore accedat non est iudicanda, quia passio sua non est culpa. Si autem abstineat laudanda est. v. distin. ad eius vero. Valde igitur essent arguendi sacerdotes idiotę grauantales tales personas grauibuspœnitētijs, eo q̄ ad Ecclesiam tēpore menstrui ingrediuntur, aut ad sacramētum altaris accedunt. Et audiui de quodā q̄ pro vna leui pollutione cuidam pię foeminę & multum deuotę dedit multa psalteria pro pœnitētia comparāda puto tamen q̄ prouiderat in

hac parte de symonia sibi ipsi per eandem faciendam: sed tamen mētita est iniquitas sibi. Illa enim statim discretiorem accessit qui cum ea melius & minus egit, & ita ille pauper fuit frustratus, & in sua spe symoniaca cōfusus. Tertia cautela, q̄ nullus die illo in quo communicet debitum petat à coniuge, vel econuerso vxora marito secundum Tho. in. iij. parte. q. lxxx. nec etiā nocte sequēti aut præcedenti, quod si fiat causa prolis generandę, vel causa reddendi debitum iudicādum est sicut de pollutione nocturnali quę accidit nō sine peccato propter immunditiam corporalem & mentis distractionem. Vnde in concilio libertino de cōse. dist. ij. ca. omnis homo dicitur. Omnis homo ante cōmunionem sacram à propria vxore abstinere debet tribus aut quatuor aut quinq; aut septē diebus. Glo. abstinere debet quantū in se est vt non exigat: actus tamen reddere debet quolibet tēpore: vt patet. xxxiiij. q. v. Si dicat. Dicit tamen glo. q̄ hoc non est præceptū. pro illo notatur. xxxiiij. q. iij. Vir cū propria. Ioannes etiā in nouella sua de cōsecra. eccle. vel alta. ca. j. lib. vj. super glo. in ver. seminis. in fine. dicit q̄ quādo maritus accepit eucharistiam nō debet exigere teneatur autē reddere. De hoc. lxxxij. dist. proposuisti. & xxxiiij. q. iij. Christiano. In tali ergo casu vt dicit Grego. sunt homines suo arbitrio seu iudicio relinquēdi & eorū consciētia est requirēda cum veniāt ad confessionem. Vnde si quis voluptate domināte coniugi miscetur prohiberi debet ab hoc sacramento. xxxiiij. q. iij. Vir

DE SACRAMENTO.

cum propria. Alber. autem dicit q̄ etiam post sacram cōmunionē non licet illo die debitū exigere; nec exactum reddere nisi cum difficultate. Puto tamen q̄ reddens illo die debitū non peccat mortaliter sed venialiter. Sed diceres. tamē Hieronymus in quodam sermone similiter prohibet dicens. Quicūq; vxori reddit debitum non potest carnes agni edere. xxxiiij. q. iiii. Sciat. Dico secūdum doctorē subtilem q̄ nō potest omnino cum tanta reuerenciā: & ideo consiliū est vt tunc abstineat, licet nō sit p̄ceptum necessitatis, quia non video quomodo propter hoc solū peccaret mortaliter, quia percipit corpus Christi. Vnde glo. super dicto cap. Sciatis, dicit q̄ talis nō debet edere de carnibus agni, id est corpore Christi propter reuerentiā sacramenti cum causa libidinis cōmiscetur vxori: alias vero tenetur debitum reddere vt dicitur xxxiiij. q. v. c. j. Non video quare punietur cum tantū pro mortali abstinēdum est à corpore Christi. de cōse. dist. ij. Quotidie. Ex quibus infero q̄ dogma Bedhardorū docēs hominem p̄æ omni tempore quo idoneus est manducare spiritualiter, esse idoneū ad manducandum sacramentaliter, totaliter est pestiferū, & scripturis sanctis contrarium, patet hoc ex supradictis. Nam multi sunt sine mortali peccato qui sunt idonei ad manducandū spiritualiter cum sint in gratia: & tamē propter reuerentiā sacramenti nō sunt idonei ad māducandum sacramentaliter: sicut patet de coniugibus actualiter cōmiserentibus vt dictū est. Item apparet ex his quantus error est

dicere q̄ homo ex reuerentia non debet moueri ad abstinētiā: immo magis ad sacramentaliter percipiendum. Similiter dicere q̄ virgines & viduę deuotę negocia sæculi abdicātes: si se in defectibus & in imperfectionibus spiritualibus inueniant periculose ab hoc sacramēto abstineāt. Vnde eis consulendum est q̄ quotidie, alias frequenter alias aliquoties in septimana hoc venerabile percipiāt sacramentū, qui omnia errorem sapiunt & vulpinam caliditatem. Vnde dico secūdum doctorem subtilem q̄ existēs in gratia actualiter in deuotus laudabiliter abstineat ab hoc sacramēto. Nec est cōsiliū Ecclesię & sanctorum patrū per sumptionē sacramenti excitare actualem deuotionē, sed per ieiunium, eleemosynas, orationes & meditationes deuotas: primum in se deuotionē excitare auxilio Dei, & deum ex sumptione eucharistię feruorem & gratiam expectare fideliter complementū. Quarta cautela ne quis quantumcūq; cōtritus de suis peccatis sine cōfessione facta sacerdoti accedat ad cōmunionē. Nam sic accedens peccat grauiter, & hoc quādo habet copiam sacerdotum. Sacerdos tamen volens celebrare secum habens copiam sacerdotū si imminet scandalum populi: & iam incoepit canonem, vel forte quia infirmus amisit loquelam & ipse pro eo cōmunicādo vult cōficere eucharistiā & celebrare missam, si talis est in proposito consistendi quāto citius poterit non peccat comunicando. Licet autē in peccato existēs non debeat sine confessione communica

re: tamē potest videre corpus Christi sine peccato. Si tamē abstineat propter humilitatem melius facit secundum Tho. in. iij. dist. xj. Dicit tamen Albertus q̄ peccator potest videre corpus Christi, sed non multo aspectu sed eo viso debet percutere petus suum quasi non sit dignus aspectu.

¶ Quinta cautela est ne quis non ieiunus accedat ad cōmunionem propter reuerentiam sacramenti. vij. q. j. c. nihil. & de cōse. dist. ij. liquido. Et hoc propter honorē tanti sacramēti. vt dicit Augu. in libro responſionum ad ianuarium. Non te moueat q̄ dominus post coenam cōmunicauit apostolos, quia hoc fecit propter impressionē memoriæ apostolorū meliorem. Si tamē imminet necessitas mortis, tūc potest cōmunicare etiā post cibū vel potum, sicut si quis vulneratus in taberna hora vespertina tēdit ad mortē, talis potest expediri statim ne recedat sine viatico. Vnde nō licet aliquā medicinam ante cōmunionem recipere nec etiā potare. Si tamen lauando os aliquid aquæ, vel si reliquias cibi interdentes remanētes transglutiret non impeditur cōmunicare, quia non sumpsit illud per modum cibi vel potus, sed per modū saluæ quæ vitari nō potest. Si quis etiam post mediā noctem aliquid per modū cibi vel potus recipit, impeditur à cōmunionem illo die. Si autē ante mediam noctem siue dormiat siue non, quantū ad rationē præcepti nō videtur impedire: tamē sine causa necessariā melius est differre cōmunionem, & hoc propter turbationem mentis quæ prouenit ex indigestione & insom-

nitate secundum quā homo redditur ineptus ad cōmunionem. Ita dicit Thomas in tertia parte. q. xxx. Sexta cautela est vt omnes christiani habētes annos discretionis, scilicet à decē: secūdam tamen sub & supra annis semel in anno in pascha non omittant cōmunicare: nisi de cōsilio sui sacerdotis, & propter aliquā rationabilē causam ad tēpus abstineāt. vt dicitur de poenitentia & remissione. Omnis vtriusq; sexus. Si tamē sepius possint cōmunicare, cōmendabiles sunt. Et maxime ad festa Christi apostolorū & patronorū Ecclesiæ in quibus maior deuotio excitatur propter festum diē. Vnde antiqua consuetudo iure approbata habet q̄ seculares in natali domini pascha & penthecostes de cōsilio debent cōmunicare. de cōse. dist. iij. cap. & si non frequentius. Seculares tamen personæ contemplatiuæ & deuotæ singulis mēsis possunt cōmunicare. Vnde secundum Augu. in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Singulis diebus dominicis si non sint in proposito peccādi amplius. Singulis autem diebus non laudat neq; vituperat cōmunicātes. Non laudat, quia difficile est secularibus se præparare ad hoc singulis diebus, saltem digne. Circa hoc tamen sciēdum secundum Tho. super. iij. dist. xij. q̄ si quis experimentaliter cognoscit ex quotidiana sumptione feruorē amoris ad Deum augeri, & sacramēti reuerentiam non minui, talis posset quotidie sumere siue cōmunicare. Si autem sentiat reuerentiam minui & feruorē non augeri multū debet interdum abstinere: vt cum maiori

DE SACRAMENTO.

reuerentia & deuotione postmodū accedat. Vnde quātum ad hoc vnusquisq; relinquendus est suo iudicio: vt dicit Augu. lib. j. ad Ianuarium. Nec te moueat in contrarium illud dictū Ambrosij libro primo de sacramētis, quod etiā ponitur de cōse. dist. ij. Si quotiescunq; quod etiā allegant hussitæ hæretici dantes præsumptionem communicandi sæcularibus quotidie: vbi dicitur. Qui semper pecco semper debeo accipere medicinā. Hoc tamen est intelligendum quātum ad præparationē animi & cōscientiæ. Vnde dicit ibidem glos. debeo semper accipere, id est debeo semper me præstare seu preparare habilem & dignum ad recipiendū. Sic etiam intelligendum est illud Ambrosij. quod ponitur de conse. dist. ij. non iste. vbi dicitur. Accipe quotidie tibi illud quod quotidie tibi proficit: & sic viue vt quotidie merearis accipere. vbi glosa exponit. Accipe quotidie, id est præpara te quotidie habilem ad recipiendum. Et ex his patet q̄ christianus semper habilem se præstās ad recipiendum hoc sacramētum dicitur semper communicare: & si non sacramentaliter tamen spiritualiter, scilicet per fidem deuotionē & charitatem. Iuxta illud Augustini. Vt quid paras dētem & vētrem & non mentē. crede & manducaſti. de conse. dist. ij. vt quid patet etiam secūdo ex hoc q̄ periculose errant illi qui dicūt sufficit q̄ ego ante communionē paschalem quadraginta diebus quadragesimæ me reddā habilem ad cōmunionem: non curando totum tempus anni inutiliter expēdere, immo credentes

se dignos, tunc ad cōmunionem currunt intrepidi, quibus tamē melius esset si quotidie digni existentes acciperent spiritualiter siue mētaliter & vtiliter, q̄ semel in anno sacramentaliter & damnabiliter. vnde Chrysostomus super epistolam ad Hebr. sermone. xvj. circa medium omnes prædictos tāgit dicēs. Quos magis acceptamus, id est approbamus, an eos qui semel in anno, an eos qui sæpius, an illos qui raro accipiunt? Et respondet. Neq; illos qui semel, neq; illos qui sæpius, neq; illos qui raro: sed eos qui cum mūda cōscientia, & qui cum mundo corde, qui cum vita irreprehensibili illi semper accedūt. Qui vero tales nō sunt, neq; semel accedant, quia iudicium sibi accipiunt & damnationem & supplicium. hæc Chryso. Ad hoc sonat illud de conse. distin. ij. Accipite quotidie, vbi dicitur. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Et est dictum Augu. tractans illud. Matth. vj. Panem nostrum quotidianum. &c. Septimo caueat communicandus ne post communionem cibus lubricis aut potibus qui possunt vomitum prouocare vtatur, sicut fieri solet in pascha: vbi tunc vtuntur lardo cocto infrigidato, ouis infrigidatis, & alijs cibus ex quibus frequenter sequitur vomitus. Tales autem qui ex huiusce modi causis die sacre cōmunionis habent vomitum, ex ipsorū culpa qualitercūq; poenitentia dura sunt puniendi. Et ne sacerdos talem qualem voluerit poenitentiam pro tali peccato iniungat, audiat poenitentiam districtam diu per sanctos taxa-

tam & à iure approbatam. Sicut enim dicit Beda in suo poenitentiali exponuntur verba in decreto. de consec. dist. ij. vbi dicitur. Si quis per ebrietatem vel voracitatem eucharistiā euomuerit. xl. dies poeniteat. Clerici vel monachi. lxx. diebus. Episcopi. ex. Si vero infirmitatis causa euomuerit, septem diebus poeniteat. Et hoc quod dicitur de infirmo cui iniūgitur poenitentia pro vomitu intelligendum est quod hoc fit ad cautelam, quia cum esset infirmus non debuit sumere, & ita fuit in culpa. Vnde & sacerdos sit circa hoc cautus: quod si viderit infirmum talem ad vomitum prouum siue promptum tātum ostendat sibi corpus Christi, & suadeat sibi pie credendum & sentiendum de ipso, & sufficit sibi pro communione sacramentali. Quia nihilominus communicat ipse spiritualiter, & si non sacramentaliter si est, sine peccato mortali.

DE CAUTELIS SERVANDIS ex parte sacerdotis hoc sacramentum conferentis vel conficientis.

Primo sacerdos caueat ne communit alienum parrochianū absque licencia sui plebani, quia grauiter peccaret mittēdo falcem in messem alienam. Religiosus tamen hoc faciens est excommunicatus de facto, & per solum papam est absoluentus. vt dicitur in cap. religiosi. de privilegijs. in clementina. Et nota quod plebanus communicās alienum parrochianum nō incurrit hāc poenā excommunicationis vt dicit Ioannes Andree in glos. dicti. cap.

Et Stephanus Polonus hoc idem sentit. Si tamen religiosus p̄fectus Ecclesiæ parochiali hoc faceret: dubitat ibidem Ioannes Andree an incideret illam poenam, videtur tamen dicere quod sic in cap. j. de decimis in prima glosa in clementina. vt in ca. j. de rebus Ecclesiæ non alienandis in glos. v. in fine. poenam consimilem non extendit ad religiosum qui p̄est Ecclesiæ seculari: vt clericus secularis. Secunda cautela, caueat sacerdos ne peccatorem occultum ab hoc sacramēto publice petentem cōmunionē abiciat vel prohibeat sicut quidā indiscreti fecisse inuenti sunt. Vnde dicit August. Non prohibeat dispēsator, id est sacerdos: pingues terræ, id est peccatores ad mēsam domini manducare, sed exactorē moneat timere. de conse. dist. ij. nō prohibeat. Pro quo sciēdum quod secundum Tho. in. iij. senten. dist. x. q. v. si peccatum est occultū per cōfessorem solum scitum, & ille in occulto petit, debet ei denegare, & monere eū in occulto ne petat in publico. Si autē nihilominus petit in manifesto: debet ei dare: exemplo Christi qui Iudæ traditori dedit corpus suū. j. q. j. Christus. de cōse. dist. ij. sicut Iudas. Si vero peccatū est manifestum tunc siue in occulto, siue in manifesto petat, debet ei denegari. Quare autem peccatori occulto non est deneganda eucharistia. Guido de bas. in rosario decretorū in dicto cap. Non prohibeat. dicit quod hoc est ideo: ne prodat peccatorē suspectum esse de crimine quod faceret si eum prohiberet. Sed diceret: videtur in hoc sacerdos esse reus damnationis sic communicans,

2.
5.
7.
0.
2.
5.
5.
9.

DE SACRAMENTO.

quia dat medicinā per quā moritur egrotus & dat gladiū furioso quo se transfuerat: immo videtur talis sacerdos proijcere in lutum pessimū cōscientiē immundæ illius peccatoris corpus Christi. Respondeo q̄ hæc omnia non debent aliquē mouere in contrariū, quia nihil concludunt. Iste autem sacerdos non dat medicinam mortiferam illi peccatori, sed ille peccator solus rapit violenter à quo nō potest prohiberi de iure per sacerdotem, nec dat ei gladium sacerdos, sed ipse solus violenter rapit cui sacerdos resistere non potest ex quo sibi ius prohibuit. Nec proijcit corpus Christi in hoc casu in lutum, sed ille peccator hoc facit. Sacerdos autem inuitus hoc facit, & cum dolore maximo, quia monet eum in secreto Deum timere, quod cū fecerit non habet amplius quid faciat. Sicut de beato Grego. legitur q̄ cum fratri penitenti peccatori occulto eucharistiam dedit, publice dixit. Iudicet Deus inter me & te. Eligat ergo peccator occultus secundum cōsiliū Guidonis supradicti, vt potius se prodat suspectum de peccato abstinēdo à communione q̄ in peccato sumatur idigne. Tertia cautela est, ne sacerdos det alicui hostiam non consecratam loco consecratæ: quia secundū Tho. in sacramento veritatis nō debet esse fictio aliqua. Et hoc ideo, quia māducans hostiam adorat eā, & sic cōmitteretur idolatria, quod crimē in sacerdotē torqueretur, qui daret actus & causam idololatrandi, secundū Thom. in suo quolibeto. lib. vj. q. vj. Nec etiam solus sumat in missa propter quod-

cunq; peccatū sibi occurrēs hostiam non consecratam. Sicut de quodam intellexi, qui sentiens se grauibus peccatis fornicationū irretitum: presertim cum nocte illa habuisset concubinam, timens offendere diuinā maiestatem, in missa eodem die per ipsum celebrata, ad quam nō confessus pudore sociorum aliorū ne de eo illud sciretur, confusus accessit, & hostiam non consecratā eleuauit populo adorandam, quā solus postea sumpsit quod se sapissime facere asseruit corā concubina prædicta, cū per eam ipsa retenta irreuerentior secuti, ad quod ita indignus accederet fuisset reprehensus. Hoc autem est maximū peccatū, & maius illo quo quis in peccato mortali communicat. Sicut dicit decretalis de celebratione missarum. c. de hoīe vbi dicitur, q̄ talis illudit Deo & populo, quia facit populum idolatrare. Faciat autem talis sacerdos iuxta cōsiliū iuris. l. dist. De his in fine vltimę glosę. vbi dicitur q̄ talis dūmodo sit contritus quis non confessus necessitate urgente potest licite celebrare: & in tali casu non fingat se celebrare, sed veraciter in nomine domini cōsecret, & hoc est dignum. Quarta cautela: caueat sacerdos ne det corpus Christi hystrionibus & alijs qui homines prouocāt ad luxuriam vel lasciuiam & dissolutionē, quia hoc nec diuinę maiestati, nec euangelicę disciplinæ competit. de cōse. dist. ij. pro dilectione. Et hoc intellige de istis hystrionibus qui vtuntur verbis impudicis vel factis illicitis vel adhibent ludum negocijs. sicut illi qui indunt laruas & fingunt se ceruos

vel equos induentes faccos: & qui hoc faciunt tēporibus indebitis sicut diebus festiuis distrahentes populum à deuotione alias autē illis potest dari cōmunio qui licite & ordinate interdum coram hominibus faciunt iocosam collationē verbis honestis & non scādaloſis. Nam ioculatores audire causa recreationis non est peccatū mortale. lxxxvj. distin. donare. in prima glo. Nam & talibus potest dari aliquid pro mercede. secundum Tho. secunda secunda. q. lxxviii. arti. iij. Similiter amentibus & fatuis naturaliter nō debet dari. Si autem omnino non sunt debiles in mente: sed aliquo modo sunt dociles: & habent reuerentiam ad sacramentum: nō debet eis denegari. Similiter pueris qui non habēt discretionem non debet hoc sacramentū porrigi. Quarta cautela: caueat sacerdos: ne habeat euaporatam aut corruptam hostiā. Vnde notant doctores quòd vltra vnam septimanam, seu hebdomadam, sacerdos non debet seruare hostiam ne putrescat. vt habetur de senten. excom. vt promittimus. super glo. j. Similiter ne sit vinū acetosum: quia in talibus nihil cōficeret. Si tamen hostia nōdum totaliter esset euaporata: sed tenderet ad corruptionem si vinum etiā inciperet acescere potest quidē confici: sed peccat conficiens mortaliter propter irreuerentiam sacramenti. Similiter ne cōficiat in vino agresto. scilicet nondum maturo, quia nōdum est vinum sed in via generationis. In musto tamen bene conficitur: quia habet plenā rationem vini tamen nō est cōficiendum de multum

recēti. multo propter impuritatem ipsius. secundum Thomam in. iij. distin. xj. q. iij. art. j. ij. & iij. Videat etiam sacerdos quòd apponat tantū de aqua quòd totaliter potest conuerti in vinum. Sexta cautela: caueat sacerdos ne cū est debilis: ita quòd nō potest perficere missam audeat celebrare: sicut contingit patientibus tertianam febrem & quartanā: vel quos interdum dimisit febris qui vt sapius deficiunt in celebrando: ita quòd vix ab altari domū languentes deportātur. Verūtamen licet sit debilis non potest celebrare: potest tamē se ipsum communicare si nō habet alium sacerdotem qui ipsum cōmunicaret: sed tunc debet habere stolam: xxiiij. dif. Ecclesiastica. in glos. prima. In hoc tamen casu si sacerdos incipiēs missam debilitatur intantum quòd non possit eam perficere si est ante consecrationem corporis Christi: vel ante consecrationem sanguinis: vel etiam sanguine cōsecrato debet aliqua pars missae supleri per alium. vt patet. vij. q. j. nihil. Et hoc idem tenet Thom. in. iij. parte. q. xciiij. Si autē sacerdos post cōsecrationem corporis Christi: ante tamen consecrationem sanguinis percipiat vinum aut aquā deesse in calice: tunc debet statim apponere & consecrare. Si vero post omnia consecrationis verba percipit quòd aqua desit: debet nihilominus procedere: quia appositio aquae non est de necessitate sacramenti. Nullo autem modo aqua debet vino iam consecrato misceri. Si autem post ipsam consecrationem sanguinis percipit quòd vinum nō fuit appositum in calicē:

DE SACRAMENTO.

fed solū aqua si hoc percipit ante sumptionem corporis Christi debet deposita aqua si ibi fuerit aqua cū vino ponere & resumere à verbis cōsecrationis sanguinis. Si vero hoc percipit post sumptionē corporis Christi debet apponere aliam hostiā cum sanguine cōsecrandam: & in fine sumere hostiam iterum consecratam & sanguinem: non obstante si prius etiam sumpsit quæ erat in calice: quia præceptum de perfectione Sacramenti maioris est ponderis, quàm præceptum quòd hoc sacramentum à ieiunis sumatur: secundum Thomam. Alij tamen videtur quòd solum debet apponere vinum in calicem & aquam sine noua hostia: & repetere verba cōsecrationis calicis tantū ab illo loco. Simili modo. Et si timet prolongationem missæ, sufficit dicere verba essentialia consecrationis calicis. Nec est necesse repetere orationes sequentes. Et intelligunt ipsi si gustauit tantum & non transglutiuit. quid autem faciat si habeat aquam in ore: & vere sentit quòd est aqua tantū: dicit Innocen. quòd non debet eā emittere: quia propter corpus Christi quod est in ea, cauendum est ne viliter tractaretur. Et quia est timendū ne generaretur scandalum his qui viderent. Dicit etiam ipse Innocen. Si eā transglutit non est ieiunus: nec debet postea cōficere. vij. q. j. nihil. Hostien. vero dicit quod debet eam seruare & ponere in sacrario: & secundum hoc debet se fingere eā transglutire: & hoc ideo: quia alias tāquàm nō ieiunus non debet cōficere. Ego tamen teneo cum Thoma: quòd post consecratio-

nem illius aquæ posset in hoc casu consecrari corpus Christi & sumi: ne sacrificiū maneat imperfectū: quòd est grauius peccatum. Item si percipit hostiam corruptā post sumptionem: debet aliam accipere, & iterū consecrare & sumere secundū Thomam in. iij. parte. q. lxxxiiij. arti. vlti. Similiter si recordaretur se obmisisse aliqua verba quæ sunt de necessitate formæ: resumat formam iterum per ordinē. si autem essent verba non de necessitate formæ procedat ne turbet ordinē officij diuini. secundū Tho. in. iij. parte. q. lxxxiiij. ar. vltimo. Septima cautela: caueat sacerdos ne aliquid de corpore Christi vel sanguine in terram vel in vestē ornatus sui cadere, vel stillare permittat: quia grauius puniretur. Nā si ceciderit aliquid super tabulam ligneam: lingua lambatur & tabula radatur. Si autem non est tabula locus radatur & comburatur: & cinis in sacrario recondatur, & sacerdos. xl. diebus poeniteat. Si vero super lapidem altaris ceciderit: sorbeat sacerdos stillam: & tribus diebus poeniteat. si vero super lintheum altaris vel super casulam sacerdotis ceciderit: si peruenerit stilla ad aliud lintheum quatuor diebus poeniteat. si vero peruenerit ad tertium. ix. diebus poeniteat. Si vsq; ad quartum. xx. diebus poeniteat: & lauet lintheamina tribus vicibus quæ stilla tetigit supposito calice & aqua ablutionis iuxta altare condatur. de consecra. dist. ij. si per negligentiam. Posset etiā sumi à sacerdote nisi temeretur abominatio. Cautius tamen est illam partē lintheaminis vel corporalis excidere & comburere: cinerē

autē ponere in sacrario secundum Tho. in
 iij. di. xij. & in. iij. parte. q. lxxxiiij. art. vlt.
 Habentur hæc oīa de cōse. di. ij. si p negli-
 gētiā. Octauo caueat sacerdos ne aliqd ca-
 dat in calice & maximè in estate: vt est ver-
 mis: aranea, musca: simus passeris: puluis
 & similia. Quod si ante cōsecrationē cali-
 cis cōtigerit: calix debet ablui & de nouo
 vinū infundi cū aqua. Si vero post cōse-
 crationem: debet caute capi & diligēter laua-
 ri & comburi: & ablutio in sacrario mitti.
 Et si venenum ibi esse deprehenderit: nul-
 lo modo sumere debet nec alteri dare: ne
 calix vitæ in mortem vertatur: sed debet
 diligenter seruari in vasculo. Et ne sacra-
 mentum manet imperfectum debet inde
 poni: & sacerdos denuo incipere cōse-
 crationē calicis vt sacramentū perficiatur. Ni-
 hil enim abominabile debet sumi occa-
 sione huius sacramenti secundū glo. fina-
 lem. c. si per negligentia. de cōse. dist. ij. hæc
 Hugo. Nono caueat ne corpus Christi po-
 nat incaute: ita quod à muribus comeda-
 tur. Quia de hoc. xl. dieb⁹ debet pœnitere
 de cōse. di. ij. q. nō bene. Sed dicitur tamen
 ibi, mus nō comedit corpus Christi: quare
 ergo sacerdos sic tunc punitur. Respōde:
 licet multi doctores nō concedant ibi ro-
 di corpus Christi: sed solum speciem sacra-
 mēti: eo q vt dictū est q cito sumitur à mu-
 re vel ab alio animali: definit esse sacramē-
 tū: nō est tamen inconueniens si dicatur q
 mus sumat corpus Christi, cū sceleratissi-
 mi hoīes illud sumāt: secundū glo. de cōse.
 di. ij. qui nō bene. Potest tamē dici: q licet
 homo malus sumat sacramētū istud sacra-

mētaliter & nō spūaliter: mus tamē vel
 brutū animal nec spūaliter nec sacramen-
 taliter recipit, quia nō vtitur eo sacramen-
 to: eo q nō credit ibi esse Deū & hominē:
 sed sumit per modū alterius cuiuscumque
 cibi: & ita sumit bene accidentia & species
 sacramētales: sed nō sacramentū: immo di-
 cunt doctores: vt notatur in glo. dicti cap.
 nō isti. de cōse. dist. ij. q etiā in bono homi-
 ne quādiu sentiūtur species: tandiu est ibi
 corpus Christi: & q cito deglutitur statim
 definit esse sacramentū: & corpus Christi
 definit esse in sumēte. Ita sentit Hugo car-
 dinalis. Sed Hugo de sancto victore vt re-
 citat Archi. in cap. prædicto. nō isti: dicit q
 quādiu ibi manēt species sub illis est Chri-
 stus integer. vnde si intrāt stomachū sub
 illis manet quamdiu sint ibi: sicut sub ipsa
 specie est in pixide. Et verū est secundum
 Petrū de tharanta. q non vadit in corpus
 nostrū vt illud nutriat sicut ceteri cibi: in-
 trat tamen & est ibi sub specie sacramēta-
 li quamdiu illa durat secundū Petrum. &
 hoc etiā tenēt theologi. Dicit etiam glo.
 de cōse. dist. ij. tanta. super verbo commi-
 scētur: quod species ille nec cibis alijs cōmi-
 scētur: nec in stomachum descendunt: &
 propter hoc neque per secessum emittun-
 tur. Et licet aliquis ex ipsis reficiatur: non
 tamen incorporantur: nec in stomachum
 descendunt: nec per secessum emittuntur.
 Interdum tamen etiam homo odore re-
 creatur: qui tamē nec per secessum nec in
 stomachum dirigitur. Tamen Bartholo-
 meus Brissiensis ibidem dicit q bene dice-
 re potest q in stomachū descendant: nam

DE SACRAMENTO.

alias quomodo euomerentur? Quādo er-
go dicit Augustinus. Nō iste est panis qui
transit vētrem. Exponit Archidia. in cap.
Si quis per ebrietatem. de conse. dist. ij. q.
hoc pro tanto dicitur quōd non est iste pa-
nis qui vadit in corpus sicut cibus natura-
lis: sic quod nutriat: sed est ibi sub specie fa-
cramē tali. Et pro tanto punitur sacerdos:
quia permittit irreuerenter à muribus cō-
tractari sacramentum tam venerabile.

DE SACRAMENTO

pœnitentiæ.

Pœnitentiā agite: appropinqua-
bit enim regnum cœlorū. Matth.
ij. & iij. Et de pœni. dist. j. ex his. Quia re-
stituta in baptismo innocentia homo fra-
gilis ille sam & incontaminatam continue
seruare non potest vitam, quin sæpius ca-
dat: ideo diuina maiestas cōtra casum hu-
iusmodi pro restauratione innocētiae præ-
dictæ de sacramēto pœnitentiæ prouidit:
per quam homo à Deo per peccatū elon-
gatus ad ipsum appropinquat. Hinc est q.
saluator veniens in mūdum quasi bonus
medicus egrotis consulens dicit. Pœniten-
tiam agite. Agite inquam secūdum Gor-
ram super Matth. tanquam medicinā ad
sanandum morbum quasi armaturam ad
ineundum bellum quasi clauē ad referan-
dum cœlum. Tria enim consequitur pœ-
nitentiæ actor: scilicet sanationem vulne-
rum cordis: armationem insidiarū hostis,
& apertionē regni cœlestis. Vnde dicitur:
appropinquabit enim vobis regnum cœ-
lorum. Diffinitur autem sic secūdum ma-

gistrum sentētiarum. li. iij. dist. xiiij. Pœ-
nitentia est virtus qua commissa mala plā-
gimus cum emendationis proposito. Am-
brosius sic diffinit pœnitentiā. Pœnitētia
est virt⁹ cordis: amaritudo anime pro ma-
lis quę quis cōmisit. Alibi etiam idem Am-
brosius dicit. Pœnitentia est mala præteri-
ta plangere: & plangenda iterum non cō-
mittere. Circa quod sciendum quōd du-
plex est pœnitentia, scilicet, interior tantū
& est dolor pro peccato. Et hæc est de iure
nature. Alia exterior quæ fit arbitrio ho-
minis. s. imposita per sacerdotem. Prima
non est sacramētum proprie sed secūda:
scilicet per ministros ecclesię imposita. Est
autem materia huius sacramēti actus mi-
nistri. s. sacerdotis quem exercet circa pec-
catorem absoluēdo ipsum. Forma autem
istius sacramenti licet à Christo non sit in-
stituta certa, tamen secūdum doctores est
hæc quōd primo præmittatur oratio: scili-
cet illa. Dominus te absoluat. vel miserea-
tur tui oīpotens Deus: & dimittat tibi oīa
peccata tua: & perducatur te in vitam æter-
nā. Et tunc sequatur forma essentialis: sci-
licet. Et ego auctoritate qua fungor absol-
uo te à peccatis tuis. In nomine patris & fi-
lij & spiritus sancti. Ita ponit Albertus in
scripto quarti sen. di. xvij. Dicit autē Tho.
in iij. parte. q. lxxxiiij. arti. iij. quōd de sub-
stantia formæ est. Ego te absoluo. sed hoc
quōd præmittitur: scilicet oratio nō est de
substantia formę: sed tantum ne sacramen-
ti effectus impediatur ex parte pœniten-
tis. Fit autē manus impositio super caput
confitētis: quōd non est de essentia secun-

dum Tho. quia hoc sacramentum nō ordinatur ad aliquā excellentiam gratiæ cōsequendam: sed ad remissionem peccatorum. Vnde magis in hoc sacramento cōpeteret signum crucis quam manus impositio in signum quod per sanguinem Christi remittuntur peccata: non tamen est de necessitate sacramenti. Hoc tamen quod dicit sacerdos. Ego te absoluo; valet tantū id est sacramentum absolutionis tibi committo. sicut cum queritur ab alio baptizādo. Credis in deū? respōdet. Credo: quod valet tantū sicut sacramētum fidei cōmittere volo: secundum doctore parisiēsem. Dis. xiiij. q. iij. Plures tamē docti sic absolunt. Auctoritate dñi nostri Iesu Christi & auctoritate beatorū Petri & Pauli: & auctoritate mihi in hac parte concessa ab omnibus peccatis tuis p te Deo & mihi cōfessis: ego te absoluo. In noīe patris &c. Et ista forma mihi magis placet. Tamen ex quo certa forma nō est ab ecclesia præscripta in hoc sacramēto eligat sibi quis quā vult ex istis. Vnde ex hoc potest patere quod cum istud sacramentum non habet certā formam à Christo institutā vel per ecclesiam præscriptam videtur cōsonum quod illi qui absoluebāt per virtutem passionis domini nostri Iesu Christi: vel aliter non sint damnādi tanquā erronei: immo videtur quod prædicta forma absolutionis per doctores inuēta & approbata sit sustinēda: nec opus fuit repetere confessiones talibus factas: quia in nullo cōtra determinationem ecclesiæ venerunt prædicti: nec causa inducēdi errorem per illam formā:

sed tāquā pie seruata eadem vsi sunt. Vltius sciendum quod tres sunt species poenitentiae. quaedam est sollemnis: quaedam publica: quaedam priuata seu secreta. Sollemnis poenitētia est quæ imponitur ab episcopo in capite ieiunij p crimine publico & manifesto sicut pro homicidio: incendio & sacrilegio. &c. & talis nō potest reiterari ne vilescat: nec imponitur clerico nisi deposito. Et agenstalem poenitentiam de cetero non potest promoueri ad sacros ordines. Forma autem imponendi eam ponitur. I. dist. in capite. vbi dicitur quod omnes poenitentes qui talem poenitentiam publicā suscipiunt præsentent se episcopo in capite quadragesimæ ante fores ecclesiæ nudis pedibus: vultibus in terram dimissis. &c. Ibi debent adesse decani: archipresbyteri: parrochiani: & presbyteri poenitentium qui debent iniungere talibus poenitentias. Post hoc eos in ecclesiā introducant: & cum omni clero septem psalmos poenitentiales, ipsis in terram prostratis cum lacrymis pro eorū absolutione decantēt. postea surgens ab oratione manus eis imponat: aquam benedictam super eos aspergat: cinerē tamen prius immittat. Deinde cilicio capita eorū cooperiat: post hoc per ministros ecclesiæ de ecclesia eos expellat cum respōtorio. In sudore vultus tui. Iste tamen modus non seruatur apud nos: sed translatus est in coenam domini & ibi expeditur. Sciendum tamen secundū Guiller. quod ingressus ecclesiæ qui iniungitur solemniter poenitentibus pendet ex arbitrio sacerdotis. tamē postquā introdu-

DE SACRAMENTO.

cuntur tales in ecclesiam per episcopū feria quinta magna solum intrabunt ecclesiam vsque ad octauam Pasche: & postea exhibunt per totum annum. vt dicit glos. l. dist. in capite: & erunt extra ecclesiam vsq; ad eandem feriā sequentis anni nec communicabunt aliquando vsque ad mortē. Quandoq; tamen minus secūdū arbitriū episcopi. xij. q. iij. de viro. xxxiij. q. iij. ad monere. xxvj. q. vj. Si quis de corpore. & de poenitentia. dist. l. si quis vero. Si tamē poenitet potest ei secundo vel tertio anno red di ingressu ecclesie vt patet. xij. q. de viro. poenitentia publica est quæ fit in publico: non tamen cum prædicta solemnitate: vt cū iungitur alicui peregrinatio per mundum cum baculo cubitali & cum scapulari & cum huiusmodi. Et hæc potest imponere quilibet suo parrochiano; & fit publice ideo: vt publicum peccatum publicam habeat medicinā. Sicut si quis in fornicatione esset deprehensus publice. vnde quia talis est magna confusione dignus propter aliorum scandalum. Et vt sit alijs in terrorem & exemplum poenitendi & non desperandi publice agat poenitentiam. Non oportet autē pro quolibet manifesto peccato manifestam agere poenitentiam secundum Alber. sed solum quando scandalizauit alios. Et hoc est contra multos qui iniungunt suis parrochianis publicam poenitentiam ante fores ecclesie vel in circuitu cimiterij, ambulare ante processionē in die festiuo; vel iacere ad faciem infra hostiū ecclesie pro leui peccato: sicut pro vna potatione vel pro alio peccato quod tamen nō

scandalizauit totam ecclesiam. Et isti præcludunt viā poenitendi seu confitendi alijs similibus peccatis inuolutis: ne similiter confundatur. Poenitentia autem priuata seu secreta est quam quis imponit pro peccato occulto. Vt autem ordinate procedamus circa huiusmodi poenitentias tam publicas quam priuatas tria cōsiderari oportet circa illud sacramentum. Habet enim poenitentia tres partes: scilicet contritionem: confessionem: & satisfactionem.

DE CONTRITIONE

quæ est prima pars poenitentie.

Contritio est dolor pro peccatis voluntarie assumptus cum proposito confitendi & satisfaciendi. Circa quod sciendum quod dolor est duplex. vnus est voluntatis qui non est aliud nisi peccati displicentia: & iste est de necessitate & essentia contritionis. Alius est dolor sensibilis qui apparet in lachrymis & suspirijs. & iste non est de essentia contritionis: sed de perfectione: quia non est in nostra potestate eam habere quando volumus. Potest autem fieri tanta contritio quod non solum culpa: sed etiam tota poena dimittitur. Potest enim tantū incendi charitas in contritione, & tātus esse dolor sensibilis q̄ contritio inde procedēs merebitur solutionē ab omni poena. Sciendum tamē est quod aliqui putant satis indiscrete: tunc esse contritionem quando habent quandam displicentiam de peccatis, vel quando habent propositum dolendi de eis & tales pauperes decipiuntur: hoc enim non est contri-

tio: sed attritio. Sed quando homo habet perfectam displicentiam: & habet non solum dolendi propositum: sed etiam verum cordis dolorem pro ipsis tunc habet contritionem. secundum Tho. in. iij. dist. xvij. q. vj. art. iij. Debet autem peccator de omni peccato mortali dolere & contritionem habere & de quolibet specialiter. De obliuione tamen sufficit contritio generalis cum conatur ad recordandum & ad dolendum. Et debet dolere de obliuione peccatorum que ex negligentia sua processit. Non intellige quod quis necessario debet habere dolorem specialem de quolibet peccato mortali: tale videlicet dolorem qui est gratia informatus: sed liquet quod debet hoc habere circa principium confessionis cum quis recogitat peccata & dolet. Et beneficeret peccator qui pro maiori peccato plus doleret: quia magis per hoc Deum offendit & maiorem poenam promeruit. Nec debet contritio saltem in habitu cessare in peccatore etiam post confessionem sed semper maneret. vt dicit Tho. in. iij. dist. xvij.

¶ DE CONFESSIOE

nunc sequitur.

Confessio autem secundum August. sic diffinitur. est per quam morbus latens spe veniae aperitur. vel secundum Ray. Confessio est legitima coram Deo & sacerdote peccatorum declaratio. Tenentur autem habentes annos discretionis ad eam faciendam semel in anno. vt patet de poe. & re. c. Oisvtriusq; immo qualiscunque esset contritio si quis contemneret confiteri damnaretur. vnde

falsum est & hereticum dicere sufficit soli Deo confiteri. Nam dicit cano de poe. dist. j. taciturnitas. Vbi est taciturnitas confessionis non est speranda venia criminis. Patet hoc exemplo Christi qui lazarum suscitauit: scilicet tamen discipulis tradidit absolendum. Io. xj. & xj. q. iij. tunc vera. Item decem leprosos ad sacerdotes misit qui in via eundo fuerunt mudati. vt dicitur Lu. xvij. per quod significatur quod peccator licet in via eundo ad confessionem ratione contritionis quam habet consequatur veniam & remissionem peccatorum: tamen tenetur veniri sacerdoti. Sed diceres quare peccator debet ire ad confessionem vel sacerdotem ex quo remissa sunt ei peccata per contritionem? Responso secundum Hosti. in summa. de poe. & re. ca. Tu dic quod peccator duplici vinculo ad satisfaciendum astringitur. vno quo ligatur ad deum. & illud in contritione dimittitur. Alio quo ligatur ad ecclesiam & hoc per confessionem & satisfactionem dimittitur: & per absolutionem sacerdotis relaxatur. ad hoc facit de sent. exco. a nobis. c. j. de poeni. di. j. multiplex. & c. que poenitet. i. fi. & di. v. confideret. licet igitur peccatum dimittatur quoad reatum per contritionem: manet in obligatione ad poenam temporalem per sacerdotem infligendam. & probat Archid. de poe. dist. iij. productor. quia sicut omnes creature ostendunt & confitentur defectus suos temporales & naturales hominibus eo modo quo possunt vt dicit glos. super illo versu. Confessio & magnificentia opus eius. & c. ita homo debet ostendere defectus suos voluntarios: & confiteri verbo vocali in quo abundat.

DE SACRAMENTO.

Et etiam debet confiteri homini: eo quod verbum diuinum humiliatum est pro peccatis nostris delendis: quod verbū vnitum humanitati obligat nos: quod humiliem⁹ verbum nostrū loquēdo non solum deo: sed etiam homini quod fit in confessione vocali. Præterea cum hodie peccamus coram Deo & homine debemus cōfiteri nō solum coram Deo sicut in veteri testamēto fuit: sed homini loco Dei cōstituto. Nec propter hoc quod in contritione homini dimittitur reatus culpæ: superflua esset cōfessio vocalis: que secundum Hugu. cardinalem ad hoc necessaria est ad humilitatem & iustitiam exercendam. Item ad hoc quod ecclesiæ satisfaciatur que læsa est ex peccato. Valet etiam secundum Ioan. an. propter fidem quam peccator habet credens auctoritatē clauium in ecclesia. Similiter valet propter obediētiam quam exhibet ministris ecclesiæ vel Deo. de poenit. dist. j. multiplex. & ca. nōnulli. Quando ergo legis in scripturis quod sola contritio sufficit ad remissionem peccatorum intelligas in necessitate quando confessio nō potest haberi: nā tunc non est præceptū iuxta illud. Cōfitemini alterutrū. &c. quia necessitas legē nō habet. Nā tunc voluntas pro facto reputatur. Sufficit enim tunc soli deo cōfiteri in corde. Si tamē ibi esset aliquis laycus: bonum esset sibi confiteri propter hoc vt postea ecclesiā informaret: quibus remedijs pro anima suā esset subueniendum. Doctor tamen subtilis dicit. Ex quo accusatio in cōfessione non fit ad aliud nisi vt consequatur sententia: & laycus non

debet auctoritatem sentētiandi in isto foro: sequitur quod nullum præceptum est ad accusandum se coram layco. Forte autem melius esset hoc dimittere: si peccator posset aliqualem verecundiam corā se habere recogitādo eadem: & sic equè puniri. Etiam licet simplicibus laycis sit utilis talis confessio coram layco in necessitate: non tamen viris discretis qui sciūt ad quid instituta est confessio. Hinc est quod dicit Ioan. an. in. c. si episcopus. de poe. & re. lib. vj. in vltima glos. quod licet layco in necessitate possumus confiteri: tamen ipse non potest absoluere: quia non habet clauis. de poe. dist. in j. quē poenitet. & notatur de officio cure pastoralis. vbi Hugo dicit. quod licet in necessitate audit: non tamen ad hoc vt sit vera absolutio: sed quo ad signa poenitiē declaranda. Sed Ray. contradicit. Item Archidia. xxv. dist. audit redicit quosdam dixisse quod nullus etiā in necessitate tenetur confiteri rustico vel layco: presbytero absente maximè peccata mortalia. & dicit quod illud Iacobi. Cōfitemini alterutrū peccata vestra: tantū de venialibus intelligitur que possunt talibus laycis cōfiteri in necessitate: vel loquitur de cōfessione in generali quæ fit in ecclesia. velloquitur tantū de sacerdotibus. Hugo vero dicit quod layco tenetur quis confiteri peccata sua, cum non potest habere sacerdotem nec videtur verè poenitens qui in articulo mortis peccata sua nō confitetur cuicumque potest si sacerdotē habere non potest: quāuis laycus non habet auctoritatem absoluēdi. Dicit autem

glo. xxx. q. j. omnes. quòd si laycus in necessitate audiat peccata mulieris: non potest cum ea postea contrahere. si tamē cōtrahit forte tenet matrimoniū. Videtur tamen hoc tantummodo sacerdoti prohiberi, cum tantum eius officium est audire peccata. Et dic secure quòd talis potest cū tali muliere contrahere quam audiuit in necessitate: quia per hoc sacramentū nulla compaternitas contrahitur vt dicitur in canone. quàmuis. &c. de cognatione spiritali. li. vj. Item sciendum quòd confessio sedecim cōditiones habere debet quę habentur in his versibus. Sit simplex, humilis, confessio pura fidelis. Atque frequens nuda, discreta, libens verecūda. Integra secreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis & accusans: & sit parere parata. Quantumcunque autem nota sint sacerdoti peccata, adhuc tamen debent narrari in confessione: quia non sufficit quòd ea cognoscit sacerdos vt homo tantum. scilicet in publico: sed etiam vt deus. s. in secreto cordis. de pœ. dist. j. imperfecta. in glo. prima. Teneatur etiam peccator non solum mortalia: sed etiam venialia cōfiteri: licet non ita de necessitate absoluta teneatur ad confessionem venialium sicut mortalium. Tamen ex quo non possumus vitam æternā consequi sine remissione venialium tenemur ad eorum confessionem. vt dicit Tho. in iij. distin. xv.

DE MODO AUDIENDI
di confessiones.



BT quia experientia docente multos videmus in practica huius Sa-

cramēri errare, ideo vtile videtur ponere modum & formam circa audiendas confessiones. Circa quòd videndum est de pluribus & primo de dispositione personę. Secundo quomodo sacerdos debeat inquirere a cōfiteute. Tertio qui sint casus in quibus potest absoluerē. De primo itaq; sciēdum quòd confessionem audiēs sacerdos debet sedere in loco omni suspitione carente vbi ab omnibus videri possit; à nullo vero audiri: non sicut quidam in cameris ante lectum proprium audiūt: vel in sacristia: quia comperta sunt multa mala cū spiritualibus filiabus commisisse: non debet etiam sacerdos vel confessor inspicere vultū cōfiteutis: ne ductus terrore sacerdotis min⁹ audeat cōfiteri: vel ne quid occultet vel alleuiet. Maximē tamen à mulieribus caueat quia secundum sapientem. Facies mulieris sicut ventus vrens. Nec debet sedere ex opposito sed ad latus. Nec etiam debet proferre verba iocosa: ne alter ipsorum ad risum prouocetur sicut etiā compertū est de aliquibus: sed verbis blandis & benignis cōfessor vtatur: nō sicut quidā faciūt maledicētes cōfiteuti dicētes: diabolus te mihi miserat cū his peccatis: eos vel eas diabolo commendantes vt quidā idiotę faciūt. Nec debet sacerdos mouere caput: vel sputū sepius pijcere: ne videatur à circūstātibus pdere peccata cōfiteutis. Vbi ergo sunt illi qui pede trudūt cōfiteutes: vel faciunt quasdam vociferationes suspiciosas: vel suspiria suspiciosa ex quib⁹ proditur confessio peccatoris. Cum ergo incipit cōfiteri attendat verba sua confessor

DE SACRAMENTO.

usque ad finem; nec interrumpat nisi cum fuerit confessor per confitētem de aliquo exquisitus: vel nisi confessor habuerit necesse inquirere de aliqua circumstantia peccati. Si vero cōfitens coram sacerdote prae timore erubescens obmutescit: tunc sacerdos eum dulciter alloquens informet: & det sibi cor & audaciam his verbis: vt dicit Hugo. *Fili charissime*, ex abundantia gratiæ diuinę habemus magnum donum hoc & in salutis remedium quod per nostrā veram confessionē possumus consequi indulgētiam peccatorū. Non autē ve rearis pro anima tua dicere verum coram me qui sum peccator sicut & tu. Non autem te audio vt homo sed vt Deus. Quod si forte confitens nescit modum confitendi: confessor dicat ei modum dicens: *Charissime fili*: ita debes confiteri. Confiteor omnipotenti Deo & tibi patri, quod ego peccator peccaui in multiplicib⁹ peccatis. Et primo in mortalibus peccatis: transgrediendo diuina præcepta, nō diligendo deū nec proximum. Et tunc incipiat confitens dicere peccata. Et primo de mortalib⁹ peccatis secundum quod disposuit in mente sua. Si autē ignorat quę sunt peccata mortalia dicat sibi. Ecce fili mi ista peccata sunt mortalia. Superbia, auaritia, luxuria, ira, gula, inuidia, accidia. Recordare si commisit aliquid istorum. Qui cum de eis expeditus fuerit descendat ad opera pietatis si ea neglexit adimplere. Similiter de alienis peccatis vt statim patebit. Secundo videndum est qualiter sacerdos debet quærere à confitente. Pro quo sciendū quod si est

discretus confitens non debet ab eo aliquid quæri: sed si est rudus tunc quærat ab eo sacerdos. Et primo de mortalibus peccatis in genere: nunquā tamen in specie, verbi gratia sic dicens. Ecce fili nonne peccasti in istis peccatis, scilicet superbia, auaritia, &c. Si ergo contigit te aliquādo superbisse de vestibus: de pulchritudine corporis: de sapientia: de diuitijs: hoc recogites & hoc doleas. Item si aliquando excessisti modum comedendi vel bibendi: vel habuisti diuturnum odium cōtra proximum tuum vel appetitum vltionis iniuste contra proximum: vel inuidisti sibi bona spiritualia vel temporalia: aut etiam fuisti accidiosus & piger in diuino officio vel sermone: quia forte non diligēter attendebas in missa: sed dormitabas vel sermones inutiles miscuisti. Istis modis & consimilibus confessor dicat in genere. Et vt melius cognoscas modū in genere quærendi sic quæras. *Fili charissime* fecisti furtum? Si dicat sic: dicas: vbi: quando: quo tempore: qua ductus necessitate: à quo: quoties: non autem quærat: fecisti homini tali in tali loco. Hoc enim esset suspectum negociū. Similiter de luxuria quærat: vtrum fuit aliquando pollutus in corpore: si dicat sic: quæras an nocte vel die. si dicat in nocte vel in somno: non quæras vltra. Si dicat non in somno: quæras per quē modum: cum quo: vel qua: & expectes eius respōsionem. nec determines aliquid sicut quidam indiscreti faciunt dicendo: fecisti cum boue, vel cum pecore, vel asino, vel equo: descendendo ad sodomitica pec

cata: de quibus forte confitens ignorat. & in hoc grauissime peccat confessor. Nec dicat secundū Guillermm. Audio quòd tu habitas cum tali muliere. hoc est enim se ponere testem vel iudicem: quòd non debet fieri in cōfessione: sed ea peracta debet iudicare. &c. Verumtamen si Sacerdos forte probauit quòd ille forte oblitus est aliquod peccatum quod confessori cōstat eum commisisse: potest sibi in memoriam reducere dicens. Accidit ne tibi aliquando inebriari: vel irasci: vel fornicari in illo anno: & si dixerit sic: quērat primo de persona cum qua peccauit: an ne sibi attinebat: & in quo gradu cōsanguinitatis vel affinitatis: nec est hoc proderet aliam personam: vel alium accusare: sed se liberare & mundare veraciter cum alio modo expedire non potest sine expressione illius circumstantiæ. Multum tamen caute circa hoc peccatum luxuriæ est procedendū ne curiose inquirat de ipso cōfidente. Unde consulo vt confessor circa hoc dicat sibi. Fili mi charissime, ego quidem verecundor & erubesco talibus materijs impudicis inquirere: nec putes quòd ista ex curiositate faciam cum de eis fuissem libentius supportatus. Oportet tamen quòd de necessitate procedam more & officio medici debentis curare occultū morbum in firmi. Item aduertat confessor & diligenter consideret personæ confitentis qualitatem, cuius status & conditionis existat. Nam si est princeps, baro, miles, nōbilis, vel quicumque dominus temporalis: quērat ab eo vtrum oppressit pauperes sub-

ditos: & aggrauauit eos laborib⁹: vel iniustitiam facere neglexit: vel aliquas impēiones iniustas imposuit. Si vero est prælatus spiritualis: non est opus quærere de negligentia animarum subditorum: quia præsuntur si hoc faceret solus diceret eo quòd habet sufficientem cognitionem & scientiam quantū ad hoc. Si autē non confitetur de officio in quo est dicat & hortetur eū proprio motu dicens. Pater venerabilis & fili in hac parte velitis attendere dignitatē officij vestri in quo estis: & in remediū peccatorum vestrorū vobis iniungo vt habeatis diligētiam de animabus vobis commissis. Si autē est mechanicus: quērat ab eo, vtrum in suo opere debitum equitatis modū feruet: aut si est mercator: an aliquem defraudet in ponderē vel mensura: an rem viliorē carius vēdidit: vel ad vsuras pecunias mutuauit: vel ad pręstitam carius vēdidit: vel causam rei venditę non dixit emptori: sicut circa equum defectū aliquem: vel ipsam rem vitiatā nō remissiorē precio vendidit. An diebus festiuis & dominicis res suas venales exponit. Iurauit tantum valere cum tantum nō valuisset: vel iurauit illas emisse pro tāto: si est tabernator quērat ab eo vtrum aliquando brasū miscuit diuersis granis. Sicut apponendo aliquot choros tritici: aliquot siliginis: aliquot ordi: & vendens nihilominus ceruisiam pro tali tritico: vel si diebus festiuis circa eā laborauit: cū hoc ante vel post bene posset expediri: vel mensurā minorē dedit in domo quę extra domū bibētibus commiserat. Sic etiā quērat de vino & alijs liquoribus.

DE SACRAMENTO.

Item à iudicibus quærat & consulibus: vtrum aliquando ex gratia, odio, timore, amore vel priuato motu iustitiã peruerterunt vel sententiam tulerunt: ex qua quis dñificatus est in rebus vel in corpore. Vel si ad poenam fuerunt nimis proni contra simplices sententiando poenam statim pro vno leui verbo in iudicio. Item à patribus familias quærat qui habent seruos vel filios vtrum angariauerunt familiam diebus festiuis: vel eorū detinēt mercedem: aut eorum mala dissimulauerunt. Similiter quærat à seruis an fideliter seruiuerunt & non subtraxerunt bona domorum suorum. Item si est virgo, quærat ab ea de custodia virginittatis: de pudicitia verborum & honestate conuersationis: quomodo & cum quibus solet conuersari. Si est vidua quærat de deuotiōe ipsius & operibus pietatis an libenter seruiuit pauperibus: vel eos visitauit: vel temporalia pro suo posse impedit & exhibet: & an dissolute viuit seu delicate: & isti sunt morbi viduarū secundū Apostolum. Item si est cōiugata, quærat ab ea an seruet cum viro castitatem diebus festiuis ieiunij & aliarum vigiliarū & tempore impregnationis vel etiam partus. Similiter an à marito exigat debitum diebus festiuis: an tempore menstrui vel impregnationis vel tempore partus: an etiam aliter quàm modus naturæ est vir eam cognouit. Et secundū hoc procedat cum qualibet. Circa tamen vitium luxurię cauti⁹ quàm circa quodlibet aliud se regat quòd circumstantias necessarias nō inutiles & curiosas inquirat: de quibus

sciendum hic est secundum Tho. Circumstantiarū quædam sunt trahentes in aliud genus peccati: vt coire cum cōiugata. &c. & has homo tenetur confiteri. Quædam vero aggrauantes sunt in eadem specie: & earū quædam sunt non aggrauantes mortaliter: sicut scientia & huiusmodi: & has non tenetur confiteri: quia sunt quasi venialia. Quædam vero sunt aggrauātes mortaliter: & has quidem oportet cōfiteri: vt furari in sacro loco: fornicari in die festo. Vnde versus. Aggruat ordo locus peccata scientia tēpus. Lucta pusilla metus culpæ genus & status altus. Conditio numerus ætas & scādala sexus. Item quærat sacerdos à confitente de alienis peccatis quæ sunt. ix. vers. Iussio cōsensu cōsiliū palpo recursus. Participans mutus non obstitans non manifestans. Iussio. i. si præcepit facere malum: licet solus non interest: vel consuluit alteri sine cuius consilio non fecisset tale factum vel cōsensit facientibus malum: vel ipsis adulatus est laudando eorum factum: vel quia malefactores habuerunt ad eum recursum: vel ipsis participauit in maleficio: vel tacuit non increpando eos: vel non deferendo superiori vel non resistebat cum posset vel tenetur ex officio: vel non manifestauit cum debuit manifestare.

DE CASIBVS AD PAPAM pertinentibus.

Ponendi sunt etiam hic casus ad solum Papam pertinētes. Primus est de eo qui verberat clericum ordinatum si

est læsio enormis cum effusione sanguinis atroci. xvij. q. iij. Si quis suadente diabolo. Secundus est de eo qui incendit vel frāgit ecclesiam: & talis antequam denunciatur potest absolui ab episcopo, sed post denunciationem per solum Papam. de senten. excommuni. c. conquesti. Et idem de quolibet incendiario postquam publice excommunicatus est. de senten. excommunica. c. tua. Tertius quando Papa solus aliquem nominat: vel nominatim excommunicat: tunc solus papa absoluit eū. de senten. excōmu. cap. significasti. Quartus falsarius literarum Papæ. veleis vtens sciēter. vt patet de falsarijs. ca. dura. Quintus qui insequitur cardinalē. de poenis. ca. foelicis lib. vj. Sextus qui grauat iudicē spirituale in persona vel in bonis: vel dat licentiā grauandi propter hoc quod sententiam excommunicationis tulit. de senten. excommunica. quacunque. lib. vj. Septim⁹ si quis corpus defuncti scinderet vel coqueret pro ossibus trāfferēdis. De hoc habetur in quadam extrauaganti Bonifacij Papæ octaui quæ incipit. Detestante. Octauus: si quis inquisitor hæreticorum odio vel gratia: amore vel lucro contra iustitiā vel conscientiam obmisit contra quēpiam procedere. vt de hæreticis multorū in fine. in cle. Nonus si religiosus absq; licentia sui proprii sacerdotis solemnizaret matrimonium: aut ministraret eucharistiæ & vnctionis sacramenta. Similiter excōmunicati sunt religiosi qui excōmunicatos à canone absoluunt in casibus non concessis: vel contra statuta prouincialia

vel synodalia, vel à poena & à culpa. Decimus: si quis insequitur episcopum. de poenis. si quis. li. vj. Vndecimus si qui religiosi inducunt aliquem ad vouendum vel iurandum vel promittendum apud eos eligere sepulturā: vel vt iam electam vltius non immutet. de poenis. cupientes. in cle. Duodecimus: de his qui sacerdotē cogunt celebrare in loco interdicto: vel ad audiendum excommunicatos vocant vel interdictos: vel prohibent ne moniti exeant. de sentē. excommunica. grauis. in cle. Tredecimus qui sarracenis arma ad expugnandū christianos deferunt: vel consilium vel auxilium dant in dispendium terræ sanctæ. extra. de iudeis. Ita quorundam.

¶ CASVS EPISCOPALES

nunc sequuntur.

Quius vero episcopi qui notantur per Ioan. an. in. iij. glos. si episcopus. de pœ. & re. lib. vj. sunt illi. Primus absolvere excommunicatos maiori excommunicatione. vt de senten. excōmuni. c. nuper. Secundus imponere poenitentias blasphemantibus nomen Dei & sanctorum eius. clericis maledicis. cap. ij. Tertius absolvere sacrilegos. de sacrilegijs. cap. ij. Quartus cōmutatio quorumlibet votorum, de voto & voti redemptione. ca. j. Excipitur tamē votū terræ sanctæ. Quintus depositio male ablatorum incertorū: veletiam certorum quando non existūt isti quibus faciēda est restitutio. de iudeis. cum sit. Sextus poenitentiam imponere illis qui matrimonium clandestine cōtraxerunt: vel cōtra interdictū ecclesiæ. vt de matrimonio

DE SACRAMENTO.

contra interdictum ecclesie contractio. in cle. cap. j. & ultimo. Solent etiam reseruari episcopis poenitentiae omnium publicanorum & oppressorum puerorum. ex opposito vel casu. Item homicidium vel falsum testimonium. falsarii instrumentorum. Item periurus. incestus: corruptor monialium: vel coeutes cum brutis: & his similia. Et breuiter intelligas quod quatuor sunt casus de iure episcopales. prout determinat benedictus. xj. Primus est occisor clerici: propter quod incurrit irregularitatem. Vnde episcopus potest absoluere clericum ab homicidio: sed non ab irregularitate: vel potest absoluere clericum a peccato: quia celebravit in ecclesia interdicta sed non potest absoluere ab irregularitate inde contracta. Secundus de incendiariis: quod tamen intellige antequam sint publicati. Tertius: ubi est indicenda solennis poenitentia. Quartus ubi quis incurrit maiorem excommunicationem. Item autem papa declarat quinque casus esse episcopales de consuetudine approbatos. Primus est homicidij voluntarij. Secundus falsarij. Tertius violatoris ecclesiasticę libertatis. Quartus violatoris ecclesiasticę immunitatis. Quintus sortilegi & diuinatorum. vt. xxvj. q. j. cap. j. & incipit sua bulla in qua predicta declarantur. Inter cunctas. & renouata est iterum per consilium vniuersen. in clerico. dudum de sepul. Vltra autem hoc casus possunt episcopi reseruare sibi alios pro vt videbitur eis expedire. Sed vt omnis tollatur ambiguitas ponam casus tam de iure quam de consuetudine ad episcopum pertinentes:

vt sunt isti: homicidium: sacrilegium: incestus: filiorum oppressio: coitus cum moniali. Item mulier coies cum religioso vel sacerdote. Item vulnerans patrem vel matrem. Item deflorans virginem vi oppressam. Item baptizans propriam filiam sine necessitate: vel tenens eam ad confirmationem. Item fractor voti simplicis. Item contrahens votum simplex castitatis. Item intrans religionem inuita vxore post copulam carnis. Item hereticam prauitatem tenens quo ad peccatum tantum. Similiter symoniacus quo ad peccatum tantum: quia irregularitas huiusmodi pertinet ad papam. Item celebrans coram excommunicatis solemniter in ecclesia quo ad peccatum tantum: sed quo ad irregularitatem pertinet ad Papam. Item promotus per saltum ad sacros ordines. Item ordinatus ab alieno episcopo sine licentia proprij. Item luxurians in ecclesia consecrata. Item coiens cum iudea vel pagana. Item concipiens a non viro suo quem vir credendo filium suum constituit eum in heredem in preiudicium aliorum. Item procurans abortum vel sterilitatem in se vel in alio. Item contrahens sponsalia preter matrimonium cum aliquo marito interposito contractio. Item scienter celebrans in ecclesia interdicta quo ad absolutionem peccati. Sed quo ad irregularitatem quo ad papam. Item sortilegus: incantator: necromaticus: experimentator. Item scienter excommunicatos & manifestos interdictos: vel etiam usurarios sepeliens. Item clandestine matrimonium contrahens. Item blasphemus Dei & sanctorum. Item incen-

diarius. Item periurus: sodomita: adulter. Item fornicās cum filia quam baptizauit vel ad cōfirmationem tenuit: vel audiuit confessionē eius. Item celebrans in altari non cōsecrato. Item celebrans sine sacris indumentis: vel obmittens aliquod indumentorum: vt stolam vel manipulum. Itē celebrans non ieiunus. Horum autē poenitentia ponuntur taxate inferius particulatim. Alij vero casus præter istos sunt de auctoritate plebanorum.

¶ DE SATISFACTIONE

quæ est tertia pars poenitentia.



St autē satisfactio secundū beatum Tho. super. iiii. dist. xv. q. j. arti. iij. iniuriæ illatæ recompensatio secundum iustitiæ equalitatē vel quantitatem & intellige æqualitate proportionis & nō quantitatis. Similiter Ansel. in li. Cur deus homo. diffinit satisfactionem dicēs. Satisfactio est Deo debitum prout est honorem impendere. s. ratione culpæ commissæ. Et iste diffinitiones sunt satisfactionis prout est medicina præteritorum peccatorū: & præseruatio futurorū: sed prout est præseruatio à culpa diffinitur sic secundum August. Satisfactio est causas ascinde re peccatorū: & eorū suggestionibus aditū nō indulgere. Circa quod sciēdū q̄ licet scdm Bona. vbi supra. sine charitate non posset se homo p̄parare ad habendā charitatem & faciēdam satisfactionē. Ex quo impossibile est sine ea Deo placere: & opera eius acceptari à deo. Ideo nec satisfactio sine tali gratia est possibilis. Item cōsulendum est poenitentibus quòd eorum poe-

nitentiam ipsi iniunctam sine mortali peccato compleant: quia alias deus ab eis exigit poenam. Nam satisfactio facta in peccato mortali: & si soluit poenam debitā: non tamen meretur gratiā: vt dicit doctor subtilis vbi supra. q. j. secundo principali artic. iij. Sed si quæras vtrū homo peragens poenitentiam in peccato mortali: iterum facta confessione de illo peccato mortali debet peragere de nouo vel denuo istā poenitentiam iam peractam: vel an reuiuiscat & valere incipiat illa poenitentia sic peracta in peccato mortali: ex quo iam post confessionem secundam erit in charitate & gratia. In hoc sunt doctores diuersi. Nam sanctus Thomas prima facie dicit quòd non viuificantur: nec valent ad satisfactionem illorum peccatorum pro quibus aguntur: nec etiam ad meritum vitæ æternæ. Dicit tamen quòd satisfactiones illæ quæ relinquunt post se effectū postquam actū strāfit non oportet quòd reiterentur: vt ieiunium dimittit post se debilitationē corporis. Eleemosyna relinquit post se diminutionem substantiæ. Illæ vero quæ non relinquunt post se effectum oportet vt reiterentur: vt est oratio. Ex his patet quòd qui ieiunant pro peccatis existētes in mortali peccato, non debent vltra ieiunare vel eleemosynam dare. si qui orant in peccato existentes tenentur repetere horas & supplere eas. Et istam opinionem approbant doctores. Doctor tamen subtilis fauorizat peccatoribus dicens: quòd qui vere poenitet & recipit satisfactionem condignam sibi ab ecclesia impositam clauē nō

DE SACRAMENTO.

errate quantumcunque peccet postea & reciduet: nūquam tenebitur nisi ad illam vnicam satisfactionem adimplendam. Et si eā impleat in charitate melius est: quia nō tantum soluit poenam: sed etiam meretur gratiam. Sed si impleat poenitentiam voluntarie extra charitatem: soluit quidem poenam sed non meretur gratiā: quia non est satisfactio reconcilians neque placans. Unde subdit quod si homo magnā partē satisfactionis adimpleuit immortalis peccato: & postea iterū poeniteat de peccato nouo nō est iterato imponēda poenitentia pro peccato: primo de quo satisfecit: licet extra charitatē: sed tātum de nouis peccatis que fuerūt causa quia ista satisfactio fuit mortua. Et hanc determinationem sequitur Ioannes parisiensis ibidē. q. v. dicens: & dans huius dicti rationem satis pulchrā. Quia ex quo extra charitatē sufficit satisfactio in voluntaria ad poenitentiam peccati: multo magis satisfactio voluntaria debet sufficere. Exemplificat ipse. Si alicui offendenti regem offense regis correspondeat precise secundum legem manus abscisio: si isti inuito abscinderetur manus satis patitur: & in tantum sufficit regi quod secundum iustitiam non debet ulteriores poenā exigere: & tamen nō recipit eum in gratiam vel amicitiam. Multo autē magis sufficeret pro punitione culpe si aliquis sibi deditam poenā infligeret: licet non esset in gratia vel amicitia illius iudicis offēsi. Ex quo sequitur quod si talis propter nouum peccatum damnaretur antequam compleuisset totam poenitentiam sibi impositam pu-

niretur in inferno tēporaliter: poena sibi correspondente quæ non fuit hic soluta: & post tempus aliquod nō puniretur amplius tali poena: sicut dicim⁹ de veniali: quia moriens in veniali simul cum mortali: nō puniretur æternaliter pro veniali: sed tēporaliter: pro mortali verò æternaliter. Hæc doctor subtilis. Sunt autem tria opera satisfactoria. scilicet elemosyna: ieiunium: & oratio. Per ieiunium intelliguntur omnia carnem affligentia: vt sunt macerationes: afflictiones: flagellationes & peregrinationes. Per elemosynam omnia opera misericordie corporalia: per orationē omnia opera spiritualia misericordie: per ieiunia homo reuocatur à concupiscentia carnis: per elemosynam à concupiscentia oculorum: & per orationem à superbia vitæ: per ieiuniū ordinatur homo ad seipsum: per elemosynam ad proximum: & per orationem ad deum: per ieiuniū fit satisfactio de bonis corporalibus: per elemosynā de bonis temporalibus: per orationem de spiritualibus. Licet autem singula istorū cū singulis peccatis approprietur propter cōuenientiā: tamē quodlibet illorū pro quolibet peccato satisfacere potest scdm Tho. Dicit enim doctor subtilis. q. j. secūdo principali argu. xxx. quod talis correspondentia: nec est de cōgruo: nec de necessitate in singulis casibus sicut patet in pauperibus: Nec pauperi est congruum nec necessarium iniungere aliquot istorum si est insufficientes ad ea: vt si est pauper qui nutritur labore & qua die nō laborat caret victu: & si ieiunaret impotēs redderetur ad laborē

nec orationi vacare potest labore lassatus, vel à fortiore: nec eleemosynis isti iniungendum est vt istum laborē subeat in remissionē peccatorum intendens illum ad hunc finē referre: saltem quousq; occurrat sibi oportunitas aliqua aliā satisfactio- nem soluēdi. Ex hoc dictō habes q̄ homo peccator libēter sustinens defectus tempo- rales & labores à Deo in eū permissos, vel tribulationes satisfacit per illas pro pecca- tis, ex quo eis cōsentit, & aliter satisfacere vel poenitere nō potest. Ita dicit Tho. vbi supra. dist. xv. q. iij. ar. ij. Et hoc etiam sæ- pius esset prædicādum pauperibus & de- fectuosis: ne deficerent & desperarent de peccatis vidētes se impotētes ad peragen- dū poenitentiā eis iniunctam. Similiter di- ces qui lapsus est à peccato carnis: si adeo delicatus est q̄ non velit ieiuanare nec ma- cerationem carnis subire, vel præsumptio est q̄ si sibi imponeretur abijceret eam, & ita iam nouo peccato peccaret: iudicādus est ad orationē vel eleemosynā, & impo- nendū est ei quod libēter accipit, & quod creditur perseuerātius adimplere: immo si nullā vellet accipere poenitentiā, & ha- beret displicētiā de peccato, & firmum propositum nō peccādi vel abstinendi, nō est remittendus vacuus, sed absoluendus ne cadat in desperationem, sed intīmāda est poenitētia ei qui est pro peccatis illis im- ponēda: & q̄ eam in se vel in equiuāle te studeat adimplere, alioquin soluet ad ple- num in purgatorio. Hæc sentētia satis cō- sonat dictō Christi. Matthæi. xij. & Esaie xlij. vbi dicit. Arundinem quassatam non

confringet & lignum fumigans nō extin- guet. Arūdo quassata est peccator quassa- tus tētationibus & peccatis, & lignum fu- migans est nimis humidū: tamen habens aliquid de igne charitatis: hoc extinguitur per duriciā sacerdotis, sed cum ad aliquod minus difficile obligatur tunc non extin- guitur, sed dicatur sibi q̄ oportet eum hic vel ibi poenam persoluere: & q̄ faciat tan- tam poenitētiā quantam hic debet pro peccatis reddere: alias acrior alibi ab eo exigetur. Hæc Scotus. dicit Petrus de tha- rā. dist. xv. & Tho. ibidem. q. iij. q̄ alter po- test pro altero satisfacere si est in charita- te quando ille cui iniuncta est poenitentiā eam explere commode nō potest: & hoc quātum ad absolutionē debiti: sed quan- tum ad excisionē causarū præcedentium, & in quātum poenitētia est medicina pro peccatis vnus nō potest satisfacere pro alte- ro. Dicit tamen Thomas. q̄ nullus debet permittere satisfacere per alium, nisi appa- reat defectus corporalis vel spiritualis, per quem non sit promptus ad portandum onus poenitētię. Dicendū est ergo his qui satisfactio- nē pro se alijs imponūt: q̄ si am- bo negligentes fuerint ambo punientur: vnus pro peccato proprio, alter pro obmis- sa satisfactio- ne ad quam se obligauit.

¶ DE POENITENTIIS IN- iungendis secundum canones.

Restat nunc de poenitentijs iniungē- dis secundum canones taxatis. Cir- ca quod principaliter est videndum quòd licet poenitētię sunt arbitrarie, vt dicitur

DE SACRAMENTO.

infra: tamen in publicis peccatis seruandæ sunt taxatæ per canones, licet debeat haberi respectus ad circûstantias eriminis, & ad quântitatem & qualitatem, personæ dignitatem officium, paupertatem, debilitatem. &c. Vt tamen nō ignoremus poenitentias taxatas cum tēpus incurrerit imponēdas notādē sunt aliquæ regulæ quæ canones poenitētiales ab alijs appellantur. Primus canō q̄ pro quolibet mortali peccato poenitentia septē annorum est iniungenda. vt. xxxiiij. q. ij. hoc ipsum. & ca. seq. & xxij. q. j. c. prædicādū. in glo. & lxxxij. dist. presbyter. Et ratio est quia sicut per peccatū mortale septiformē gratiam spiritus sancti amissimus: sic etiam eā per septē annos requiramus. Hoc tamen verum est pro publico & graui peccato, p̄satis circûstantijs. Secundus si presbyter fuerit publicus fornicator decē annis poeniteat inclusus: sacco indutus tribus mēsis cōtinuis à vespera ad vesperā pane & aqua vtatur: exceptis diebus dominicis & festiuis, quibus annis expletis potest eū episcopus ad pristinum reuocare statum. de quo multū habetur. lxxij. dist. ca. presbyter. quod nō scripsi propter tedium episcoporum qui in hoc sunt remissi & potius ad poenā proni. Tertius sacerdos cognoscens filiam spiritualement, scilicet quā baptizauit vel confessionē audiuit: duodecim annis poeniteat. episcopus vero. xv. annis poeniteat. Mulier vero si est soluta tradēda est religioni, rebus suis pauperib⁹ erogatis. xxx. q. j. Si quis sacerdos. Et sic patet vt dicit glo. in. c. prædicto q̄ magis peccat sacerdos cogno-

scēs filiam spiritualement q̄ alterius vxorem, quia per hoc imponitur poenitētia. xij. annorum. Quartus, si quis contra naturam peccat, si clericus est deponitur, vel ad religionem recluditur, si laycus excōmunicatur donec poeniteat. Poenitentia autē sua est septem annorū. Et idem est pro incestu. xxxiiij. q. ij. hoc ipsum. & ca. sequenti. Quintus, sacerdos qui interest clādestinis nuptijs siue bannis: tribus annis suspenditur. de clandestina desponsatione. Cum inhibitio. ca. j. Sextus, si quis votum simplex violauerit, scilicet quia promisit in secreto vxorem non ducere vel coram aliquibus socijs, & postea duxit, tribus annis poeniteat. xxvij. dist. si vir. Septimus. Si quis excōmunicatus celebrat: tribus annis feria secunda quarta & sexta, à potu, alias vino & à carnibus debet abstinere. xj. q. iij. de illis. Octauus. Qui alium iniuste accusat ad mortem: septem annis poeniteat si vitam perdidit. Si vero membrum: per tres annos poeniteat. vt de accusationibus. ca. accusasti. Nonus. Qui filiam suam spiritualement vel cōmatrem cognoscit: per septem annos poeniteat. xxx. q. iij. non oportet. Decimus. Si quis desponsatam alio, duxerit, eam dimittit, & xl. diebus in pane & aqua ieiunet, & poeniteat per. vij. sequētes annos. despon. duorū. c. accepisti. Vndecimus. Qui cognoscit duas cōmatres vel sorores: septem annis poeniteat. xxx. q. iij. Si pater. Duodecimus. Homicida volūtarius sine spe restitutionis deponatur: & septem annis poeniteat. dist. miror. Si est casualis per quinque annos poeniteat. l. dist. c.

si qua. & c. si quis. & c. eos. Et hæc omnia intelligas si potuit euadere homicidiū, & non euasit. Nam qui se & suas res liberando fures qui capi non poterant occiderit, poenitētiā agere non tenetur nisi voluerit. Si tamen hoc facit in necessitate euitabili: duos annos poeniteat. distin. l. de his, licet si esset ineuitabilis in nullo ei imputaretur. l. dist. quia te. quod tamen est verū quo ad peccatum, sed quo ad cautelam & innocētiam suam Ecclesiæ ostendendam, bonū est poenitere. de homicidio. c. ij. s. fi. xxxiiij. q. ij. in lectū. xxxiiij. q. iij. excōmunicatorū. Si quis tamen in stultitia vel infirmitate vel furiositate occidit: nō imputatur ei. iij. q. ix. iudicas. xv. q. j. aliquos. & ca. illa. & c. si quis. Si autem causa disciplinæ, sicut magister scholarium incaute occidit, imputatur ei & deponitur si est sacerdos. de homici. præbyterorum. xv. q. v. si quis nō iratus. Sed & si quis ligatum latronē interficit deponitur. de homicidio. suscepimus. Tredecimus. Matrē occidens decem annos poeniteat secundum formā satis asperam quæ ponitur. xxxiiij. q. ij. latorē, vbi dicitur q̄ primo anno Ecclesiam nō intret, sed ante fores Ecclesię oret. Post annū vero intret Ecclesiam stans inter audiētes: & nō communicet nisi cōpleto termino, oblationes eius nō voluntarie accipiantur nisi post septem annos. & per hos decem annos nō comedat carnes: nec potum alias vinū bibat exceptis diebus dominicis & festiuis dieb⁹ à festo paschæ vsq; ad festum penthecostes, & nō vadat alicubi nisi pedester: feria secunda quarta &

sexta ieiunet, sed tamen nō separatur ab vxore propter periculum adulterij. Decimusquartus. Vxoricidea omnibus diebus quibus poenitet: nō debet vti carnibus nec potu alias vino, nisi in pascha & natali domini in pane & aqua & sale, vigilijs, orationibus & elemosynis poenitētiā agat, arma non sumat, vxorem nō ducat, balneo non vtatur, conuiuū lætātium nō intret, in Ecclesia post hostium stet, nō communicet in vita, sed in morte tātum. vt patet xxxiiij. q. ij. admonere. Et intellige q̄ maior poenitētia est vxoricidæ q̄ matricidæ, nō quia est maius peccatum vxorem occidere q̄ matrē, sed quia promiores sunt homines ad occidēdum vxores q̄ matres: & ideo vt retrahātur grauior eis poena iniungitur. arti. xxiiij. q. j. non afferamus. Decimusquintus. Iugulans volūtariē puerum suum: dicit Ray. q̄ talis debet in monasteriū induci: si nō habet alios pueros, & vxorē, grauior ei debet imponi poenitētia, scilicet septē annorū. Cum autē ex negligentia iugulāt eum parētes: ita q̄ ponūt eum in lectum suū sanum & postea inueniunt eum mortuū, tribus annis poeniteāt, quorū vnus annus est in pane & aqua omnib⁹ ferijs quartis sextis & sabbatis: alijs duo ieiunādo feriam quartam & sabbatum, sed sextā in pane & aqua. de his qui occidunt filios, ca. j. & ij. Decimussextus. Periurus xl. dies ieiunādo in pane & aqua per septē annos poeniteat. vj. q. j. quicūq;. Decimusseptimus fallam mēsurā habēs. xxx. dieb⁹ poeniteat in pane & aqua. de emptione & vēditiōe. c. vt mēsurę. Decimus octau⁹ qui

DE SACRAMENTO.

deuotā vel monialem cognouit. x. annis
pœniteat: & ipsa similiter. xxvij. q. j. ca. de
filia. & c. deuotam. Decimus nonus. Pres-
byter cātans missam & non cōmunicans:
anno vno pœnitere debet, & interim à ce-
lebratione missæ cessabit. de conse. dist. ij.
relatum. Vicesimus. Sacerdos qui laycum
mortuū cum palla altaris inuoluit, decem
annis & quinq; mēsis pœniteat. diaco-
nus vero triēnio & dimidio siue sex men-
sibus pœniteat. de conse. dist. j. nemo. Vi-
cesimus primus. Sacrilegus violans Eccle-
siam septem annis pœniteat. xij. q. ij. de vi-
ro. Et primo anno ante cimiterium quod
violauit cōsistat. Secundo anno ante fores
Ecclesiæ. Tertio anno in Ecclesia. Et per
hos tres annos carnes nō comedat: & po-
tum alias vinū non bibat nisi in pascha &
in natali domini: nec communionem acci-
piat. In quarto anno cōmunicabit: & tūc
quinto & sexto vsq; ad septimū annum fe-
ria secunda quarta & sexta à carnibus &
à potu absteineat. Vicesimus secundus. Pa-
rentes frāgentes sponsalia filiorū per triē-
nium separētur à cōmunionē, & filij simi-
liter si in culpa sunt. xxxj. q. iij. si quis parē-
tes. Vicesimus tertius. Qui ducit illam ad
matrimoniuū quam prius polluit per adul-
terium quinq; annis pœniteat. xxxj. q. j.
si qua vi. Vicesimus quartus. Blasphemās
debet per septē hebdomadas agere pœni-
tentiam secundū formā quæ traditur de
maledicis. ca. statuimus. Vicesimus quin-
tus. Sacerdos denudās cōfessionem alieni-
ius verbo vel facto vel signo. & c. de quo in-
fra dicetur. & habetur de pœni. dist. vj. fa-

cerdos. Vicesimus sextus. Periurus si liber
est. xl. diebus per septem annos in pane &
aqua pœniteat. Si seruus tribus annis. xxij.
q. v. qui compulsus. Vicesimus septimus.
Qui periurat in manus episcopi per tres
annos pœniteat. Qui vero in manu cōse-
crata: vno anno pœniteat. Qui vero co-
acte nesciēs esse tam graue peccatum tri-
bus quadragesimis pœniteat: hoc est tri-
bus annis, quolibet anno quadraginta dies.
xxij. q. v. qui compulsus. Sed qui scienter
iurat vel aliū iurare permittit. xl. dies pœ-
niteat in pane & aqua: & septem sequētes
annos & similiter consocij sui. xxij. q. v. si
quis periurauerit. & c. si quis cōuictus. Vi-
cesimus octauus. Discrepans à consuetudi-
ne metropolitanæ Ecclesiæ in horis cano-
nicis septem mēsis communionē priue-
tur: si ex contemptu hoc faciat. dist. xij. c.
de his. Vicesimus nonus. Sortilegus. xl. die-
bus pœniteat. de sortilegijs. c. j. & c. extua-
rum. Qui autem aspicit astrolabium vno
pœniteat anno ibidē. Tricesimus. Interfe-
ctor presbyteri. xij. annis pœniteat. vt. ca.
ij. de pœni. & re. Tricesimus primus: incen-
dens domū totum dānum restituat, & tri-
bus annis pœniteat. eo. ti. cap. ij. de iniurijs
& dam. dato. ca. si quis domū. Tricesimus
secundus. Communicās hæreticū nescien-
ter: annū pœniteat. Scienter. v. annis. Per-
mittens autem hæreticū cantare nescien-
ter missam: quadraginta diebus. Si autem
in submersionē fidei tanq̄ hæreticus dam-
natur: nisi decem annis pœniteat. Si quis
recessit ab ecclesia ad hæreticos fugiēs. xij.
annis pœniteat secundū formā. xxiiij. q. j.

Si quis dederit. Tricesimus tertius. Qui ne scienter cognoscit duas sorores, vel matrē vel filiam, vel amitam & neptem: septem annis poeniteat. Si scienter perpetuo carebit cōiugio. xxxij. q. vnica. si quis. Tricesimus quartus cū bruto coiēs plusq̄ septem annis poeniteat. & itē pro incestu. xxxiiij. q. ij. hoc ipsum. & c. sequenti. Tricesimus quintus. Patronus res Ecclesiæ dilapidans vno anno poeniteat. xvj. q. vij. filius. Tricesimus sextus. Qui iurat pacem non facere cum proximo: vno anno poeniteat, & ad pacem redeat. xxij. q. liij. Qui sacramēto. Tricesimus septimus. Bis baptizat⁹ vel bis cōfirmatus: septem annis poeniteat, quartā & vj. feriā in pane & aqua ieiunet, & cogetur fieri regularis. de conse. dist. iij. qui bis. & ca. dictum est. Sunt plures alij casus qui apud nos non currunt. Et ideo de illis nihil posui. Hi autem intelligendi sunt de poenitētia publica & pro peccato publico. Circa quod sciēdum q̄ licet illa poenitētia sit taxata à canonibus pro manifestis peccatis: ita q̄ nullo modo licet aliam imponere vel variare: tamen episcopus de his dispēsare potest ex causa rationabili in speētis circūstantijs personarum. vt dicit Leo papa. Plenitudinis tempora constituenda sunt tuo iudicio secundum q̄ prospexeris animos confitentium esse deuotos. xxvj. q. vij. tempora. & c. si hoc. Idem dicit Hieronymus de poeni. dist. j. mensura. Et ideo dico de occultis peccatis quę pertinent ad simplices sacerdotes q̄ vbicunq; inueniāt taxatam poenitētiā per canones nō mutant eam sine causa: ita tamen q̄ non pro-

dant per eam peccatorem. secundum hoc intellige illud quod communiter dicitur, sed male intelligitur: q̄ poenitētiæ sunt arbitrariæ. de poeni. & de re. deus qui. & de sortilegijs, ca. ij. glo. ij. vbi dicitur q̄ poenitētiæ tēpus arbitrariū est. quod intelligit glosa. vltra illud quod iam ius taxat, & si ius taxauit vnū annum poenitētiæ & delictum exigit plus, hoc est ad sacerdotis arbitrium cōcessum. Idem dicitur de cle. ex communi. latores. Et dixi notanter q̄ sine causa nō debet per quēcunq; sacerdotem mutari poenitētia taxata: quia ex causa potest bene moderari per simplicē sacerdotem qui dispensare potest contra canones taxantes talem poenitētiā. vt de iudicijs. at si clerici. in glo. super verbo de adulterijs: vt ibidem notāt doctores. Pro isto tamen sciēdum q̄ hodie multi sumserūt occasionem erroris ex isto dicto quo dicitur poenitētiæ sunt arbitrarię: & secundū arbitrium sacerdotis imponendę. Et ideo pro meliori istius dicti intelligētia aduertendum est: q̄ sicut dicit sanctus Tho. super. iij. dist. xix. q. iij. ar. iij. Si quis præter motum principalis agētis vti sua potestate præsumperit, non cōsequitur effectum. secundū Dio. & propterea talis ab ordine & officio diuino auerteretur, & culpā incurreret. verbi gratia. si minister medicinaliter adhiberet aliam medicinā ægrotō q̄ præcepit medicus: grauitèr talis offenderet medicum, & etiā ægrotū. Et quia poenitētiæ satisfactoriæ sunt medicinæ pro peccatis infligendę. Vnde sicut medicinæ in arte determinatę nō omnibus compe-

DE SACRAMENTO.

tunt, sed variandę sunt secūdum arbitriū medici, nō propriam voluntatem sequentis, sed artē medicinę, ita poenę satisfactoriæ determinate in canone nō competūt omnibus, sed variandę sunt secūdū arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum. hęc Tho. Vide ergo quicumq; iudicis secūdum caput tuum iniungēdo poenitētiā non taxatis debitis circumstantijs, quia in magno periculo es decipiens te & confitentē si arbitraris aliter poenitentiā q̄ spiritus sanctus eam dictauit illi cōfidentimponēdam. Vnde dicit sanctus Tho. dist. xx. q. ij. ar. ij. q. qualitercunq; habeat se sacerdos, vel diuertat se in officio sacrorū: nihilominus peccator permanet reus ad quātitatem eiuldē poenę. Et ideo si eā hic non explet, exigetur ab eo in purgatorio. Sacerdos tamē discretus vt dicit idē poenā imponens minorem etiam ex industria plus prodest confitenti q̄ nocet, quia forte à magnitudine poenę posset à poenitētia agenda impediri, quia diuinus amor qui in eo incipit & paulatim confortatur, excitabit eum postea spōte & propria voluntate ad plura opera misericordiæ q̄ sacerdos imposuit. Sed circa hoc sit sacerdos cautus vt tunc hoc faciat: quādo pręsumit de confitente vt hoc faciat. Videat ergo sacerdos & caute prospiciat: quōd vbiunq; poena à iure expressa est non obmittat eā imponere, nisi necessitas vel alia causa rationalis aliud suaderet: vbi autē non est poena à iure imposita & expressa ibi arbitrio suo eam statuet secūdum q̄ viderit expedire: nā ex causa potest eam aggraua

re vel mitigare. vt dicit glos. de poenitent. dist. j. mēsuram. Ad idē facit Archi. l. dist. de his. Sed forte quæreres quid si nunq̄ arbitratus est, & minorē poenam imponat q̄ debeat, nunquid ille cōfites securus est, vel an residuū exigetur ab eo in purgatorio? Ad quod respōdeo secūdū glo. iij. de poeni. dist. j. mensura. q̄ est eius ordinarius iudex siue sacerdos parrochialis. & facit hoc animo dispēfandi, sufficit illa poenitentia parua vel modica ad delendū peccatū. Si autem per errorē est imposita & tamē ab illo poenitēte credebatur peritus, sufficit illa minor poenitētia ad peccatū delendum, dum modo poenitēs qui eam recipit maiorē suscipere est paratus si sibi imponeretur. de poeni. dist. j. Quē poenitentia ver. sed qui. Si autē credebat eum imperitū, in culpa est poenitens aut cōfites, quia peritiorem nō requisit. Et hoc est contra illos qui impetrāt licētiam confitendi alibi à suis plebanis, & confitentur imperitis sacerdotib⁹ vel monachis ad hoc electis nec approbatis, & tales se decipiūt. Nam dicit August. de poeni. Qui vult confiteri peccata sua vt inueniat gratiā, quærat sacerdotem scientē ligare & soluere, ne cū negligēs circa se sit negligatur ab illo qui eū misericorditer monet & petit: ne ambo in foueam cadant, quoniā stultus errare voluit. & subdit. Qui ergo confiteri vult omnino confiteatur meliori & discretiori sacerdoti quem inuenire potest. Audiatur autem vnusquisq; cōfessor taliter qualiter sibi placuerit poenitentiam imponens quid sibi dicatur per beatum Hierony. & po-

nuntur hæc verba. xxiiij. q. j. non afferamus. vbi dicitur. Non afferamus stateras dolosas vbi appedamus quod volumus dicentes. Hoc graue est, hoc leue: sed afferamus diuinam stateram ex scripturis sanctis tanq̄ de thesauris dominicis: & illa quid sit grauius attedamus. hæc Hieronymus. Ex quibus verbis vides q̄ illę poenitentię quę imponuntur erroneę & aliter q̄ sint impostę in iure dicuntur dolose & temerarie: hoc est quod dicit Grego. de poeni. dist. v. falsas poenitentijs. vbi dicit. Falsas poenitentijs esse dicemus quę nõ secundum auctoritatẽ sanctorum patrũ pro qualitate criminum imponuntur. Vnde dicit glos. q̄ si certa poena statuitur: & tamẽ minor imponitur falsa est poenitentia, nisi ex causa tẽperetur. vt dicitur. xxvj. q. vij. tẽpora. vbi dicit Leo papa q̄ tẽpora poenitentię habita moderatione constituenda sunt iudicio sacerdotis prout confessores poenitentium animos prospexerint esse deuotos. Hoc est quod concludunt doctores finaliter q̄ tũc tatum ex causa, scilicet necessaria poenitentię eodem modo quo dictum est arbitrarię possunt dici, scilicet cõsideratis circumstantijs personarum, tẽporum, locorũ, ætatũ, qualitatum criminis & aliorũ. pro vt dicitur de poeni. dist. v. cõsideret. Circũstantię autẽ illę notatur in illo versu. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quãdo. Hoc est dicere quod licet pro aliquo crimine à iure taxatur poenitentia septenis: si tamen sacerdos videt personam pauperẽ debilem vel nimis senẽ, vel nimis iuuenem, vel multũ nobilem, vel locũ in

quo moratur sicut castrum vel curiã principis nõ esse aptum ad poenitentiam agendam sic à iure expressam, vel videt tempus non esse cõueniens propter nimios labores tũc instantes. In his casibus potest confessor moderare poenitentiam in toto vel in parte. pro vt notatur in glo. xxiiij. q. iiij. si is. Et hoc intellige quãdo cõtritum sufficienter viderit peccatorẽ. Sed diceres. tamẽ Grego. in omil. dicit & ponitur in. ca. predicto. Si is prælatus dominico debitori culpas impune dimittit: non mediocriter profecto offendit: qui debita cœlestis regis & domini sua præsumptione resoluit. Similiter. j. glos. xxvj. q. vij. hoc sit positũ. dicit q̄ non potest sacerdos totũ dimittere sine aliqua poenitentia. Et idem de poeni. dist. j. c. mēsurā. & c. si peccatũ. & xxvj. q. vij. tempora. & xv. q. vij. hi qui. Tu dic q̄ omnia illa loquuntur de illo qui non est contritus sufficienter pro vt requiritur secundum qualitatem peccatorũ. vel de illo qui potest agere poenitentiam commode. Talibus enim sacerdos ex toto nõ potest dimittere & grauiter peccaret remittens, quia sic se oneraret peccatis alienis.

¶ DE RESTITVTIONE
ablatorum in satisfactiõne.

Requiritur quia dicit sanctus Tho. restitutio male ablatorum licet nõ sit satisfactio nec pars eius. est tamẽ præambulum ad satisfactiõnem, quia non est aliud nisi cessare ab offensa: ideo de ipsa aliqua subiungam. Sciendum autẽ quod homo nec Deo satisfacere, nec recõciliari potest

DE SACRAMENTO.

qui rem detinet alienā. Ideo ante omnia qui alienū recipit & detinet si vult digne poenitere: primo debet omnia illa restituere si potest. Si autē non potest, sufficit voluntas restituendi cum tanta restitutione quanta possibilis est secundum conditionē vtriusq; ad arbitriū bonorum. Vnde nota q̄ si quis aufert alicui famam intētionē infamandi eum, tenetur ad restitutionem famæ: dicēdo se falsum dixisse, si falsum dixit. Si vero verū dixit & non seruauit modum fraternæ correctionis: dicat q̄ hoc dixit nō intendens eius bonū. Item ablatio nem virginitatis restituat ad arbitriū bonorum vel si est poena statuta in ciuitate illam soluat. Similiter ad ablationē membri, vel priuationem vitæ alicui fiet restitutio secundum consuetudinē vel statum communitatis: vel terræ. Tenetur etiam satisfacere pueris & vxori interfecti, quia abstulit pueris patrē & vxori maritū qui eos nutrebat. Vnde illud damnum inde proueniēs debet eis tunc restituere secundum statutū. Et quia vt dicit doctor subtilis. xv. dist. q. iij. Ex quo omnia illa vix aliquis potest recompensare condignē: expediret similiter animę cuiuslibet homicide vt solueret per passionem volūtariam, vt scilicet occideretur pro homicidio. Vnde dicit q̄ oportune prouisum est in multis communitatibus vbi est statutū lex talionis in causa homicidij: nec seruatur vt lex Mosayca, sed vt Euāgelica. de qua Matt. xxvj. Omnes qui acceperint gladium gladio peribūt. Item si aliquis alium impedit de præbenda consequenda: si facit animo

lædendi ipsum tenetur ad restitutionem, nō quātum valebat præbenda, quia nondum eandem fuit consecutus, sed pensatis cōditionibus vtriusq; ad arbitrium bonorū: nam si fecit quia indignus erat ille quē impediēbat, vel vt de meliori prouideretur, iuste fecit nec teneretur restituere. Non solum autē qui accipit, sed etiā qui fauet accipiēti tenetur ad restitutionē vt illi qui nouē peccatis alienis consentiunt. Nam qui iuuat facere, tenetur ad restitutionē totius. Similiter qui consulit facere: ita q̄ sine eius consilio non fuisset factum, totum restituat, alias restituat quantum nocuit per se. Similiter adulator laudans raptorem quare ipse rapit, alias nō rapturus, tenetur in solidum, id est in toto sicut principalis. Similiter participās in crimine furti vel rapinę tenetur in solidū sicut principalis. Similiter participās in re furata vel rapta tenetur restituere eam, & etiā qui eam sciēter emit vel recipit. Similiter qui videt furtum fieri & tacet cum ex officio teneatur illud reuelare, tenetur ad restitutionem, alias non. Similiter qui nō prohibet cum tamen teneatur ex officio. Similiter qui scit rem vbi iacet & non vult reuelare, si tamen principalis satisfecit alicui, non tenetur. Secundum Ray. & secundum Tho. ij. q. lxxij. arti. v. Cum autē spoliati ignorantur, tunc distribuuntur res in pios vsus pro pauperibus illius loci vbi rapina est facta, vel pro ecclesijs eiusdem loci, & hoc si nō apparet heres suus, quia si appareret, illi fiet restitutio. Si etiam sit absens cui fieri debet restitutio debet ei trāsmitti

si commode fieri potest, alioquin in locoto debet reponi & conseruari pro cosecundum Tho. vbi supra.

¶ CAUTELE EX PARTE
confitentis seruandæ.

Primo caueat confitens ne diuidat confessionē, vt puta dicēdo vnā partē peccatorū corā vno sacerdote, & aliam corā alio, sed integraliter cōfiteatur oīa vni. de poeni. dist. v. ca. j. Nam alias cōfessio esset falsa & ficta: & in ea nihil dimittitur. Iuxta illud. Larga Dei pietas, veniā non dimidiabit, aut totū aut nihil propiciādo dabit: si tamen confitens quis coram vno sacerdote nō recordabatur aliqua peccata, quæ postea reducens memoriæ vadit & confitetur coram alio, nō est diuisio confessionis: nec oportet vt reiteret cōfessionem prius factam sed dicat in generali q̄ cum alia multa sit cōfessus hoc fuit oblitus. Ita dicit sanctus Tho. in. iij. dist. xvij. q. xiiij. argu. iij. Multi autē indiscrete arguūt alios q̄ tunc nec isti nec illi confitētur. quod fieri omnino non debet. Nam si corā pluribus confitētes sic faciant eo proposito vt multiplicēt eis intercessores & oratores ad Deum: aut se corā pluribus confitētes eadē peccata vt maiorem ruborem habeant commēdabiles sunt. Vtile nāq; est taliter confiteri pluribus propter maiorem verecūdiam habendam quæ est maxima pars satisfactionis. Et potest esse tam frequēs cōfessio q̄ etiā tota pœna tollerētur. Nam dicit sanctus Tho. dist. xvij. q. iij. argu. iij. q̄ per absolu-

tionem sacerdotis non solum culpa dimittitur: sed etiam de illa pœna quæ in purgatorio deberetur aliquid dimittitur, vt minus in purgatorio puniatur absolutus decedens ante satisfactionem, q̄ si ante absolutionem decederet: & sic virtute passionis Christi sine præiudicio diuinæ iustitiæ de pœnis singulorum proportionabiliter aliquid dimittitur. Et subdit. Non est incōueniens si per frequētem confessionē etiā tota pœna tollatur: vt peccatum omnino maneat impunitū pro quo pœna Christi satisfecit. Hæc sanctus Tho. vt supra. ar. iij. Vtile est etiam sic confiteri pluribus, quia quilibet confessor tenetur orare pro suis confessis, & eorū memoriā in missa facere saltem generalem. Verū tamen reprehendēdi sunt confitentes: qui tunc ista peccata postea alteri de nouo iterum commissa confitētur verecūdantes priorem confessorem pro eo q̄ iterum eadem prius confessa postea commiserint. Vnde inducēdi sunt ne hoc faciāt, quia cōfessor nouit eorū fragilitatē: vnde nō debet imputare. Secūdo caueat cōfiteus ne mentiat. ne scilicet plus dicat q̄ res se habet vel minus: quia secundum sanctum Augu. & sanctū Tho. si non est peccator mētiendo fit peccator. xxij. q. ij. cum humilitatis causa. Et hoc multū arguit illos qui causa humilitatis de se plus fingūt, vel causa hypocrisis minus dicūt. Tertio caueat confitēs ne aliquid obmittat, licet nō dubitet illud esse peccatum mortale, sed dicat cōfessori totum querēdo an sit peccatum mortale: alias peccaret mortaliter obmittendo in

DE SACRAMENTO.

tali dubitatione confiteri. Quarto caueat ne obmittat iterare confessionem si confessus fuit sacerdoti qui eum absolueri non potuit, vel si potuit nesciuit discernere: vel si confessio non fuit integra, vt quia tacuit aliquod peccatum mortale, vel neglexit aut oblitus est satisfactionem iniunctam in poenitentia. Similiter si confessus est sine contritione, puta habendo propositum in idem peccatum reuertendi. In his enim casibus tenetur reiterare confessionem secundum Petrum. Sed an recidians tenetur confiteri peccata priora. Tho. m. iij. dist. xxij. q. iij. dicit qd directe non tenetur nec in generali nec in speciali, sed bene indirecte, scilicet tanquam illud sine quo sciri non potest debitus modus satisfactionis. vnde tenetur confiteri & notificare peccata dimissa quantum sufficit vt sciatur quae satisfactio sit ei imponenda, vt si ipse frequenter lapsum carnis passus est ex aliqua occasione: ita qd occasio per satisfactionem praescindatur, & similiter de alijs peccatis. Quinto caueat confitens ne confiteatur alieno sacerdoti, hoc est non proprio, quia alienus non potest eum absolueri vel ligare. de poeni. & re. omnis. & de poeni. dist. vi. placuit. Licet enim omnes sacerdotes clauis ligandi atq; soluendi accipiant in ordinatione sua: non tamen equaliter laxata est illa potestas ad quoslibet sacerdotes. Et illa potestas ita concessa eis est ligata quantum ad exercitium: ita qd non possunt eam exercere nisi detur eis potestas iurisdictionis ordinaria vel delegata ab episcopo vel a sede apostolica secundum Ioan. an. m. c. omnis. Potest autem proprius

sacerdos quadrupliciter accipi. Vno modo qd eo qui praest parochiae: vt plebanus qui habet potestatem sed modo inferiori. Alio modo qui praest modo superiori. & sic episcopus est proprius sacerdos omni homini suae dioecesis & immediatus. vt in ca. cum episcopus. de offi. or. lib. vj. & in. c. vlt. de offi. Archi. secundum Host. Vel qui praest modo principalissimo. vt papa. nam papa est proprius sacerdos omnium christianorum: & habet plenitudinem potestatis. de aucte. & vsu pal. ad honore. & de foro compe. c. vlt. & ix. q. cuncta per mundum. Tertio proprius sacerdos dicitur habens iurisdictionem delegatam ab aliquo praedictorum: vel a legato papae. de offi. lega. cap. j. Quarto habens iurisdictionem a communi confessione vel permissione iuris: & sic proprii sunt illi quos episcopi & abbates exempti eligunt in confessores. vt de poe. & re. ne pro dilatione. Sic etiam in articulo mortis quilibet est proprius sacerdos illi quem audit, si proprium habere non potest. xxvj. q. vj. presbyter. & c. sequenti. Hoc etiam modo vagabundorum hominum est quilibet proprius sacerdos ad quem deueniunt. Similiter proprius sacerdos peregrinorum est ad quemcunq; deueniunt: concordat Ioan. an. Innocen. Hosti. frater Ioannes. Henricus. Ioan. de lignano. de poenite. & re. omnis. Sciendum tamen circa praedicta qd episcopus potest committere audientiam confessionis fratribus praedicatoribus vel minoribus per ipsum electis & probatis. sed illi non habent auctoritatem totalem sicut plebani: nisi eis specialiter committatur. vt no-

tatur de sepulturis. dudum in cle. Neccō-
fessus talibus tenetur iterū confiteri pro-
prio sacerdoti, vt quidam erronee putant
quorum auctōr fuit Ioānes de pollicratis:
quem reprobauit Ioan. xxij. in quadam
extrauaganti quæ incipit. Vas electionis.
Sciēdum etiam circa prædicta q̄ quis po-
test confiteri alteri & non proprio sacer-
doti in pluribus casibus. Primo si subditus
scit proprium plebanū hæreticum aut fo-
licitatorē ad malum, aut fragilem ad pec-
catum, aut ad reuelandum pronum, & ge-
neraliter vbicunq; confitens probabiliter
timet sibi vel sacerdoti periculū: tūc enim
debet cōcurrere ad superiorem & petere
licētiam alteri cōfitendi. hæc Tho. in. iij.
dist. xvij. Host. etiam numerat octo casus.
Primus est quando proprius sacerdos est
omnino indiscretus. de poeni. dist. vj. c. iij.
placuit. sed in hoc subditus debet petere li-
cētiam à sacerdote proprio, quā si nō vult
dare petat ab episcopo. Secundus quando
parrochianus trāstulit domicilium ad aliā
parrochiam. Tertius quādo quis est vaga-
bundus. Quartus quādo quis quærit do-
micilium quo se cōferat: nec dum quieta-
tus est aut limitatus ad vnū locum. Quin-
tus cum quis deliquit in aliena parrochia
& cōmisit rapinam. tūc enim ibi punitur.
de rap. c. j. & hoc si est publicum: ita q̄ pro
eo esset excommunicatus à prelato ipsius
loci. alias si esset occultum, potest absolui
à proprio sacerdote: vbicunq; furtum vel
rapinam acceperit. Sextus ratione studij,
vt cum clerici accedunt de licentia præla-
torum ad studium. Septimus tēpore ne-

cessitatis, vt quia infirmatur ad mortē vel
debet intrare bellum vel mare. Octauus
si non ponat spem in peritiam proprii sa-
cerdotis: sed hoc vltimum cōmuniter nō
tenetur. In talibus enim casibus vbi quis
cōfitetur alieno: debet ei iniungi vt se pro-
prio sacerdoti, nec proprius sacerdos de-
bet ei credere, nec diceret se esse absolutū
ab aliqua excommunicatione, quia tunc
nō tenetur credere sine literis absolutio-
nis. Ego tamen consulo secundū Richar.
in. iij. dist. xvij. q. j. arti. iij. quòd sine cau-
sa multum necessaria vel legitima nō que-
rat quis alium sacerdotem præter propriū
sicut multi consueuerunt facere dubitan-
tes temere de vita priorum sacerdo-
tum, & dicentes quòd non confitentur il-
li inebriatio, sed quærunť alienum contra
statutum Ecclesiæ. Sed si aliter discretior
non potest haberi vel prelatus nō vult da-
re licentiam subdito confitendi præter se
quid erit agēdum? Dicit Richar. q̄ in tali
casu propter bonum obediētiæ facit ma-
gis subditus vtilitatem animæ suæ cōfiten-
do proprio sacerdoti minus bono dum ta-
men sit sufficiens q̄ confitēdo alteri melio-
ri; & dico de minus bono: nō de minus di-
creto, quia alias semper querendus esset
minus discretus: quod non est verum, sed
semper querendus est magis discretus si po-
test haberi. Non excusatur subditus in di-
creto plebano confitēs si eum male iudi-
cat, quia nō tenetur cæcus cæcum ducere,
ne ambo in foueam cadant. Et nota quòd
in casu quo quis veniens de aliena parro-
chia, caueat imperitiam proprii sacerdotis

DE SACRAMENTO.

petens audiri confessionem suam per alie-
num plebanum: dicens se habere licentiam
à proprio sacerdote, nunquid tenetur ei
credere ille quem petit pro audienda con-
fessione. Respondeo q̄ sic: prout notauit
Ioannes and. in glo. iij. ca. j. de privilegijs.
in cle. pro quo allegauit de poeni. dist. vj.
Placuit. quia non est immemor presumē-
tus sue salutis. j. q. vij. Scimus. & de homi-
cidio. Significasti. Potest autem hanc licē-
tiam parochialis dare etiam si nondum
habet ordinem sacerdotij aut eius vicarij
vices suas gerens vt dicit Ioannes and. in
v. glo. ibidem.

DE CAUTELIS SERVANDIS ex parte confessoris.

Primo caueat cōfessor ne suū parro-
chianū habētē casum episcopi non
dum expeditū in quo tempore nō potest
dispensare aliquo modō audeat absolue-
re ad cautelam: sicut multi quidā confue-
uerunt facere, qui nō confessores, sed de-
ceptores potius appellādi sunt & confuso-
res, qui cum nō possunt absolvere in casi-
bus episcopi dicūt parrochiano. Ecce ego
te absoluo ab isto peccato ad cautelam vt
possis istis diebus communicare, ne de te
scandalum oriatur si non communicares
isto festo pasche. Tu autem post ista festa
accedēs auctoritatem episcopi confiteberis
de isto peccato. O non sic impiē nō sic,
ne decipias te & ipsum. Sic enim facias &
dicas. O bone fili: ego nō habeo in isto ca-
su auctoritatē. ergo accedas statim ad epi-
scopum vel eius auctoritatem habentem:

nec te prius procures sacramento eucha-
ristiæ nisi fueris absolutus. Si enim nō pos-
ses accedere episcopum ante ista festa, nul-
lo modo accedas. Et si aliqui de te suspi-
cantur dicentes. Iste nō gratis non com-
municauit istis festis, vel si à te quærat vici-
nus tuus, quare non es communicatus in
isto festo? dicas, q̄ hoc feci de consilio sa-
cerdotis mei vel confessoris, vel, quia gra-
ues habeo inimicitias cum hostibus qui-
busdam quos nondum euasi. Et verum di-
xit, quia habet inimicitias cum diabolo, &
eius laqueos dirumpere, & ipsum expu-
gnare de corde suo non valet, nec in hoc
mētitur. Non tamen dicat in hoc: habeo
inimicitias cū quibusdam hominibus, sed
cum quibusdā hostibus: nisi etiam habe-
ret inimicitias cū hominibus. Sacerdos au-
tem hoc casu quādo subditus cōfitetur si
bi totaliter inueniens casum episcopi inter
alios ad aucter absoluat ab illis & iniūgat
pœnitētiam pro illis quæ sunt de auctori-
tate sua. casum vero reseruatū remittat
ad episcopū. Non sicut quidam faciūt, qui
postq̄ audiunt in cōfessione casum episco-
pi, statim dicūt confitenti. Vade non ha-
beo tecū quicq̄ disponere nisi accedas ad
episcopum. Et tales exponūt personas hu-
iusmodi magno periculo, quia sepe cōtin-
git q̄ tales oblitī fuerunt de peccatis prius
cōfessis. Verum tamen si sacerdos inuenit
confitentē excōmunicatum à iure vel ab
homine. Vel si forte dicat confitēs. Bone
pater ego semel percussi clericū ordinatū
ex ira. vel sum in excōmunicatione ma-
iori: tunc statim sacerdos non audiat eius

confessionem, nec absoluat eū ab aliquo etiā minimo peccato donec fuerit per superiorem à sentētia excommunicationis absolutus & se docuerit per literas absolutum: secundum Tho. in. iij. dist. xvij. Secundo caueat sacerdos ne aliquo modo reuellet, vel probat cōfessionem signo nutu vel facto: sed omnino debet celare exterius sicut Deus tegit interius. Per hoc enim ut dicit Tho. in. iij. dist. xxj. homines magis attrahunt & simplicius confitētur. Si autem periculum immineret, & hoc solum sciret per confessionem ut quia scit aliquē hæreticū: similiter scit incendiarium, non propter hoc debet reuelare eos sed potius monere debet tales ut desistant, & prælato dicere quod vigilet super gregē sine omni reuelatione confessionis. Si etiam sacerdos cōpelleretur ad dicēdum per episcopū talis bene potest dicere. Reuerēde pater, ego nihil scio, intelligendo ut homo, quia scit ut Deus. Non solum autem caueat reuelare illa quæ cadunt sub confessione sacramentali ut peccata, sed etiā alia gesta & facta per quæ posset quis depræhēdi peccator: immo etiā illa quæ omnino non pertinent ad cōfessionem. Et idē dico si aliqua dicūtur alicui non per modū cōfessionis, quia forte nō fit absolutio nec poenitētiæ iniunctio: sed tamen fit sub specie confessionis. Nam in tali casu licet nō claudatur tale dictum sigillo confessionis secundum Tho. in compendio. tamen talia omnino sunt seruāda ex honestate, ac si in confessione suscepta fuissent. secundū Tho. in. iij. dist. xxj. Si autem sacerdos scit peccatum

præter confessionē potest illud dicere, sed non debet dicere quod sciat hoc ex cōfessione, & nihilominus debet abstinere ab hoc quātum potest propter probitatis cōsuetudinem. Nam sacerdos peccata reuelans quæ scit extra cōfessionem, & sæpius hoc faciens assuescit ex hoc postea etiam reuelare ea quæ sunt in confessione sibi dicta. ideo habeat linguam refrenatā dentibus propter poenam dispositionis & retrusionis in arctum monasteriū ad agēdam poenitētiā. de poeni. & re. omnis. & de poe. dist. vj. sacerdos. Quando ergo vis securus esse cum opus habes de aliquo peccato tibi cōfesso require doctiorem aliquem super consilio dādo non dicas sic. Ecce quædam persona est mihi confessa de ciuitate vel villa: de hoc quid consulitis cum ea facere, sed potius dimittas ut ipsa sola consulat vel quærat auctoritatem. Quod si forte veretur dicas sic. Ecce quidam casus accidit sub hac forma, vel peruenit ad me casualis. quid consulitis super eo? Et licet esset de licentia confitētis quod possit reuelari: ut dicit Tho. vbi supra. hoc tamen fiat sine scādalo, & abstineat ad hoc sacerdos quanto magis potest vbi scandalum timeatur. Ille etiam cui reuelatur de licentia confitētis tenetur illud seruare & celare sicut confessor principalis, nisi daretur sibi licentia à confitente quod ille absolute ac libere faciat, ac si esset publice factum. Caueat autem confessor ne sic reuelando de licentia confitentis dicat narrando: dictū est mihi in confessione hoc: quia in nullo casu debet: nec potest hoc facere quantūcunque

DE SACRAMENTO.

haberet licentiam à cōfiteute, quia ista so-
la verba includunt peccatū mortale, quia
includunt reuelationem huius vt cogniti
eo modo quo nō licet reuelare. secundum
Scotū. Dicit tamen subtilis doctor in. iiii.
dist. xxj. q. ij. q. ad celationē peccati in con-
fessione detecti tenetur homo de lege na-
ture. Iuxta illud. Nō facias alijs. &c. Matt.
vij. Qui quisq; tenetur conseruare samā
alterius sicut propriā, similiter fidelitatem
debet seruare quam bene vult sibi serua-
ri. Item de lege positiua quæ est. De cōfes-
sione aliqua nullus detrahere debet. Talis
etiam dat occasionē fecte confitendi. Ter-
tio caueat sacerdos ne audiat mulierē il-
lam cum qua peccauit, scilicet cōcubinam
vel adulterā suam. Nam licet secundū do-
minum. Archi. xxx. q. j. in. c. omnes. super
glo. ij. talis sacerdos potest tali mulieri in-
iungere poenitētiā cum sit parochiana
eius secundum Hugo. qui hoc notat. iij. q.
vñ. c. vlti. Quidquid tamē est de hoc aliud
ego video, scilicet q. clerici nō debent suis
cōcubinis poenitētiā iniungere, sed ma-
gis eas inducāt vt ab alijs poenitentiā acci-
pant. vt in glo. xxxij. q. ij. placuit. Et hoc
totū est propter honestatē secundum Bar-
tholomeū brixien. & propter ordinē se-
cundum Hugo. Quātum tamen est de iu-
ris rigore si presbyter dat poenitētiā cō-
cubinæ suæ pro delicto commissio valebit
poenitētiā secundum Archi. qui ita notat.
xxxij. q. ij. vbi hoc idē sentit Laurentius
Polonus dicēs cū glof. xxx. q. j. omnes. q.
presbyter oriētalis sicut rutenus vel gre-
cus non audit peccata suę vxoris, quia nec

ipsa libere confitetur si adulterium com-
misit. Ergo in omnibus istis melius est per-
sonas huiusmodi remittere ad superiores,
& ego miror de tātis in hoc difficultatem
faciētibus an presbyter posset audire suæ
concupinæ confessionem. Ego autē video
q. ille casus est episcopalis, vt dictum est su-
pra de casibus episcopalibus. Quarto ca-
ueat sacerdos ne existēs in crimine audiat
cōfessiones aliorū: nam talis grauer peccat.
nam sacerdos bene docēdo populum
& male viuēdo instruit Deum quomodo
eum condēnet. xl. dist. ca. multi. & de pœ.
dist. vi. qui vult. ver. sacerdos. vbi dicit Au-
gustinus. Sacerdos cui omnis offertur pecca-
tor: ante quē statuitur omnis languor, in
nullo eorū sit iudicandus qui in alio est iu-
dicare promptus. Vbi dicit glof. q. peccat
sacerdos in crimine iniungens poeniten-
tiā: & verum est. vt. iij. q. vij. Item in euā-
gelio. vbi dicit glo. q. si in necessitate suus
parochianus petat ab eo poenitētiā, cō-
teratur ipse sacerdos, & statim iniungere
potest: vbi dicit glo. Quando ergo tu sim-
plex sicut & ego legis auctoritates q. non
solsancti existentes soluunt peccatores:
sed etiam mali quandoq; iudicabāt alio-
rum excessus & peccata: sicut Saul cū à do-
mino esset reprobatus populum Dei iudi-
cabat, & eius iudicium vniuersus populus
expectabat. Item David cum esset adul-
ter & homicida: interrogatus à propheta
sententiā in diuitem, dedit qui ouem pau-
peris rapuit dicēs. Filius mortis est vir qui
fecit hoc. ij. Regū. xij. Item Salomon cum
amore muliercularum deos gentilium co-

leret : tamen vniuersa plebs israelitica ad eius iudiciū confluebat. Sic & Achab quis coleret Baal: tamen decem tribus iudicabat. iij. Regū. xxij. Non te decipias quisq; ista leges, quia nihilominus grauitur peccas, licet absolutio quā facis in subditos te neat apud Deum quātū ex officio nō ex iuris merito, quia vbiq; meli⁹ faceres si ex vtroq; absolueres, quia & tibi meriti gratiā mereris, & cōfidenti veniam adauge res. Quinto caueat sacerdos ne audiat sacerdotem sine licētia speciali, vel generali episcopi sui: nisi episcopus sciret vel approbaret tacite vel expresse. Et hoc est contra multos plebanos quorum vnusquisq; audit alium, & præsertim in casibus fornicationū qui sunt casus episcopales, vt multoties clamaui & adhuc clamo more lupi in cœlum & terrā q̄ isti decipiāt se. Sexto caueat confessor ne confitentem qui non vult, vel non potest sufferre onus poenitētiæ, remittat à se vacuum. Caueat etiā ne exigat iuramētum à confitente de peccato illo de quo cōfessus est amplius non faciendi, neq; cōmittendi. Hoc enim reprobatur. xj. q. iij. vbi glo. ij. dicit q̄ ab hæreticis reuertētib⁹, & ab incēdiarijs, vel in horrendis criminibus similibus tantum iuramētum exigitur vt iuret cōfitens de cætero se nunq̄ simile cōmissurum. Et expresse prohibet glo. ibidē hoc nō fieri in quolibet peccato mortali. Ego tamē comperi quosdam sciolos apud se à mulieribus cōiugatis extorsisse iuramētum super fornicationē de cætero non faciendā q̄ quantum periculi sit quilibet aduertere potest.

Quando ergo venit ad te homo qui non vult subire onus poenitētiæ: dicas sibi iuxta tenorem. ca. q̄ quidem. de poeni. & re. Quod si confitetur, sed se dicit abstinere non posse: nihilominus eius cōfessionem audias, & dicas ei, q̄ nō est vera poenitentia talis, sed q̄ disponat se quāto citius potest ad propositum abstinēdi à peccatis huiusmodi. Cum autē habet propositū abstinēdi à peccatis, sed non vult subire onus poenitētiæ tam magnum sicut sua peccata requirūt, dicēdum est ei. Charissime filite debuisti pro istis peccatis poenitētiā agere tātam vel tantam. Sed ex quo non vis sufferre eā scias q̄ exigetur à te in purgatorio, & nihilominus ex quo habes cōtritionem ego te absoluā. In hoc enim casu melius est de misericordia facere rationem q̄ de iustitia. si tamen esset suspectus aliquis de quo præsuntur quod nō faciat q̄ ei præsuntur: dicendū est ei q̄ non faciat hoc, puto q̄ nō restituat talem rem de qua cōfitetur: q̄ carebit fructu confessionis, & iste modus est optimus & securus.

¶ DE POENITENTIIS INFIRMORUM & DECEDENTIUM de hac vita.

¶ Abitis cautelis modis & dispositionibus poenitentium in bona sanitate: videndum est de poenitentijs infirmorum & decedentium de hac vita. Est igitur sciendum q̄ sacerdos circa quēlibet moriturū primo ad eum veniens, ita quærat secundum cōsiliū Anselmi dicēs. Charissime fili habes ne forte intētionem abstinēdi

DE SACRAMENTO.

à peccatis si superuixeris, & de eis satisfaciē
 di: & ille dicat q̄ sic. Itē letarisq̄ in fide chri
 stiana decedis? & ille respōdeat. Etiā. Itē fa
 teris te nō ita bene vixisse sicut debuisses?
 respōdeat fateor. Itē credis q̄ p̄pter te est
 mortuus filius dei viui Iesus Christus? re
 spōdeat. etiā. Itē credis resurrectionē mor
 tuorū? Respōdeat etiā. Tunc hortare in
 firmū dicēs. Age ergo pœnitentiā dum est
 anima in te habendo verā contritionem,
 & in morte Christi veram fiduciam: con
 stitue huic morti te totum cōmitte. Hac
 morte te totū cōtege & inuolue. Et cum
 dominus Deus tuus voluerit te iudicare,
 id est iuxta peccata tua dic. Domine mor
 tem domini nostri Iesu Christi obijcio in
 ter me & iudiciū tuum, aliter tecum non
 cōtendo. Si dixerit Deus q̄ mereris dāna
 tionem: dic. attēdo crucem domini nostri
 Iesu Christi, & nulla merita mea, ipsiusq̄;
 meritum offero pro merito meo modo
 quod ego habere debuissem non habeo.
 Istis sic habitis audiat eius confelsionem:
 qui cum confessus fuerit non est ei impo
 nenda quātitas pœnitētiæ, sed innotescen
 da. xxvj. q. vij. ab infirmis. qui postq̄ cōua
 luerit illam pœnitētiā seruare debet.
 Dicat ergo ei confessor. Bone fili: ecce tu
 pro istis peccatis tātum deberes pati si su
 peruueres. Vnde ex quo iam non potes
 satisfacere pro eis in præsenti vita, doleas
 saltem quātum potes: roga tamē amicos
 ad faciēdum pro te orationes & eleemosy
 nas: si autem conualueris accedas iterū ad
 me, & ego iniungam tibi pœnitētiā sa
 lutarem. Quare autem innotescenda est

pœnitentia taliter decedēti. Archi. in di
 cto. c. ab infirmis. dicit q̄ propter duo, scili
 cet vt sciant amici quā recompensationē
 facere debeāt. & vt iste sciat qualiter pœ
 nitere debeat si superuixerit. Et idem po
 nit verba qualiter tales sunt admonēdi di
 cēs. Talia peccata qualia tu p̄petraſti tot
 annorū à nobis pœnitētiā accipiūt. Sed
 te interim quousq; euāseris forte expecta
 mus: vt tunc tibi congruā pœnitentiā im
 ponam. si autē dominus noster vitę termi
 num tibi dare noluerit per auctoritatem
 Petri & Pauli principis cui datę sunt cla
 ues regni cœlorum: absoluo te à peccatis
 tuis p̄dictis, & sacrificia & preces, nec nō
 elemosinas & ieiunia, nec non & cætera
 opera pietatis quæ pro te fiant tibi pro fu
 tura in redemptionem animæ iudico.

¶ DE QVO MODO SACER
 dos se habere debeat ergo infirmos.

¶ T autem practicam habeat sacer
 dos circa p̄dicta sic procedat, ve
 niens ad infirmū p̄missis istis interroga
 tionibus supradictis, audita cōfessione nō
 iniungendo, sed innotescēdo pœnitētiā
 eo modo quo supra dictū est sic eū absol
 uat. Misereatur tui deus omnipotēs & di
 mittat tibi peccata tua, & perducatur te in
 vitā æternā. Dominus noster Iesus Chri
 stus te absoluat ab omnibus peccatis tuis
 quæ cōmissisti cogitatione, locutione, ope
 re & obmissione, & autoritate domini no
 stri Iesu Christi qua fungor in hac parte
 ego te absoluo ab omnibus sententiis ex
 communicationis minoris & maioris ab

homine vel à canone in te latis, & ab omnibus peccatis tuis Deo & mihi confessis, contritis, aut oblitis: & restituo te in gremium sanctę matris ecclesię & participationi sacramentorum. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Si vero decedens habet Bullam papalem à pœna & à culpa in agone tantum: tunc obseruetur forma bullę & absoluat sic. Et primo tã in isto casu quàm in omnibus supradictis promittat decedens satisfactionē omnibus quibus tenetur: vel à quib⁹ illicite aliquid recepit per vsuras: vel aliter iniuste. Et hoc faciat per se si superuixerit infra certum tempus sibi assignandū: vel per suos heredes: quos tunc obliget: & tunc deinde absoluat promittendo sicut prius. Misereatur tui. &c. & auctoritate domini nostri Iesu Christi & sanctorū Petri & Pauli: & auctoritate dñi. N. papę mihi in hac pte vigore gratię tibi factę cōmissa: ego te absoluo ab omnibus sententijs excommunicationis maioris vel minoris ab hoīe vel à canone in te latis: cōcedo que tibi omnium peccatorum tuorū de quibus contritus es & cōfessus plenam remissionē. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Circa prædicta tamen est sciendū q̄ quilibet sacerdos simplex in mortis articulo habet plenam auctoritatem absoluēdi decedentem ab omnibus excommunicationibus & peccatis: seruata tamē forma ecclesię. Vnde quantūcunq; vnus sit excommunicatus à iure vel ab homine dummodo fuerit in forma ecclesię absolutus sepelietur in cimiterio: nisi ius sibi specialiter denegasset sepulturam & inhibuif

set: vt patet de torneamentis per totum. & sic de alijs. Forma autē ecclesię circa istos seruanda est hæc. Primo si est excommunicatus per cōtumaciam promittat stare & parere iuri: si autem est excommunicatus pro debito, promittat quòd quam cito conualeat satisfaciat creditori: siue sint vsura, siue rapinę, siue spolia, siue quodcūque aliquod debitum. Quod si contingerit eū decedere: tunc ponat heredes suos vel alios: habentes ibi bonos fideiussores suos qui pro ipso satisfaciant cum effectu & hoc ipsi fideiussores debent facere & promittere antequam absoluat. Dicendum est etiā ei quòd si superuixerit: & infra tempus sibi assignatum postquam conualuerit nō satisfecerit, reincident in sententiam eandē excommunicationis. vt in. c. eos qui. de sen. excomuni. li. vj. Si autem esset pauper qui nō posset facere vel habere fideiussores, saltem promittat q̄ postquam ad pinguiorē fortunam veniet vult satisfacere: & sufficit. de solutionibus. Odoardus. Omnibus autem præmissis sacerdos coram testibus potest eum sepelire in cimiterio vel in ecclesia eo modo quo dictum est supra. Vnde sic dicit Grego. papa. ix. ca. vel de sepul. cuiuslibet curato. Parrochiano tuo qui excommunicatus est pro manifestis excessibus: videlicet pro homicidio: incendio: violenta manuū iniectione in personas ecclesiasticas: vel ecclesiarum violatione vel incestu: dum ageret in extremis per presbyterum suum iuxta formam ecclesię absolutus non debet cimiterium & alia ecclesiastica suffragia denegari: sed eius heredes

DE SACRAMENTO.

& propinqui ad quos bona peruenerunt ipsius: ut pro eodem satisfaciant cēsurā ecclesiastica sunt compellendi. Hæc ibi. Et quia multi dubitāt utrum taliter absoluti in agone postea debent absolui per iudicē superiorem ex quo fuerunt excommunicati: est sciendum quòd si prædicti infirmi conualescunt & faciunt ea quæ eis iniunguntur non debent ulterius quærere ulteriorem absolutionē ab aliquo iudice à quo fuerunt excommunicati: sed contenti erūt absolutione simplicis sacerdotis per quem fuerūt in agone absoluti: alias enim ad quid valeret illa forma circa eos obseruata. Illa enim absolutio circa eos facta dū tradebatur in agone: licet non decesserit est valida in tantum ac si per illum iudicē per quem fuerunt excommunicati fuisset facta: quia in tali articulo quilibet sacerdos est Papa. de poeni. distin. j. quem poenitet. & de senten. excommunic. non dubites. & eo. ti. eos qui. lib. vj. Sciat autem sacerdos qui absoluit usurarium vel raptorem vel incendiarium: sacrilegum: homicidam: percussorē clericum: vel similem: in agone sine forma suprædicta: puta nō accepta ab eo promissione vel cautione fidei iussoria sufficienti: quòd ipse solus soluat illos quos negocium tangit. Tenetur enim ex quo non satisfecit formæ statuti ab ecclesia & illis subtraxit personam cōtra quam testabat eis actio. Ad hoc facit clemen. eos qui de sepultu. in fi. nec puta ipsum absolutum fuisse quo ad actionem: quia ecclesia non habebit eum pro absoluto nisi alias sacerdos satisfaceret pro eo.

¶ REGVLAE QVIBVS PECCATA MORTALIA ATQVE VENIALIA SUNT COGNOSCENDA.



PX prædictis modis cōgruis quibus se confessores circa audientias confessiones regere debent utile iudicauit confessoribus occasionē dare aliquam cognoscendi: & si non certitudinaliter, cōiecturatiue tamē peccata mortalia & venialia. Pro quo primo est sciendum quòd peccatū mortale sic diffinitur: est commissio siue obmissio voluntaria recte rationi cōtraria: ratione cuius & de perse perditur gratia. Vnde ex hoc non plus accipe, nisi quòd peccatum mortale est cōuersio inordinata per delectationē ad creaturam supra Deum vel æquali cum deo. Veniale autem fit per delectationem in creatura citra Deum vel sub deo. Et dicitur mortale quasi magis dignum morte: quia infert mortem culpæ & aufert vitam gratiæ. Veniale autē quia venia dignum: & committitur veniale ex impotētia & inaduertētia & ignorātia. & cū nullū istorū procedat ex malo pposito siue malitia: ergo dicitur venia dignū. Ponam igitur aliquas regulas de notitia peccatorum mortalium. Prima est quando cunque homo pferat creaturam creatori: ut puta magis ei intendendo: sibi plus credendo: de ipsa plus cōfitendo quàm de Deo: aut ei maiorem honorem exhibēdo quàm deo: similiter ei plus placendo quàm deo: & mandatis eius promptius obediendo aut ei subijciendo: aut difficiliora p ea quàm pro deo sustinēdo: plus in ea quàm in deo delectā-

do: aut pro ea diuina mādata transgrediēdo aut in ea sufficientiam suam ponendo: tunc semper sumitur mortale peccatum. Ex hoc collige hoc notabile dictū q̄ quādo amor vel affectio ad creaturam: siue ad se siue ad alium tantum crescit in homine: vel est tam magna quòd in ea cōstituitur vltimus finis: sic quòd aliquis nec actu nec habitu ordinat illam creaturā nec eius dilectionem: aut etiam seipsum secūndum deum: sed vellet cum tali creatura contēdari, & non curat Deū offendere: aut praecepta eius transgredi propter illam creaturam: vel nō curaret de beatitudine dū modo possit hic manere cū tali creatura: omnia sunt mortalia: quia includunt contemptum Dei: licet non formalem tamē interpretatiuū: & est fruitio creaturæ quæ praeponitur deo. Hoc est contra illos turīeses quī amore amasiarum suarum debachati dicunt. O si tecū possem in perpetuū manere nō curarem si deus in coelo resideret & me hic tecum dimitteret. O miser omnium miserorū infelicissime: qui non gustasti quā suavis est dominus sperātibus in se: & quanta preparauit diligentibus se. Si tamen aliquis diligit creaturā plus quā debet: sed tamē propter hoc deum nollet offendere: aut eius amicitiam perdere nec trāsgredi eius praeceptum: aut eū propter hoc deserere: tunc non oportet q̄ sit mortale. Secunda regula quando aliquid committitur contra dilectionem dei vel proximi notabiliter, tunc est mortale. Illud autē est contra dilectionem dei: & quod violatur amicitia inter Deum & hominem: vt

cum fit aliquid contra eius prohibitionē, vel quod sibi displicet. Illud vero fit cōtra dilectionē proximi quod homo facit proximo: & tamen sibi nollet hoc fieri: iuxta illud. Nō facias alijs. &c. & quod tibi ratio nabiliter: & ex debito vis fieri. &c. Et potest etiam attendi penes scandalum actiuum q̄ ego infero proximo meo per mala exempla. Sed quantū importat contra dilectionem: vel quantum fit illud scandalum ad hoc quòd sit mortale non praeise determinatum est: quia in modico facere contra proximum aut in paruo scādalizare, nō est mortale. Vnde quilibet attēdat seipsum quid sibi vellet fieri: & qd sibi nollet fieri: & per quod factum & nō factum inter se & proximū amicitia quam simul habent absolueret. Tertia regula quādo aliquis committit vel obmittit cōtra praeceptū dei vel ecclesiae vel legis naturæ: vel superiorum: & praeferim si sunt praecepta de necessitate salutis: vel facit contra votū publicū vel contra iuramētum licitum: tale est mortale. Quarta regula quando aliquid fit vel obmittitur cōtra cōscientiam verē vel falsē dictantē aliquid esse mortale vel cōtra cōsciētiam formidātem probabiliter & dubitatiue an sit mortale: si cōscientia nō sit sufficienter instructa. Quinta regula est de actibus intus monentibus quando quidē quis habet solam cogitationē de aliquo quantūcūq; turpē vel malam absq; tamē complacentia seu delectatione vel sensu: tunc nunquā est mortale: sed vel veniale vel nullum. Quando vero est cōsensus in actum qui esset peccatū

DE SACRAMENTO.

mortale: tunc semper est mortale: quia deus voluntatem pro facto acceptat. Quando autem cum cogitatione aut complacentia est delectatio morosa in aliquo turpi & specialiter in libidinis: tunc est mortale secundum dictum Augusti. esto quod non sit consensus in actum: sed in solam morosam delectationem. & hoc bene est attendendum. plures enim hic decipiuntur. Ex his ergo iam ponamus practicam de singulis peccatis mortalibus: & primo de superbia quae tunc est peccatum mortale secundum primam regulam, quando quis subtrahit se a subiectione & obedientia diuina: & totam vitam suam ordinat ad laudem humanam, & vanam gloriam. Talis enim ex quo non curat hoc facere ad laudem Dei: sed potius humanam: videtur homines plus diligere quam deum: quia illis plus vult complacere quam Deo. Similiter est mortale per regulam secundam cum quis pro sua superbia facienda faciat extorquere pauperes proximos pro suis tunicis pompose faciendis. Similiter cum quis non curat nisi scandalizare proximos: sicut sunt mulieres ornantes se quae praebent occasionem videntibus ad concupiscendum eas. Vel cum quis presumptuose transgreditur praeccepta Dei vel praeccepta legis naturae: ut faciens alteri quo sibi displicet: tunc est mortale per tertiam regulam. Quando vero quis appeteret humanam laudem vel vanam gloriam alijs modis: tunc est veniale. Item auaritia est mortale peccatum per secundam regulam. quando aliquis appetit diuitias habere non curando an per fraudem, mendacia, vsuras, periuria,

per ludos illicitos: vel emptiones: vel venditiones exercens illicitas: vel detenendo debita aliorum: vel mercedem seruorum suorum: peccat mortaliter. Similiter per primam regulam est peccatum mortale: si nimis magna spes in eis constituitur. Est etiam per tertiam regulam peccatum mortale: quando pro eis acquirendis negliguntur praeccepta salutis: ut forizando die dominico vel festiuo. Item per quartam regulam fit peccatum mortale quando dubitatur de contractu si sit licitus: & tamen exercetur. Quando vero appetuntur diuitiae plusquam sunt necesse: sed tamen nollet eas acquirere malo & iniusto modo: veniale est peccatum secundum Augusti. in lib. de purgatorio: vel quando nollet offendere Deum: nec in eis confidere: tunc etiam est veniale &c. Item gula est peccatum mortale per primam regulam quando quis tantam delectationem in comestatione vel potatione habet, quod propter ipsam non curat deum offendere: aut missas negligere vel ieiunia frangere. Item quando homo grauat se potu, in tantum quod usum rationis obmittat: obliuiscens ubi sit & redditur ut bestia. vel cum alium studiose inebriat. & hoc est peccatum mortale: per secundam regulam. & hoc est verum si scit fortitudinem potus: quia si nescit & bibit excessiue causa sessiois vel collationis amicorum & sociorum est veniale. Item per quartam regulam est mortale: si quis contra conscientiam sibi dictam bibit, quia talem potum bibere immoderate est destructio capitis: vel quia hoc est peccatum tali die: vel quia inde scandalum

oritur: est peccatum mortale. Hoc attendat presbyter visitans tabernas: ex cuius visitatione scandalizantur layci si talis peccat mortaliter iudicet seipsum. Si autem quis comedit vel bibit ex delectatione vel ultra mensuram vel preciosos cibos sumit: sed tamen nollet ipse sibi per hoc ordinare aliquod impedimentum sanitatis vel salutis: licet ei eueniat dolor capitis vel infirmitatis, alias est veniale. Item ira quando procedit usque ad odium proximi, ita quod vult notabiliter nocere proximo in rebus corpore vel honore, est mortale, per secundam regulam: si autem ex commotione subita vult malum proximum non bene deliberatus quod tamen deliberatus non faceret: non est mortale. Item inuidia quae est tristitia de bono proximi si procedit ex odio personali: est peccatum mortale, per secundam regulam: vel si gaudet de malo proximi & tristatur de ipsius bono: & tamen ex hoc nullam habet utilitatem semper est mortale: sed si ideo gaudet de malo ne sit ei nocuus, puta: gaudet de sui inimici depressione: vt per hoc sit sibi ad nocendum minus potens: hoc non est peccatum mortale. similiter detrahens & infamans ex inuidia, est mortale. Item luxuria quae est coitus omnis extra thorum matrimonialem, semper est peccatum mortale. Similiter concupiscentia cum delectatione morosa: vel consensus in talem actum. & omnis actus turpis in locis impudicis: vt oscula & alia quae verecundaretur homo facere coram hominibus sunt peccata mortalia. similiter dicendum est de amicitia & fauore viri &

mulieris. quidam dicunt est mortale peccatum, eo modo videlicet dum vnus vult concupiscere alteri in actibus prescriptis: scilicet osculis, motibus & tactibus inordinatis, dās sibi potestatem in se exercendi: vel habēs animum paratum ad hoc dum alter nollet exercere. & tales stātes in tali periculo vel proposito non sunt in via salutis. Item accidia vel tediū de diuinis rebus & de rebus spiritualibus: vel tarditas & pigritia ad audiendum de Deo & faciendum ea quae ad deū spectāt, etiā est mortale. Vnde patet quod distractio, cogitatio, vel occupatio exterior infra diuinū officiū, est peccatum accidię: & si est studiosa applicatio ad talia impertinētia: ita quod nō curet homo a se repellere huiusmodi cogitationes, & dimittere occupationes est mortale peccatum. Et nota circa praedicta quod aliud est mortale, aliud veniale, & aliud criminale. vnde inter mortalia & criminalia est differentia sicut inter genus & speciē. Nā oē criminale est mortale: sed nō e cōuerso. multa enī mortalia sunt quae nō sunt criminalia. i. capitalia. i. quae nō inducūt decapitationē siue depositionē vel exiliū intrusionē carceris: licet quodāmodo omne peccatum vocetur crimē, dixit xxv. vnū orariū. s. criminis appellatio. Primum peccatum criminale est peccatum heresis: vt errare in fide Trinitatis. xxij. q. ij. primum. Secundum est incestus. vt habetur. xxxij. q. vij. c. adulteriū. & c. flagitia. Tertium est homicidium d. distin. placuit. Quartum crimen lese maiestatis. vj. q. j. si quis. iij. q. v. accusatoribus. Quintū crimē sacrilegij. ij. q. j. in primis requirendum est.

DE SACRAMENTO.

xvij. q. iij. si quis in atrio. & cap. frater. Sextum incestus. iij. q. iij. de sanguineorum. xxxv. q. iij. de incestis. & eadem. q. viij. hec salubriter. Septimum conspiratio. xj. q. j. conspirationum. & c. si quis clericorum. Octauum adulterium. xxij. q. vij. quid in omnibus. & eadem causa. q. iij. Nonum falsum testimonium. xxij. q. iij. non periurabis. vj. q. j. quicumque. Decimum est crimē symoniæ: respectu cuius omnia crimina pro nihilo reputantur. vt de symonia. sicut symoniaca. j. q. vij. cap. vltimo. Vndecimū est vsura. iij. q. iij. c. plerique. Alia autē peccata non vocantur criminalia: quia nō sunt capitalia: licet mortalia sint: sunt enim dispensabilia sine decoloratiōe status ecclesiæ. j. q. xij. dispensatores. & c. & si illa. secundū Archidia. xxv. distin. audire. Item peccata mortalia sunt omnia cōtra decē pręcepta cōmissa quę enumerat Apostolus ad Ro. j. vt idololatria, auaritia; inuidia: cōtētio: dolus: susurratio: detraçtio: contumelia: superbia: elatio: inuentio malorum: inobedientia. Nam qui talia agūt digni sunt morte. Item ad Galat. v. enumerat alia dicēs. Manifesta sunt opera carnis quę sunt fornicatio, immunditia; impudicitia: luxuria: auaritia: veneficia: inimicitia: contentiones: emulationes: rixę: dissensiones: sectę: inuidie: homicidia: ebrietates: comestiones: & sequitur. Qui talia agūt regnū Dei non consequentur. Ad ista autem reducūtur omnia alia mortalia. Sed peccata venialia enumerat Aug. xxv. dist. vt cū aliquis plus accipit in cibo vel potu q̄ sit necessitas: plus loquitur quā oportet: plus tacet

quā expedit quoties pauperem impotente petentē exasperat: vel si sanus alijs ieiunantibus prandere velit. Aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgit aut vxorem excepto desiderio filiorū cognoscit: quod tamen sæpe est mortale quoties in carceratos tardius requisierit, vel infirmos non visitauerit. Si discordes non concordare curauerit. Si plus filium vxorem vel seruū exasperauerit seu increpauerit aut correxerit. Si fuerit plus blanditus, id est, adulatus alicui quā expedit. Si pauperibus esurientibus nimis delicatum cibum præparauit. Si in ecclesia aut extra ecclesiam iocosus vel fabulosus vel ociosus verbis intiterit. Si aliquid iurat incaute quod potest implere non potest. Vel cum ex facilitate vel temeritate maledicit. Hęc omnia pro tanto diutius protraximus: putantes multum esse vtile circa hoc sacramentum poenitentia cognoscere particulariter: & ad oculum illa sine quorum cognitione non bene potest expediri illud Sacramentum.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

Infirmatur quis ex vobis? inducat presbyteros ecclesiæ vt orent super eum vngētes eum oleo in nomine domini. Ia. v. ca. Quia. vt dicit glo. de appel. c. qua frōte. homo propter peccatum citius mori præsumitur. xj. q. iij. episcopi. & xij. q. j. ca. ij. & xxij. q. iij. ea vindicta. Et glosa ordinaria super verbo thematis dicit q̄ multi propter peccata plectuntur morte

corporis. Hinc est quòd saluator providēs de remedio contra peccata hominum sanorum, vt de poenitentia providere etiam est dignatus de remedijs cōtra peccata hominum infirmorū. vel de extrema vnctio-
ne per quam quidem peccata venialia dimittuntur: & etiam infirmitas corporis interdū alleuiatur. vnde sequitur in themate. Et oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum dominus. Glo. interlinearis, id est, si eum contigerit mori sic dimittētur. Et bene hoc expressum est in apostolis: de quib⁹ dicitur Mar. vj. quòd vngēbāt oleo multos infirmos & sanabātur: quod vtiq; fit virtute huius sacramenti & nō alia simplici vnctio-
ne. Nam apostoli tunc vngentes conferrebant hoc sacramētum à Christo eis praeceptum. Vnde dicit Lyra super Mar. vbi supra. q̄ ex eo q̄ apostoli sic vngēbāt patet q̄ vnctio extrema quē eēt infirmorū fuit instituta à Christo: quod est contra multos dicētes quòd Iacobus apostolus in verbis praemissis eam instituisset quod falsum est: cum nullus apostolus ali-
quod sacramentum instituere potuit: sed bene publicare potuit institutū. & hoc fecit Iacobus in verbis praemissis nostri thematis dicēs. Infirmatur quis ex vobis. &c. Vnde dicit Tho. in. iij. dist. xxij. q. j. argu. iij. quòd omnia sacramenta Christus instituit per se: sed quae sunt difficiliora ad credendum illa per se promulgauit: alia autem seruauit Apostolis promulganda sicut extremam vnctionem & cōfirmationem. Vnde per ista verba thematis nostri à Iacobo fuit istud sacramentum promul-

gatum & non institutum. Diffinitur autē extrema vnctio sic secūdū Sco. vbi supra. est vnctio infirmi hominis facta in partib⁹ determinatis corporis cum oleo consecrato ab episcopo: ministrata à sacerdote certa verba cum intentione debita proferente ex institutione diuina efficaciter significans curationem venialium. Ex qua diffinitione satis patet euidenter: à quo debeat istud sacramentum conferri: ex qua materia & sub qua forma de quibus per ordinem est videndum. Et primo sciēdum est quòd materia huius sacramēti est oleum oliuē ab episcopo consecratum: & non est oleum balsami, sicut in cōfirmatione. Cuius ratio est: quia q̄ habet exire de via non oportet quòd habeat odorem bonae famae quae per balsamum designatur: sed sufficit ipsum habere bonam conscientiam. Nec potest aliquis hoc sacramētum conferre nisi sacerdos. Et si alius confert nihil facit. Vnde in diffinitione dicitur à sacerdote ministrata. Secundo sciendum est de forma huius sacramenti quae est septuplex ad septē vnctiones principales. Circa quod sciendum quòd in quibusdam ecclesijs dicitur ista forma in collatione huius sacramenti. Vngo oculos tuos oleo sanctificato. In nomine patris & filij. &c. Similiter vngo nares. &c. Consequenter labia manus & pedes. Sed in rei veritate ista verba non sunt vera forma hui⁹ sacramēti: sed bene sunt dispositio ad formam. Forma autem huius sacramenti vera est haec. Per istam sacram vnctionē & per istam sacratissimam benedictionem indulgeat tibi Dominus

DE SACRAMENTO.

quicquid deliquisti per visum: similiter resumendo super aures: nares: & labia: manus & pedes. Licet autem in hoc sacramento fiant multæ vnctiones: vltima tamen vnctio: scilicet in pedibus est forma respectu omnium præcedentium & agit in virtute omnium. Et ideo in vltima gratia infunditur quæ effectum sacramenti præbet. Vnde secundum Tho. in. iij. dist. xxij. Si iam aliqua partes essent inunctæ & presbyter deficeret sicut cõtingit in pestilentia: quod factum est nõ debet iterari: sed vnctiones quæ restant per alium sacerdotem debent compleri. Sint ergo presbyteri cauti vt de cætero corrigant libros suos & agenda. in quibus communiter habent formã sacramenti huius per illa verba. Vngo oculos tuos vel nares tuas. &c. Istud enim sacramentum confertur per modum suffragij secundum Tho. & ideo datur per solam orationem & per verba optatiui modi. Vnde dixit Iacobus in verbis thematis. Indueat presbyteros vt orent pro eo. Illa verò verba. Vngo oculos tuos &c. nõ sunt de substantia sacramenti, sed de bene esse secundum Petrum de tharã. dist. xvij. & Tho. in. iij. q. iij. arti. ij. Quibus autem cõferendum sit hoc sacramentum. Respondeo qd solum est dandum infirmis & nunquam sanis. Nihil enim efficit in eis. Et hoc patet ex diffinitione prius data in qua dicitur qd hoc sacramentum est infirmi hominis. Nec debet dari infirmis istud Sacramentum ex periculo exterioris violentiæ puta armorum vel submersionis secundum doctorem subtilẽ. in. iij. dist. xxij. Ex hoc soluo vnũ

dubium de quo cum audirem sententiarum libros dubitabatur à lectoribus: & à formatis bacularijs sacre theologiæ, an valeat vulneratis vel submergendis hoc sacramentum. Patet enim quod non: dico enim probabiliter quod si quis est vulneratus & ex vulneribus inflictis incidit in infirmitatem longam: ex qua desperatur de vita sua: puta quod ei sit dandum: sed alias recenter vulnerato iam decedenti non est dandum. Similiter suspēdendo vel submergendo non est dandum: quia illi non dicuntur infirmi: nec moriuntur ex defectu nature: sed ex euentu fortunæ, secundum Petrum. Item nõ debet dari pueris furiosis: & amentibus qui prius non petierunt hoc sacramentum. Si quis tamen senio deficeret subito in articulo mortis potest ei dari hoc sacramentum. Sed tamen adultis vsu rationis habentibus non datur nisi petant specialiter: sed tamẽ qui in vita sua habuit bonum propositum omnia Sacramenta suscipiendi sibi necessaria vel vtilia: etiam si amitteret loquelam vngatur in nomine Christi. Nõ debet etiã quis inungi sæpius in eadẽ infirmitate: nisi eadem infirmitas vltra annum protrahatur: ita quod vno anno in eadem infirmitate nullus bis inungatur: ne sacramentum istud vilescat. Iteratur tamen hoc sacramentum in diuersis infirmitatibus vel in eadem recidua: quia nõ habet effectum perpetuum eo qd sanitas corporis & mentis quæ sunt eius effectus reiterari possunt: & amitti & recuperari. Debet autẽ fieri vnctio super organis quinque sensuum qui sunt quasi

primæ radices peccandi. Vnde oculi vnguntur propter visum quo peccamus. Aures propter auditum. Nares propter odoratum. Labia propter gustum. Manus propter tactum. Pedes verò propter vim motiuam: quod non est de necessitate. Cor autem non vngitur: quia est principium immediatum vitæ & remotum actionis. Nec genitalia propter immunditiam & reuerentiam sacramenti: nec lingua propter abominationem. Item secundum Thomam mutilati inungi debent quanto propinquius possunt circa partes quæ inungi debuerant: quia quamuis non habent membra: tamen habent potentias quæ illis membris debentur saltem in radice: & ideo interius peccare possunt per ea quæ ad eos pertinent. Et effectus extreme vnctionis secundum Thomam, est quædam sanatio spiritualis quæ datur contra quandam debilitatem vel ineptitudinem quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali: contra quem debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Et hoc quia robur seu fortitudo gratiam facit: secum non compatitur peccatum. ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod veniale vel mortale oblitum quo ad culpam tollit: dummodo non ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius autem effectus eius est corporalis sanitas. Sed dices quare non semper homo infirmus vnctus surgit de infirmitate sed sepius moritur? Respondeo quod cum in isto sacramento sanitas est effectus secundarius: & ideo non datur nisi secundum quod expedit ad sanitatem spirituales: quia tunc

semper eam inducit dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis. Vnde patet quod vnctus in extremis si non surgit ab infirmitate illa per illam vnctionem: signum est quod sanitas corporalis est sibi nocua: & vult deus potius eum sic habere infirmum quam sanum: vel signum est quod infirmus non bene dispositus est in conscientia. ita quod adhuc aliquid habet quod impedit ne sanitas corporalis sibi restituatur: alias raro fallit. In hoc enim sacramento vnctio exterior est sacramentum: sed res sacramenti est sanitas corporis & animæ. res autem & sacramentum est vnctio spiritualis interioris, id est, mentis iocunditas vel solatiū. Potest autem hoc sacramentum sacerdos conferre cum vno clerico qui sibi respondeat ad orationes & ad psalmos qui ibi dicuntur. si tamen caret clerico potest solus expedire totum, secundum Guiller. & Hostien. Si autem vngitur sacerdos, non est opus clerico qui respondeat ad psalmos & orationes: sed ipsemet respondeat solus: dicens cum dicitur in litania. Sancta Maria. ora pro me. Sancte petre ora pro me. &c. Similiter cum dicitur. A morte perpetua: respondeat: libera me domine. Nec vngatur sacerdotis manus in palmis interioribus: quia ibi vnctæ sunt per episcopum in ordinibus: sed exterius vngatur in superficie. De hoc tamen non est magna vis qualitercunque faciat: sed tamen illud securius est & tutius. Practica huius sacramenti est facilis. Nam præmittit sacerdos primo veniens in domum infirmi septem psalmos penitentiales cum litania. Deinde quærat ab

B. 2. 2. 0. 2. 2.

DE SACRAMENTO.

infirmis si postulat sacrā vñtionem. Tercio dicit orationes positas in libello ad hoc cōgruas. Quarto vngit eum forma supra dicta. Quinto tergit eum cum stappa canapis vel lini loca vñta & proijcit in ignem. Sexto lauat man⁹ sale & aqua: & similiter proijcit ad ignem. Septimo alligat loca illa mūdo panniculo vsque ad tertiam diem: quæ tertia die comburētur. Octauo relinquit signum passionis Christi: in cuius virtute istud sacramentum sicut & alia habet virtutem sanatiuam animæ & corporis.

¶ DE SACRAMENTO ordinis.



Regale sacerdotium: gens sancta, populus acquisitionis. j. Pe. ij. Et si Christus descendens de celo ad terram: humanum genus non solum à seruitute diabolica redemit & libertati ac dignitati restituit. iuxta illud. Non sumus enim filij ancillæ: sed libere: quia libertate liberauit nos Christus. Ad Galat. iij. & Ioan. viij. Si filius vos liberauit verè liberi eritis: multo tamē meliori modo statum sacerdotalem in illa libertate extulit & significauit: ita vt non solum ipsi sacerdotes sint liberi modo communi: vt cæteri homines in communione vnius fidei & participatione sacramentorum: sed etiam quòd sint quasi duces præfides, & reges, & dispensatores, & rectores diuinorum mylteriorum: vnde dicuntur sacerdotes quasi sacri duces: vel sacra dantes: vel sacramenta sacrificantes: seu con-

secrantes quod vtique maximum est: & excedens communem statum fidelium. Vnde merito Petrus nesciens eos comparare alijs quàm excellentissimis personis in congregatione fidelium, scilicet regibus, dicit. Regale sacerdotium. Ne ergo sacerdotes putarentur esse tantum nobiliores vt reges, additur gēs sancta: scilicet specialiter sanctificata domino Iesu Christo: & ne leuis reputationis in sanctitate æstimarentur vt cæteri, subiunxit: populus acquisitionis, id est, specialiter acquisitus & Deo appropriatus. Non enim sacerdotes solū sunt populus Dei: & oues pascuę eius iure creationis: vt omnes homines nec redēptionis solum: vt omnes christiani: sed iure specialissimo & peculiari quo vocauit eos: vt virtutes eius nuncient. vt dicitur j. Petri. ij. Quibus non supra homines solum: sed super seipsum quodāmodo dedit potestatem: dando videlicet eis potestatem consecrandi & confitendi corpus suum & sanguinem. vt dicitur Matthæi. xxvj. Circa igitur sacramētum ordinis sacerdotalis videndum est primo de substantialibus. Secundo de accidentibus. Tertio de cautelis. Quantum ad primum sciendum quòd ordo sic diffinitur per magistrum senten. lib. iij. Dist. xxiiij. est signaculum quoddam ecclesię per quod spiritalis potestas traditur ordinato. Ita etiā diffinit Hugo de sancto victore. Ordo autem sacerdotalis secundum doctorem sic diffinitur in specie. Ordo est institutio in gradu ecclesię simpliciter præminentię disponens habentem ad confitendum eu-

charistie sacramentū facta ab episcopo p
 certa verba cum intentione debita profe-
 rente. Et in ipsa ordinatione quoddam est
 sacramentū tantum: vt potestas que tradi-
 tur quoddam res tantū vt gratia quæ con-
 fertur: quoddam res & sacramentū vt ca-
 racter qui imprimitur in singulis ordinib⁹
 vt statim patebit. Sunt autem de substātia
 huius sacramenti. Primum est potestas or-
 dinātis: quia oportet vt sit episcopus. Secū-
 dū est materia: scilicet vnctio in sacerdoti-
 bus: & tactus illorum quæ sunt tangēda.
 Tertium est forma verborum. Quartum
 sexus virilis: quia foemina ordinari nō po-
 test: nec recipit caracterem ordinis si mille-
 sies ordināretur. Cuius ratio est secū-
 dum Tho. quia cum in sacerdotio debeat signi-
 ficari eminentia gradus: & foemina tenet
 statū subiectionis: ideo non est apta ad su-
 scipiendum hoc sacramentum. Quintum
 est intentio debita: vt episcopus intendat
 conferre: & clericus suscipere. Sextum est,
 quod ordināndus sit prius baptizatus: alias
 non susciperet hoc sacramentū: quia fun-
 damentum omnium sacramentorum &
 ianua est baptismus. Vbi autem fundamē-
 tū deest: nihil desuper ædificari potest. de
 presbytero nō baptizato. c. miserāte. & c.
 veniens. Character autē confirmationis nō
 preexigitur de necessitate: sed de cōgruo.
 vltimus est sciendum quod septē sunt or-
 dines. Primus est hostiarius: cuius est cu-
 stodire locum confessionis sacramentorū
 ab immundis: scilicet infidelibus & excō-
 municatis. Secū-
 dus est lectoratus cuius est
 legere prophetias ad instruēdum illos qui

volunt credere. Et ideo secū-
 dum Thomā
 prophetiæ quasi prima rudimenta eis legē-
 da committuntur. Tertius est exorcista-
 rum quorum est arctare dæmones per ad-
 iurationē ne dominantur in corpore non
 dum baptizato. Quartus est accollitorū
 quorum est presentare materiam: v. ceo-
 lum cum aqua & vino: & lumen accende-
 re. Alij verò enuenerant adhuc alios duos
 ordines: scilicet Psalmistarū & cantorum:
 quæ tamē secū-
 dum Tho. in. iij. dist. xxiiij.
 q. iij. arti. ij. non sunt ordines: nec sunt illa
 nomina ordinum sed officiorum: tamē in-
 ter ordines large acceptos computantur.
 Et isti vocātur minores ordines quos pos-
 sunt abbates benedicti conferre inclusiue
 vsque ad lectoratum. vt. lxxix. dist. q. i.
 nō videmus. vbi glosa dici quod possunt
 facere Psalmistam: hostiarium & lectorē:
 & hoc licet abbati in suo monasterio. Ex-
 orcistam verò aut accollitum facere nō li-
 cet: quia isti duo per solum episcopū fiunt.
 vt dicitur ibidem in cap. nō oportet. Hæc
 fuit sententia Hugonis & Laurentij quos
 sequitur Archidia. ibidem. Idem tenent
 Raymundus & Goffredus in sententijs eo-
 rum. de episcopo qui renunciāuit episco-
 patui. & potest abbas taliter ordinare su-
 pradictos non solum in quatuor temporibus:
 sed etiam diebus dominicis: sed tan-
 tum in suo monasterio: alias alteri faceret
 prejudiciū. Istam autem habet potestātē
 abbas nō solum ex ordine: sed ex potesta-
 te benedictionis. Vnde licet abbas non sa-
 cratus manū imponere nō potest ordina-
 to. vt in. c. quoniā vidimus. & c. nō oportet.

DE SACRAMENTO.

tet. & c. cum contingat. de eta. & qua. or. tamen manū benedictionis potest imponere. de supplenda negligentia p̄clatorū. c. j. f. recipiendo professos. & sic nō potest ordinē conferre nisi sit benedictus. De hoc iam determinatum est. de priuilegijs. c. ab bates. li. vj. & de collationib⁹. ibidē. immo psalmistam & cātorē potest ordinare simplex sacerdos vt. xxiiij. dist. vbi dicitur. Psalmista & cātor possunt absque licentia episcopi solā iussione p̄sbyteri officium suscipere cantandi: dicente sibi p̄sbytero. vide vt quod ore cātas ea corde credas: & quod corde credis operib⁹ approbes. Laurentius etiā. xcij. di. nō licet. exponit hoc. c. cum dicitur in eo officium cantandi suscipere, id est, suscepti officij executionē. Quod etiā probat Hostiensis in summa. de ordinatis ab episcopo qui renunciauit episcopatu circa principium. Ray. verò in summa. eo. ti. notauit hoc intelligendū de sacerdotibus curā habētibus qui soli hoc possunt: videtur tamen quòd cū nec alios ordines posset quis exequi sine licētia ei⁹: ita nec aliquid specialitatis in psalmista hic introducatur. Sed inno. Bern. & Petrus de samprana dicunt hoc posse quemlibet sacerdotem. Et hanc vltimā sententiam approbat arch. ip̄redicto. c. psalmista. Vtrū autē infigatur caracter animæ per huiusmodi ordinē dicit ibidē archidi. quòd nemo seit: & ideo percutiens talem non incidit canonem. Quia vt dicit Vincentius hic ordo non est de principalibus: nec dicitur ordo proprie: sed large: & istam sententiā tenent theologij: qui dicunt psalmi-

starum cantorum & episcopatum non esse ordines. Credit tamen archidiaconus vbi supra: quòd percutiens psalmistam incidit canonem: nec super eum seculare iudicium potest habere potestatem: & dicit quòd si obmittatur ordo iste & cōferatur lecto ratur & accollitatus non est repetendus. Hostiensis tamen in capitulo. Cū contingat. de a tate & qualitate ordiñ. dicit q̄ sit repetendus. Hæc de istis. Deinde sequuntur sacri ordines qui dicuntur maiores. Primus est subdiaconat⁹ ad quē p̄tinet oblationes recipere ab offerentib⁹: & eas diacono offerre. Item legere Epistolam. & c. Secundus est diaconatus ad quē p̄tinet hostias ordinare in altari: similiter legere euāgelium. Tertius est p̄sbyteratus: ad quē pertinet consecrare corpus Christi & sanguinem: & hic est actus principalis. alius autem consequens, scilicet soluere & ligare: per quem actum p̄paratur corpus Christi mysticum: scilicet fideles christiani: vt sint apti ad Corpus Christi verū. De episcopatu autem an sit ordo est diuersitas inter theologos & iuristas. Nam theologij dicunt eum non esse ordinem. Iuriste verò communiter tenent quòd sit ordo. de quo Ioā. an. in nouella Sexti, notat pulchre circa prohemium. Et hoc idem tenet doctor subtilis in. iij. sententiarum, distin. xxiiij. arti. ij. In quolibet autē ordine caracter imprimitur cū eis p̄ episcopū porrigitur liber cū forma verborum: accollito cū datur cādelabrum: subdiacono cū datur calix vacuus cum alijs vasis quorū vsus est in confectione eucharistiæ. Dia-

cono & presbytero quando episcopus imponit manum capiti: & hæc impositio confert plenitudinem gratiæ. Tho. tamen dicit dist. xxiiij. q. v. argu. ij. quòd subdiacono imprimitur caracter in datione calicis tantum cuius actus principalis est circa vasa tantum: & non circa contenta in vasis. Vnde non potest tangere corpus Christi sine necessitate magna. Sed actus diaconi: nec est per vasa tantum, nec super contenta in vasis: quia ille est sacerdotis: sed est super corpus contentum in vase tantum. Vnde eius est dispensare corpus Christi in patena & sanguinem in calice. ideo potestas eius ad actum non potuit exprimi per dationem vasis tantum: nec materiæ tantum: sed exprimitur per actum in hoc quod datur sibi liber euangeliorum: & in hac datione imprimitur caracter: secundum Tho. vbi supra dicens quod contactus iste instrumentorum talium est de essentia sacramenti: quia dicitur: accipe hoc aut illud. Impositio autem manus non est de necessitate & substantia huius sacramenti. vt de sacramentis iterandis. cap. vltimo. Et licet isti characteres in essentia distinguantur: tamen in fine vniuntur: quia ad vltimum characterem presbyteratus. secundum Pet. in. iij. distin. xxiiij. q. ij. arti. j. & Ioan. Parisiensis. non est credendum quòd caracter vnius ordinis præsupponat caracterem alterius ordinis. Nam vt dicit Tho. vbi supra in primitiua ecclesia aliqui ordinabantur ad presbyteros: qui tamè prius inferiores ordines non acceperunt: & tamè poterant qui inferiores: sed hodie statuit ecclesia vt non ingerat se quis ad maiores,

qui prius in minoribus officijs se non humiliavit: ideo hoc est de congruitate & non de necessitate. Et nota secundum Thomam in. iij. distin. xxiiij. q. ij. arti. ij. quòd episcopus primo præparat ordinandos per tria, scilicet, per benedictionem per quam diuinis officijs mancipantur: per manus impositionem: per quam datur plenitudo gratiæ, per quam ad magna sunt idonei: & solis Diaconi & presbyteris fit manus impositio: tertio per vunctionem ad aliquod sacramentum tangendum quod fit solis sacerdotibus: qui proprijs manibus tangunt corpus Christi. Vnde etiã calix & patena vnguntur.

DE ACCIDENTALIBUS huius Sacramenti.



St autem sciendum quòd nulla dicuntur accidentalialia Sacramenti quæ requiruntur de congruitate & non de necessitate sacramenti. Congruum est ergo primum vt non ordinetur quis ad sacros ordines nisi habeat ætatem legitimam. Etas autem pro subdiacono est. xx. annorum: pro presbytero. xxv. & ponitur in clemen. de ætate & qualitate præficiendorum. c. generalem. Et vt notat Ioan. an. in. ca. & tui. de præbendis lib. vj. in glo. iij. Non est opus seruare interstitia longa temporum ordinibus suscipiendis sicut prius. vnde habens ætatem legitimam laycus in carnis priuio potest cantare missam in sacerdotio constitutus in festo Paschæ. Si tamen quis in minori ætate recipit hoc sacramentum: tenet: sed peccat: & debet sus-

DE SACRAMENTO.

pendi ab executione ipsius: & ordinator à collatione ordinū: & cum hoc potest compelli vt sibi provideat de aliquo beneficio. vt de tempo. ordi. ca. vel nō est. Hoc enim quod quis imperfectus annis discretionis recipiat sacramentū ordinis: licet secundū Thomam, sit propter honestatem sacramenti institutum: ita vt iam sit de necessitate præcepti: non tamē ex necessitate sacramēti. Vnde si ordo sacer cōfertur puero carenti vsu rationis tenet quantum est ex vi sacramēti. Dicit tamen Thomas, q̄ in illis sacramentis vbi actus suscipiētis requiritur: vbi vsus rationis est de necessitate sacramēti sicut in poenitentia & matrimonio. Sed in quibus actus suscipiētis non requiritur: vsus etiam rationis non est de necessitate sacramenti, sicut est in ordine sacro vbi solum spiritualis potestas datur: & ideo vsus rationis non requiritur. Sciēdum quod licet laicus ignarus nihil sciēs de litera ordinem posset sacrum suscipere quantū est ex vi sacramenti. peccat tamen grauiter episcopus conferens tali ordinem sacrum. Nam dicit Thomas, quod tenetur ordinādus scire quod pertinet ad eius officium secundum magis & minus. Vnde sacerdos religiosus ex quo recipit potestatem tantum super corpus Christi verum consecrandi. ideo sufficit quod solum sciat illa quæ requiruntur ad consecrationem corporis Christi. Curatus autē vt plebanus tenetur plus scire: quia promouetur super corpus Christi mysticū quod est ecclesia. Vnde debet scire ea quæ spectant ad populum. Ad episcopū verò per-

tinēt scire etiam difficiles quæstiones sacrae scripturæ. Quod ergo dicitur quod de substantia sacri ordinis sunt eloquia diuina. vt dicitur. xxxviii. dist. omnes psalentes. exponendum est non de substantia ordinis: sed de substantia executionis: quia scilicet talis exequi non potest sacrum ordinem: nisi sciat illud quod ad illum ordinem spectat exequēdum. Item licet sex tempora anni sunt deputata ad conferendum ordines: tamen hoc non est de substantia, secundum Ray. & hoc expressum est de tempo. or. sane. Congruum tamen valde est vt non alijs nisi prædictis sex temporibus conferantur. s. quatuor temporibus singulis sabbato fitientes, & sabbato Paschæ. vt dicitur dist. lxxv. c. vltimo. Potest tamen episcopus cōferre minores ordines diebus dominicis: sed non multis, ne videatur generales ordinationes facere. vt de tempo. or. de eo. Ideo autē sabbato cōferuntur sacri ordines: quia sabbatū significat requiem: per quod significatur quod qui ordinatur ad sacros ordines, irreuocabiliter transit de labore in requiē: puta de labore secularium negotiorū ad requiē. i. ad vacādū spiritualibus. vt dicitur. lxxxiiij. distinctio. Fornicari. Possunt etiam cōferri ordines sacri in die dominico mane: ita tamen quod ordinandus & ordinator cōtinuēt ieiunium præcedētis sabbati: quia tunc mane dominicæ diei trahitur ad sabbatum propter continuationē ieiunij: sed hoc nō faciat episcopus sine necessitate: vt si forte infirmaretur sabbato potest differre in crastinū. Et intellige de vno & eodē

ordine nō de diuersis. Nam nullus debet suscipere duos ordines, vel minorē: & vnū sacrum in eisdem quatuor tēporibus. Poena autem ordinatorum extra dicta tēpora est suspensio ab executione illius ordinis quem suscepit vt de tempo: or. c. ij. Potest tamen cū eis dispensari vt ministrent, imposita eis poenitētia, vt in ca. cōsultationi. ibidē. Ordinator verò debet priuari auctoritate ordinandi: vt ibidem patet.

¶ DE CAUTELIS HIC seruandis.

Primo caueat episcopus ne ordinet alienum clericum vel laycum, vt de tempo: or. cum nullus. li. vj. Quod si fecerit per annum à collatione ordinū est suspendēdus. Et interim clerici sui absque licentia sua à vicinis episcopis possunt ordinari, vt patet de tēpo: or. lib. vj. Clerici verò qui sine proprii episcopi licentia ordinantur, ab executione ordinum suspēdantur, tamen episcopus potest cum eis dispēsarē. ix. q. ij. Lugdunē. de tēpo: or. quòd translationē. Secundo caueat episcopus ne ordinet aliquem ad sacros ordines sine titulo: alias solus ei prouidere tenebatur de beneficio. Tertio caueat ne ordinet per symoniam, vt de symonia. per totum. nec solus episcopus, sed etiam notarius nō debet formatas vendere. de symonia. c. j. Quarto caueat ordinādus ne recipiat ordinem aliquem ab episcopo quem scit symoniacē in ordine susceptum: siue sit occultum siue manifestum: quia non recipit executionem: & indiget dispensatione. 3. q. j. qui à symoniacis. Dicit tamen Tho. secunda

secundæ. q. viij. quòd si esset symoniacus alia ex causa posset ab eo recipere ordines dummodo sit occultum: quia talis episcopus non est suspensus ad alios: sed ad se tantum. Quinto caueat ordinandus: ne tempore ordinationis sit in peccato mortali: nam mortaliter peccaret. distinctio. xl. multi. Et idem sanctus Thomas, in. iij. distinctio. xxiiij. Nec talis potest vti ordine si suscepto secundum ipsum: quia facit contra præceptū illud Deuterōn. xvj. Iuste quod iustum est exequaris. Vnde talis quoties talem actū exercet: semper peccat mortaliter. Dicit tamen Thomas ibidem: quòd subditus huiusmodi ordinatū in peccato mortali tenetur ab eo recipere sacramentum si est occultum: & hoc quādiu tolleratur ab ecclesia. Tamen dicit idem. Non est tutum talem ad aliquem actum sui ordinis exequendum inducere durāte conscientia quòd iste sit in peccato mortali: quē tamen deponere posset: quia instanti homo posset à diuina gratia emendari. Sexto caueat clericus ne ordinetur sine examine: alias dicitur furtiue ordinatus: secundum Hostien. vt. lxiiij. distinctio. extra conscientiam: nec profunt ei formatorix. si tamen est dignus & notus, nihil obest: quia tales non sunt examinandi. Archi. xxiiij. distinctio. e. nullus. Sed si est indignus deponi debet de corpore vicariis. c. Exposuisti. Si etiā sit ignotus quāuis dignus, deponi debet. xxiiij. dist. c. vlt. & multo fortius si est indignus. l. dist. ex poenitentibus. Debet etiam confiteri publice episcopo suo crimina seu notoria impedimenta iuris vel facti. vt ibi

DE SACRAMENTO.

dem dicitur. Si autem subticet talia etiam post poenitentiam impediunt executionem. Nec etiam suscipiat aliquem ordinem superiorem obmisso inferiore: quia hoc est per saltum promoueri. Et talis debet deponi: si hoc faceret ex malicia; secus si ex ignorantia vel negligentia. distin. xlvij. sicut olim. Ex dispensatione tamen episcopi ad obmissum ordinem potest promoueri: sed in suscepto prius non ministrabit. Datur autem gratia gratum faciens in hoc Sacramento quæ necessario est non solum ad digne suscipiendum Sacramentum: sed etiam ad digne ministrandum, secundum Thomam & Petrum in. iij. distin. iij.

DE SACRAMENTO matrimonij.

Propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam. j. ad Corin. vij. & ij. q. ij. cap. his ita. Licet matrimonium in statu innocentie sit institutum in officium naturæ, hoc est in propagationem & multiplicationem proles ad dei cultum: quia tamen natura lapsa viciata est ex originali peccato: adeo ut falsè propriam in messem non vereatur mittere alienam: que rens indifferenter quamcunque foeminam cum qua fornicationis expleat peccatum. Ideo magnus doctor gentium predicator & rector prouidens de remedio dicit: ut propter fornicationem euitadam unusquisque habeat uxorem suam: per quod dānat peccatum fornicationis: & commendat statum matrimonij cōiugalis. In quibus verbis, primo Apostolus suadet vitare forni-

cationem: ubi: propter fornicationem. secundo consulit remedij adhibitionem: quia habeat uxorem suam. Per primum damnatur error illorum qui dicunt simplicem fornicationem non esse peccatum allegantes sanctos patres, scilicet Abraham, Iacob, David: & alios qui habebant concubinas: nec tamen illa fornicatio imputata est eis ad peccatum. Quibus respondetur secundum Thomam in. iij. sententiarum distin. xxxij. q. iij. quia quælibet fornicatio extra matrimoniū quæ tollit debitam ordinationem parentis ad prolem quam natura concubitu intendit est peccatum. Ideo secundum ipsum sine dubio simplex fornicatio est peccatum mortale: etiam si lex scripta non esset: quod est multum notabile. Vbiunque autem legitur aliquos patres habuisse concubinas: illud fuit pro speciali dispensatione spiritus sancti: & ad designandum aliquid. Hoc enim quod filij Iacob ex liberis & ancillis fuerunt hæredes: designat quod Christo in baptismo nascuntur filij & hæredes boni & mali ministri. Sic etiam alia omnia in prædictis patribus ad mysteriū pertinent. ut habetur latius. xxxij. q. iij. cap. j. ij. & iij. De quo cui placet sufficienter informari: videat notata mea super. vj. præcepto: scilicet non moechaberis. Per se cundum damnatur bigamia: cum dicitur habeat uxorem suam: & sic vnam tantum non plures simul. Vnde saluator repetens illud Genesis secundo. Erunt duo in carne vna. Matthæi. xix. dicit. Itaque iam non sunt duo: sed vna caro.

DE SPONSALIBVS

hic prius agitur.

I circa istud sacramentum primo videndum est de substantialibus. secundo de accidentalibus. tertio de cautelis. Quantum ad primum sciendū, quod quædam sunt accidentalia matrimonij, scilicet sponsalia. & ideo de ipsis primo videndum est. secundo quid sit matrimonium. tertio quæ requiruntur ad matrimonium. quarto quæ impediunt ipsum. Quantum ad primum sponsalia secundum Franciscum de sarabellis super rubrica de sponsalibus sic diffiniuntur. Sunt futurarum nuptiarum seu matrimonij promissio. Et diffinitio illa trahitur ex canone. xxx. q. v. nostrates. Dicuntur à spondeo. des. quia vt dicit Gaspar de caldarijs: quod olim sponsus & sponsa mittebant cautiones quibus spondebant se iniura matrimonij consentire, & fideiussores dabant quibus id se obseruatuos obligabant. Quandoque etiam sponsalia dicuntur matrimonium sed tunc debent intelligi si sunt sponsalia de presenti. Et fiunt sponsalia quatuor modis. Primo nuda promissione, vt cum dicitur promitto te ducere in vxorem. Secundo datis arris sponsalicijs, vt pecuniæ vel alterius rei. Tertio annuli subarratione. Quarto interueniente iuramento, vt cum alter alteri iurat dicens. Iuro quod te in vxorem ducere volo. Quomodo cumque ergo quis istorum quatuor modorum promittit ducere aliquam, & postea non curat, peccat mortaliter, nisi legitimū impedimentum interueniat. Sciendum tamen quod si sponsi sibi inuicem displicent &

dissentiant si sponsalia non fuerint iurata, possunt se mutuo absoluere. Vnde notant doctores in cap. præterea. de sponsalibus. vbi inter cæteros Iacobus de alberga notat: quod quando Ecclesia videt quod sponsi sibi inuicem displicent, debet dissimulare, id est non debet cogere sponsum & sponsam ad perficiendum matrimonium propter malum quod posset inde prouenire, scilicet vxoricidium, vel mutua adulteria contrahentium. Et hoc placet Gaspari. Si autem tantum alter dissentit: dicit Goffredus quod ex quo alter dissentit dissentiens præcise compellitur, donec in eodem statu permanet: sed si cum alio contraxerit per verba de presenti cessabit coactio. Idem vult Innocentius. de sponsalibus. An autem sponsalia iurata possunt mutuo partium dissensu dissolui, licet antiqui doctores dubitent de hoc, moderni vero doctores expedierunt istum casum. Vincen. in. c. præterea. de sponsalibus ponit distinguendo an iuramentum dirigatur in Deum: an in hominem. Primo casu nullus potest absoluere nisi Deus. Secundo casu homo cui iuratur potest absoluere. Tunc autem dirigatur in deum secundum Ioan. an. quando is qui iurat magis intendit placere deo quam hominibus, siue sit in faciendo aliquid meritorium, siue in abstinendo ab aliquo illicito. Exemplum primi iuravi abbatis intrare monasterium: hoc enim tantum Deum concernit non abbatem. Vnde abbas non potest me absoluere à iuramento. Similiter iuravi non occidere hominem. &c. Ad hominem autem tunc dirigatur, si iuravi tibi

DE SACRAMENTO.

scribere librū. Ab hoc enim tu potes me
absoluere, quia te solū cōcernit hoc opus.
Licet enim omne iuramentum concer-
nat Deum principaliter, quia per religio-
nem promittitur: tamen quia concernit
commodum eius cū iuratur potest ab eo
dimitti. de iure iurando. c. j. Item etiam te-
net Gaspar dicens q̄ sponsalia etiam iura-
ta mutuo dissensu tolluntur, quia sublata
obligatione sublatur est iuramentū. Si-
cut dicitur de statuto. & iurato. & nota-
tur de præbendis dilecto. Facit ad hoc re-
gula: quod fauore. li. vj. Et notatur. xxxj.
q. iij. cap. j. in glosa penultima, vbi dicitur,
q̄ parentes sicut possunt frangere sponsa-
lia filiorū sic & iuramēta remittere. Con-
cludo ergo & dico secundum Franciscum
de Sarabellis. q̄ si aliquis iurat sponsæ eius
intuitu potest sponsa ipsum absoluere. se-
cut si intuitu Dei seu ob pietatem, vt cum
sponsus esset diues, & sponsa pauperrima.
Tamen dicit Franciscus quod etiā in hoc
casu potest eum sponsa absoluere, quia li-
cet iurauit intuitu Dei: tamē ex quo com-
modum concernit sponsam ipsa potest re-
mittere prædicta, & sic generaliter obser-
uatur. Nam ecclesia se non intromittit de
sponsalibus de futuro, nec ad instantiam
alterius partis. Ambobus ergo dissentien-
tibus, etiam si iurassent mutuo se possunt
absoluere. Et nota q̄ ætas seu tempus cō-
trahēdi sponsalia vtrobique est septēnium.
Vnde sponsatio quæ fit in quinque vel in
sex annis nulla est. vt de desponsatione im-
puberum. literas. Nam ex talibus sponsa-
libus inducitur publicæ honestatis iusti-

tia. Est autem publica honestas secundum
Franciscum in. ca. iuuenis. de sponsalibus,
impedimentum quod nec ex consanguini-
tate, nec ex affinitate procedit, sed ex
quadā honestate quæ in matrimonijs con-
sideranda est, vt ille qui prius contraxit
sponsalia cum aliqua, ipsa mortua non du-
cat aliam consanguineā ipsius infra quar-
tum gradum. vt in. cap. ad audientiam. vō
de sponsalibus. cap. j. lib. vj. Ratio autem
huius constitutionis est, quia experientia
docuit graues rixas & inimicitias inter cō-
sanguineos oriri, quādo vni desponsatam
aliquis de consanguinitate sponsi procu-
rat habere. Similiter quando quis consan-
guineā sponsæ suæ ipsa mortua cum qua
nondum perfecerat matrimoniū vult du-
cere, nō est honestum, cum per hoc quasi
duo consanguinei vidētur vni mulieri co-
pulari, quod honestas prohibet. Verum-
tamen ius commune est, q̄ si quis despon-
sat puellam ante septem annos si interim
ipse moritur, potest eam frater suus ducere.
Similiter si moreretur illa puella ante
septimum annum, vir duceret eius sororē
aut matrē. Et hoc totū habes de despon-
satione impuberum: literas. Sunt autem
octo casus in quibus soluuntur sponsalia.
Primus si alter sponsorum post despon-
sationem transeat ad religionē, quod etiam
potest facere contractio matrimonio ante
copulam carnalē: tūc enim mulier potest
alteri nubere quasi post mortē viri, quia
religio est quædam mors secundum Tho-
in. iij. distin. xxvij. q. iij. Secundus quando
sponsus se absentat per longum tempus,

sponsa cum alio potest contrahere. Tertius si alter eorum incurrat lepram vel paralysim. Quartus si superuenerit affinitas, vel quia sponsus cognouit, cōsanguineam sponsæ. Quintus si mutuo se absoluunt. Sextus si aliter eorum fuerit medio tempore fornicatus; quia tunc redditur alteri suspectus de fide postea seruanda. Septimus si sponsus cum alia contrahit per uerba de præsenti vel etiam de futuro cū copula carnali. Si tamen contrahit cum prima sine iuramento, cum secunda iuramento debet adhærere primæ, & poenitere de periurio. Octauus quando quis impubes contraxit sponsalia & venit ad ætatē adultam, & petit absolui à vinculo spōsalium, & sibi dari licentiam nubendi. In omnibus autem istis casibus debēt sponsalia auctoritate Ecclesiæ absolui: præterquam in primo & quinto & sexto in quibus soluitur ipso iure. Addit etiam nouum casum Hosti. scilicet si fama est quòd inter eos est canonicum impedimentum.

¶ DE DIFFINITIONE matrimonij.

Consequenter de matrimonio sciendum quod ipsum sic diffinitur. Matrimonium est viri & mulieris coniunctio indiuiduā cōsuetudinem vitæ retinēs. Ista diffinitio traditur. xxvij. q. ij. ca. j. Per hoc quod dicitur viri & mulieris excluditur vir cum viro, vel mulier cum muliere, vel vnus vir cum multis mulieribus, quia talis coniunctio non causat

matrimonium, sed peccatum. Dicitur etiam coniunctio, scilicet amoris & matrimonialis. Dicitur etiam indiuiduam vitæ cōsuetudinem retinens: quod est tantum dicere quod neuter eorum absq; alterius consensu potest continentiam profiteri vel orationi vacare, nec se alteri copulare, sed sibi inuicem seruare fidem & debiti redditionem mutuatam. Similiter debēt eis mutuo de necessitatibus prouidere & subuenire inuicem. Et hoc intelligendum est totum de matrimonio copula carnali cōsummato, quia non consummato, talis copula potest separari per ingressum religionis. vt de sponsalibus cōmissum. Intelligitur etiā hoc de matrimonio fidelium, quia matrimonium infidelium potest separari altero transeunte ad fidem. Ratio autem beati Tho. in. iij. dist. xxiiij. q. j. Quare coniunctio matrimonij est inseparabilis vsque ad mortem inter homines & non inter alia animalia est hæc. Quia aliorū animalium filij possunt sibi victum statim habere, vel saltem ad eorū sustentationem vnum sufficit: sicut est de vacca, æqua, asina, & similibus: & ideo ibi nō est certa cōiunctio certū masculi ad certam foeminam: nec etiā necessaria diuturna coniunctio, eo quod foemina in eis sufficit ad educandū foetum sine masculino. In his autem quorū filij indigēt vtriusq; scilicet tam patris quā matris sustentatione aliud est. Similiter vbi inuenitur aliqua determinatio quātum ad tēpus sustentationis & educationis sicut in auibus. Vnde passeres turtures & columbæ habent determinatas foeminas, quia habent edu-

DE SACRAMENTO.

care pullos, & alter eorū non sufficeret ad quærendum victum cum & se æqualiter nutrire debeant. Non autē sic est in hominibus vbi filius indiget cura parentum ad magnum tempus. Et ergo matrimonialis cōiunctio inter solos homines dicitur indiuisibilis secūdam totā vitam alterius coniugis. Oportet enim filium generari, educari, nutrirī, & doceri, & sibi de necessarijs vitæ à parētibus prouideri: eo q̄ iuxta apostolum oportet patres filijs thesaurizare. ij. ad Corint. xij. Ista autem requirūt magnum tēpus. Et quoad hoc dicit Lyra super Matth. xix. ca. q̄ matrimoniū non solum est de iure diuino sed etiā de iure naturali, quia natura dicit q̄ vir & mulier cohabitent simul per totam vitam ad educandum & promouēdum prolem vsq; ad perfectū statum virtutis. Dicitur autē matrimonium potius q̄ patrimonium, quia maiora onera sunt in matre q̄ in viro. Et dicitur à matre quasi matris munium, quia munitur à matre, & dat mulieribus esse matres. Et quia etiam finis principalis matrimonij est bonū prolis: in cuius procuratione mater magis laborat: & ideo ab ipsa denominatur. Fuit autem matrimonium institutum à Deo in statu innocentiae. vt dicitur de voto. cap. j. lib. vj. & hoc per illa verba. Hoc nunc os ex ossibus meis, quæ verba Adam spiritu sancto illustratus dixit. Gen. ij. in fi. & xxvij. q. ij. lex diuina. Et per hoc reprobatur illa opinio quæ dicit q̄ matrimoniū sit institutū à Deo illis verbis. Crescite & multiplicamini, quod videtur inconueniens: cum etiam illa ver-

ba prius dixerat Deus, non solum ad homines, sed etiam ad bestias. Gen. j. Et quod matrimonium etiam sit institutum tēpore Moyfi & tempore Christi, hoc fuit tamē diuersis respectibus. Nā vt dicit Tho. dist. xxvj. in. iij. secūdam q̄ ordinatur ad generationem prolis quæ erat necessaria, etiam ante peccatū institutum est à Deo in statu innocentiae in hoc q̄ Deus formauit muliērē in adiutorium viri, & hoc modo dicitur in officiū fuisse institutum. Sed quantum est in remediū peccati fuit institutum post peccatum tempore legis naturæ. Secundum autem determinationem personarum habuit institutionem in lege Moyfi. vbi non nisi de certis tribubus copulabantur, sed secundum q̄ repræsentat coniunctionem Christi & Ecclesiæ sic habuit institutionem in lege noua. Et secundum hoc dicitur sacramētum nouę legis. Et ex hoc habetur q̄ duę principales sunt causæ institutionis matrimonij, scilicet educatio prolis ad cultum diuinum, & vitæ adæ fornicationis causa. Aliæ sunt multæ causæ minus principales, scilicet pulchritudo vxoris, diuitiæ, reformatio pacis. Et propter istas causas si etiam ducatur vxor seruatis verbis de præsentī tenet matrimonium. Sciendum autem ex quo vt dicitur vij. æthicoiū, in actu carnali priuatur homo magno bono, scilicet vsu ratiōis. quia vt dicit philosophus. Talis actus furatur intellectum sapientis. Et vt dicit Augusti. xvj. lib. de trini. ipsa voluptas carnalis quæ maior in voluptatibus carnalibus nequit inueniri momento ipso temporis quo ad

eius peruenitur extremum, poenae omnis acies & vis rationis obruitur. Nullus autē secundum rectam rationem debet se obligare ad aliquod in quo tantum malum patitur, nisi sit aliquod bonum recompensans istud dānum. Vnde à sanctis patribus ponuntur excusantia illum actum tam damnosum, scilicet bonū fidei proles & sacramēti. Fides hic sumpta est, fidelitas siue iustitia ad actum ad quem obligat se, scilicet ut illē non quærat aliam, nec econuerso. Similiter bonū proles obligat quo ad cultum diuinū, scilicet ut religiose, id est sancte & deuote educatur. Bonum autem sacramenti est illa indissolubilitas inter virū & mulierem, & signat indissolubilitatē coniunctionis Christi & Ecclesiæ, & hoc est bonū intrinsecum matrimonij, quia perfectio prima est formati. Prima autē duo bona, scilicet fides & proles sunt bona extrinseca matrimonij. Ex his patet quod ex quo ut dictum est sacramentum est bonū excusans istum actū, videtur quod actus iste matrimonialis non solum est bonus sed etiam sanctus, quā sanctitatem habet ex indiuisibilitate coniunctionis, secundum quam significat cōiunctionem Christi & Ecclesiæ. Ita etiā dicit Tho. in dist. xxxj. in. iij. q. iij. Ex quibus omnibus inferitur secundum Bona. ibidem. ij. principali. q. ij. quod qui coit causa fornicationis vitandæ in vxore, nec scilicet vxor fornicetur sic reddendo debitū nullo modo peccat, sed magis meretur, quia exercet opus iustitiæ, hoc est fidei ad quā tenetur, & ideo omnis culpa excusatur. Si vero coit causa for-

nicationis vitandæ in seipso, scilicet ne ipse solus fornicetur, in hoc peccat venialiter, & hoc si nō pulsatur à carne. Nam ex quo nō potest procreare prolem, nec propter eam procreandam coit, nec cōpellitur ab vxore ad reddendum debitum, aliqua superfluitas est ibi, & ideo peccat, sed venialiter: immo dici potest secundum Pet. de tharan. in. iij. dist. xxx. q. iij. principali. q. ij. arti. i. quod querens delectationem in coniuge: sistendo tamen intra fines matrimonij, scilicet quando cum altera muliere id nō faceret, veniale est peccatum: licet etiā fiat causa explendæ libidinis. Sed si quærat delectationem in ea non ut in cōiuge, sed ut in alia muliere quacunq;, tunc est peccatū mortale. Hoc est contra Hug. xxxj. q. ij. quomodo: vbi dicit vsum matrimonij non posse impleri sine peccato saltem veniali, quia potest etiam esse matrimoniū cum fit bono intuitu sicut fuisse in statu innocētiæ. secundum Franciscum in rubrica de sponsa. Hoc idem innuit Ioan. and. in glo. super. c. alma. de sentē. excom. li. vj. super verbo sacramētis vbi dicit quod datur gratia per istud sacramētum, sed non sicut per alia sacramenta. Cōfertur autem in hoc sacramento gratia adiuuans ad illa opera quæ in matrimonio requiruntur. Ratio secundum Tho. in. iij. dist. xxvj. q. iij. quia vbi et inq; diuinitus datur facultas aliquid faciendi: dantur etiam auxilia sine quibus nō potest conuenienter vti illa facultate, sed in matrimonio datur diuinitus facultas vtēdi vxore, & per consequēs datur gratia qua idem conuenienter fieri

DE SACRAMENTO.

possit. hæc sanctus Tho. & per hoc repro-
batur glos. j. q. j. quicquid. Etiam dicit do-
ctor subtilis quòd effectus istius sacramē-
ti sunt duæ gratiæ in animabus cōtrahen-
tium, & hoc nisi sit obex mortalis peccati.
Etenim non sufficit ad gratiam percipien-
dam q̄ contrahens non sit fictus respectu
sacramēti, id est q̄ non fecte recipere intē-
dit, sed oportet q̄ prius poenituerit, quia
illud sacramētum nō dat poenitētiā. Est
ergo vnus & totalis effectus istius sacra-
menti, scilicet gratiosa coitio animorum.
hæc doctor subtilis. Pro isto dicto est cap.
vnicū. de sacra vñdione. Vterius est sciē-
dum de illis quæ requirūtur ad matrimo-
nium vt sit verum. Primo requiritur ætas
debita personarum contrahentium: nam
vir debet esse. xiiij. annorum. & foemina.
xij. annorum. vnde sicut sponsalia infra se-
ptimum annum nō tenēt, sic & matrimo-
nium nō tenet infra. xiiij. annū. Quantū-
cunq; enim fuerit matrimoniū de verbo
de præsentī infra. xiiij. annū: nihilominus
non est aliud nisi sponsalia de futuro vsq;
ad. xiiij. annū: & ista possunt rumpi postq̄
spōsi vel alter illorum venerit ad debitam
ætatem. Secūdo requiritur consensus mu-
tuus contrahētium personarum per ver-
ba de præsentī. Consensus autem ille secū-
dum Bonauē. in. iij. dist. xxviiij. debet esse
in mutuam corporis potestatē. Verba au-
tem de præsentī sunt ista ex parte viri. Ac-
cipio ego te in meam vxorem. Verba au-
tem mulieris sunt ista. Ego te accipio in
meum virum. & sunt ista verba necessa-
ria, quia Sacramentum est res sensibilis, &

ideo in eo requiritur signum expressum
quæ expressio cōuenientius fit per verba
de præsentī. vnde & iste consensus potest
bene per alia verba expediri vel exprimi
inter homines vsitata quæ istis æquipol-
lent dicendo. Consentio in te tanq̄ in vxo-
rem. Similiter si præcessit interrogatio in-
ter aliquos de contrahendo. Si aliter eorū
dicat volo te de cætero habere in vxorē:
& illa respondet. & ego te volo habere in
virum. vel volo q̄ tu sis vxor mea, & illa.
& ego habeo te pro viro. In omnibus ta-
libus contrahitur matrimonium. Sed si di-
cēs. volo te accipere in vxorem, vel vo-
lo in te consentire tanquā in vxorem,
non esset matrimonium. Similiter si dicat
vir. promitto quòd te non dimittam pro
meliori vel pro peiori: etiam iudicandum
est pro matrimonio. Item si post datam fi-
dem dicant aliqui: bibamus nomine matri-
monij & osculemur nos. Guillelmus di-
cit q̄ non est matrimoniū, nisi vellent per
hoc recedere à sponsalibus & contrahere
de præsentī, quia illud dictū significat fur-
tū matrimonij, sed si diceres bibamus pro
matrimonio cōtracto, esset matrimoniū.
Franciscus tamen dicit q̄ illa verba biba-
mus nomine matrimonij, sunt cōfessio ve-
ri matrimonij, & ergo est matrimonium.
In omnibus autem istis vbi verba dubia
sunt, recurrendum est ad intētionem con-
trahētium & ad communem verborum
& vulgariū intelligentiam. Vnde credo
q̄ per illa verba sponsi interrogati, scilicet
in polonia dicendo. N. placet tibi habere.
R. in vxorem. illo respondente. placet. &

mulier interrogata respondeat similiter; contrahatur verum matrimonium. ar. c. ex literis. de spōsalibus. Nam per illa verba omnes in polonia intelligunt contrahi matrimonium. Ergo si sic vicini communiter intelligunt debent etiam cōtrahentibus illa verba facere eundē sensum. nam vt dicunt doctores in. c. ex literis. de sponsalibus in talibus recurrēdum est ad intellectum vicinorum. hoc approbat Franciscus ibidem. & dicit Hostien. q̄ quis alter nō intellexerit ad literam vel linguam: si tamen intellexit affectum vel sensum nutu vel signo, sufficit, & non refert an nutu vel lingua intelligatur. ar. de translatione inter corporalia. xliij. dist. si rector. Vnde si sponsus dat anulum dicendo in theutonico per verba de præsenti. & sponsa polonia recipit anulum, annuēdo dicitur consentire in dicto cap. ex literis. Dicit etiam Franciscus de sarabellis in cap. ex parte de de sponsalibus, quōd si dicat vir, promitto quod te ducam in vxorem, & de cetero tenebo te vt vxorem. Si talis contrahit cum alia per verba de præsenti adhærebit secūda, propter verba illa, ducam te, quæ sunt de futuro, quæ etiam verba restringuntur per sequētia, cum dixit tenebo te vt vxorem. Et dicit Innocē. quōd hæc verba ducam. & c. nō sonant tātum actum sed etiā ius, vt sit sensus. promitto quōd tūc fiam tua legitima vxor, & hoc est si sunt verba mulieris. Illa autem verba, promitto q̄ tenebo te pro vxore, habent sensum, ac si dicat vir. habeo tecum matrimonium, vel accipio te in meam vxorem, & promitto

q̄ de facto tenebo te pro vxore. Si autem dicat, promitto quod nunquā habebo aliam nisi te: tunc istam non tenetur simpliciter accipere si nullam vxorem in vita sua vult ducere: tamen si vellet ducere aliā non potest, quia de communi vsu loquendi sensus est. Recipiam te & non aliam si vxorem voluero ducere. Item si concubina dicat alicui, nolo q̄ me cognoscas nisi tanq̄ vxorem, & vir taceat & cognoscat. Dicit Ioannes de lignano, q̄ est præsumptum matrimonium. Sed tamen Gaspar dicit quōd non, quia expresserunt, & etiā quia tacens habetur pro contradicente in hoc casu cū agatur de obligatione ipsius, scilicet sub conditione vel sub modo. Sub conditione fit vt contraho tecum si patri meo placuerit, vel si inuenero te habere tantum marcas. & sic de similibus. & talis contractus suspendit matrimonium vsq; ad existentiam conditionis, id est nō prius tale matrimonium tenebit nisi impleatur illa conditio. Si tamen interim consensus de præsenti vel copula carnalis fuerit subsequuta, tenebit matrimoniū: eo quōd tales videntur recessisse à conditione. vt de conditionibus appositis de illis. & cap. super eos. & capitu. per tuas. Et hoc intelligendum est de cōditione honesta quales sunt duæ illæ supra positæ: nam si esset conditio contra substantiam matrimonij. vt contraho tecum si non prolificabis, vel donec pro quæstu prostituendam omnes tales mihi aliam inueniam, vel si te exponas nihil agunt. Si tamen quis dicat, cōtraho tecum si te virginem inuenero, &

DE SACRAMENTO.

postea sequitur coitus nec inuenitur virgo. Dicit Bern. & Host. q̄ iudicabitur pro matrimonio: & hoc in foro iudicij. tamen in foro animæ nō sic iudicabitur, quia dignum est vt mulier quæ mētita est se esse virginem maneat decepta. Et vt viro subueniatur qui forte vult vitare bigamiam. Sed sub modo contrahitur sic. do tibi tunicam vel cingulū vel annulum, vt contrahas mecum: alioquin reuoco quod donauit, talis contractus statim tenet. Sed si nō seruetur modus, poterit reuocari. Dicunt tamen doctores q̄ licet posset contrahi matrimonium sub cōditione, non tamen sub modo, & hoc est tenēdum. Matrimonium tamen ex causa cōtractum tenet, siue causa sit vera siue falsa, vt contraho tecū quia pulchra es siue diues, nisi causa esset ita falsa q̄ contineret in se aliquod impedimentum, vt contraho tecū quia libera es: nam si non esset libera, non teneret matrimonium. &c. Et sciēdum etiam q̄ si quis contrahit cum aliqua cum cōditione, deinde tamē ante aduētum cōditionis contrahit cum alia parte: debet manere cū secunda, etiam si sit consanguinea prima.

¶ DE IMPEDIMENTIS matrimonij.

Nunc vidēdum est de impedimētis matrimonij. Sunt autem. xij. impedimenta quæ impediūt matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum secundum Inno. in. ca. iuuenis. de sponsalibus. Primū est furor. xxxij. q. viij. ca. neq; furiosus. Vbi dicit neq; furiosus, neq; fu-

riosa contrahere possunt matrimonium, sed si contractum fuerit, scilicet ante furorem non separētur, scilicet propter furorem. Et ratio quia tales nō possunt cōsentire: si tamen habent lucida interualla, tūc bene possunt. vt dicit glo. ibidem. Secundum si esset vtroq; articulo, id est testiculo carēs vel impotens coire. xxxij. q. vij. illi. Tertium est affinitas. vt si quis spōsam de presenti consanguinei sui recepit in vxorem & eā cognouit, impeditur contrahendum, & dirimitur cōtractum ita q̄ primo restituitur, sed mulier nō potest induci ad abstinentiam propter publicæ honestatis iustitiam. vt de eo qui cognouit cōsanguineam vxoris suæ. ca. discretionem. Quartum est error in persona. vt cum quis putans cōtrahere cum. R. contrahit cum vr̄sala. Quintum est error in cōditione seruili. vt si quis contrahit cum aliqua putās eam esse liberam cum tamē est illibata. vt de cōiugio seruorum. c. ij. Sed quid dicēdum est de Iacob, qui deceptus est in persona, scilicet qui putans Rachelem cū qua contraxerat inuenit Lyam: & tamen tenuit matrimonium. Responso secundum gratianū. xxxix. q. j. c. j. q̄ illud matrimonium non tenuit ex præcedenti consensu sed subsequēti, quia post copulam carnalem in eodem cōsensit de nouo. Error tamen qualitatis nō excludit cōsensum matrimonij. vt si putatur bonus: qui tamen est malus vt si putatur virgo quæ tamē inuenitur corrupta. Similiter error fortunę, vt si putatur sponsa diues, quæ tamen est pauper. In omnibus istis casibus non diri-

nitur matrimonium cōtractum. Sextum est votum solēne: vt sacri ordinis vel professionis. vnde si quis professione facta in religione vel in sacro ordine vxorē duxit dirimitur matrimonium. vt qui clerici vel vouentes. ca. insinuāte. & de voto. ca. vnicō. lib. vj. Alia autē vota simplicia licet impediāt contrahēdum: non tamen dirimūt iam cōtractum. vnde si quis vouet simpliciter non velle ducere vxorē & postea duxerit, tenet matrimonium. Sed ille peccat mortaliter sic contrahēs, & non debet petere debitum ab vxore: sed tamē tenetur reddere quādo petitur ab eo, vt notāt doctores in cap. rursus. qui clerici vel vouentes. de quibus vide ibi materiā istā. Sed tamen si quis habēs votū simplex quærat à sacerdote an possit cōtrahere: dat cōsiliū Hostiē. q̄ potest dicere q̄ sic. Si autē quærat vltius an tale matrimonium tenebit debet dicere q̄ nō, alias peccaret, quia daret occasionē mortaliter peccandi. Septimum si machinatus est in mortem prioris coniugis seu vxoris, vel eā ducere promisit. de eo qui duxit in matrimoniū quā polluit per adulterium. cap. significasti. Et dicit Ioan. an. in. ca. laudabilem. de cōuer. infidelium. q̄ quando machinatio est ab utroq; scilicet à viro & à muliere in mortem mariti: tūc sufficit ad dirimēdum matrimonium sine adulterio. Quando vero machinatio est ab altero tātum: tunc non sufficit sine adulterio. vt de diuortijs. ca. j. & istud imprimendum est menti, quia raro iste punctus bene intelligitur. Octauū si est alterius cultus vt sarracenus vel iu-

daus. xxviij. q. j. caue. Nonum si per vim coactus est contrahere. vt de sponsalibus cum locū. Et intellige de vi vel metu qui cadit incōstantem virum. vt dicit glo. j. ibidem. quæ etiā dicit q̄ minor metus excusat. sceminam q̄ virū. quod similiter nota. Decimum est sacer ordo. vt qui clerici vel vouētes. c. j. & de voto. ca. vno. lib. vj. Vndecimū si est alteri nupta. de sponsa duorum. c. ij. Duodecimum est publicę honestatis iustitia. de sponsalibus. ca. iuuenis. & ca. ad audiētiam. Sunt alia duo impedimēta quæ impediūt & non dirimunt, scilicet tēpus feriarum. vt de ferijs. ca. capellanus. Et interdictū Ecclesię. vt de despōsatione puberum. c. ad dissoluēdum. de omnibus istis dātur versus per Ioā. an. in sum. quarti sub hac forma. Error conditio votū cognatio crimen. Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas. Si sis affinis vel si coire nequibis. Hæc socianda vetant connubia iuncta retractant. Et de vltimis duobus dantur versus. Ecclesię vetitum nec non tempus feriarum. Impediunt fieri permittunt facta teneri.

¶ DE CAUTELIS HVIVS sacramenti.



Primo caueat vir, ne volens à muliere extorquere carnalem commixtionem fingat se eam ducere velle: non habens tamen intentionem & propositum eam ducendi. Nam talis si eam non ducat grauiter peccat, licet in foro pœnitentiali nō iudicatur pro matrimonio. Et licet mulier quæ simplici ani-

DE SACRAMENTO.

mo sibi cōsentit in peccato, excusatur. tamen deceptor talis si vult veram poenitentiam agere, necesse habet eam sine fictione ducere quātum in eo est, vel dare sibi virū conueniētem vel aliter satisfacere. Et hoc secūdum Tho. Et hoc si vir est æqualis cōditionis eum illa. Nam si vir esset melioris cōditionis puta nobilis, & mulier rustica vel ribalda, potest probabiliter presumi q̄ non fuit decepta, sed se decipi fingit, & tunc in tali casu si ille nō animo ducēdi cohabitauit cum ea non tenetur eam ducere nec ei satisfacere, vt dicūt doctores. Secūdo caueat ne quis sponsam suā contractis sponsalibus anteq̄ solennitates matrimonij fiant, scilicet anteq̄am in facie Ecclesiæ copulentur audeat cognoscere: nam talis peccat secūdum Guillermū. Et hoc intellige in illis partibus vbi primæ nuptiæ benedicuntur. Vnde cum isti nō sunt virgines, nec alter illorum post illam occultam commixtionem si accipiunt benedictionem quam soli virgines vel alter ipsorum accipere consuevit, peccant, cum secundæ nuptiæ nō sunt benedicendę. si tamen non esset cōsuetudo in aliquibus partibus primas nuptias benedicēdi, sicut est in polonia: credo quòd spōsus cognoscens sponsam animo consumādi matrimoniū anteq̄ in facie Ecclesiæ copulentur, nō peccet nisi venialiter. hæc Tho. in. iij. sententiarum. distin. xxviij. Tertio caueat vir ne cum illa contrahat ne per verba de presenti cum qua alter contraxit per verba de futuro & copula carnali consumauit, quia nec verum, nec aliquod cēsetur matrimo-

nium quod post modū de facto est subsecutum. vt de spōsalibus. is qui. Quarto caueant parētes ne contrahant pro filijs aut pro filiabus spōsalia vel matrimoniū cum adiectione poenæ, nam talis adiectione poenæ non valet de iure: vt dicitur in ca. gemma. de spon. eo quòd matrimonia debent esse libera. Et hoc est contra nostrates qui stipulant poenas, nisi impleant filij eorum voluntatem. Dicit tamē Franciscus de sarabellis. Ioan. and. Vincentius & abbas in dicto. ca. gemma. & ar. xxx. q. ij. ca. vno. q̄ bene possunt stipulari vel dari pignora inter cōtrahentes: sed nō poenæ. Ratio quia poena solum promittitur: arræ vero dantur, faciliores autem sumus ad promittendum q̄ ad dandum. Item arræ fiunt in modica quantitate, poenæ vero in magna, & ideo timore magnæ quātitatis posset quis compelli ad matrimonium. Vincētius tamē dicit q̄ si sint extranei omnino qui nō habent contrahentes personās in sua potestate, isti possunt stipulare poenas inter se, & perdunt eas, vel acquirūt si sponsi nō stant in eorum promissionibus. Inter vero parētes vel alios qui habent sponsos in potestate non habet hic locum. de pignoribus. Etiam teneas q̄ si datur pignus loco arræ, tunc tenet, si autem pro poena: tunc non. Item si datur per conuentionem nō tenet: si autem per traditionē tenet. Hoc autem dicitur secūdū Iacobum de arra, quòd ratio pignoris tenet si traditur, secus si constituitur tantum, quia quando constituitur tantum, tunc cedit loco arræ, sed si constituitur cedit loco poenæ. Quinto

caueant contrahentes ne in cognatione carnali spirituali vel legali cōtrahant. Nā prohibentur cōtrahere cōsanguinei vsq; ad quartum gradum inclusiue in collateralibus. in ascendentibus autem & in descendentibus perpetuo. In cognatione autem spirituali prohibētur hi, scilicet baptizatus & leuans. Baptizatus & filij leuātis. Item baptizatus & coniunx leuātis prius cognita. Item leuans & parentes leuati. Et eodem modo dico de baptizato & baptizante, similiter inter confirmatum & tenentem, & inter cōfirmantem & confirmatum. In alijs autem sacramētis nō contrahitur talis cognatio, scilicet in poenitentia, quia poenitentia non est sacramētum collatum per modum generationis, sed sanationis: ideo per ipsum non contrahitur spiritualis cognatio: alias enim filius presbyteri non posset inuenire vxorem in tota parrochia secundum Tho. in. iij. sentent. dist. xxij. q. j. ar. ij. licet inter sacerdotes & confitentem contrahitur foedus: non tamen deriuatur ad alios eorum cognatio, tamen cathecismus licet impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum. vt de cogna. spiritua. per cathecis. lib. vj. Itē cognatio legalis impedit vsq; ad emancipationem. Est autem cognatio legalis illa quādo quis adoptat in filium aliquem extraneum coram iudice, & dico corā iudice, quia alias facta in priuato nihil valet. secundum Hostiē. de cognatione legali. ca. vnico. &c. Et quia ista cognatio apud nos hodie non viget: ideo de ista supersedeo. Sexto caueat vir ne dimittat vxorē suam

propter quamcunq; causam, nisi propter fornicationem. vt dicitur in glo. ca. j. quaesuit de diuortijs. Et intellige tam de fornicatione carnali q̄ etiam spirituali, sicut est ydololatria vel hāresis. Similiter si mortē viromachinatur. In illis tamē casibus nō ducet aliam quāmdiu viuit quam dimisit. xxxij. q. iij. omnes causatiōes. Ratio quia licet quoad coniugalem thorum sit diuisio & diuortium: non tamen quo ad vinculum quod est indissolubile & perpetuum. Ex quo patet q̄ mulier à viro non separatur pro furto, vel pro alio crimine, vel pro alio impedimento. vt dicitur in cap. quaesuit. de diuortijs. Nec etiam pro aliquo defectu corporali, scilicet pro surditate, cecitate, pro foetore oris. &c. Et intellige etiā quòd quantumcunq; esset notorium crimen fornicationis in vxore: nō potest vir sine iudicio Ecclesiae propria auctoritate eam dimittere, licet bene potest debitum sibi in priuato denegare. Archi. in. c. porro. & ca. significasti. de adulterijs. In hoc tamen casu quādo alter fornicatur spiritualiter, scilicet si labatur in hāresim, non potest is quis remanet in fide aliam ducere illa viuēte heretica. Secus si aliquis infidelis vel paganus conuertitur cuius vxor non vult cōuerti, vel non vult habitare sine contumelia creatoris, quia talis potest contrahere etiam viuēte tali vxore. vt de diuor. cap. v. Septimo caueat vir ne vxorē in adulterio deprehensam interficiat, quia licet secundum leges ciuiles non puniatur talis occisor aliqua poena: tamen secundum ius diuinū puniatur. xxxij. q. ij. inter

DE SACRAMENTO.

hæc ubi expresse prohibetur tale vxoricidium. Debet enim potius eam corrigere & sibi reconciliare cum Deus paratus sit accipere ipsius poenitentiam exēplo mulieris adultere. Ioan. viij. vt dicit Bonauē. in. iij. dist. xxij. q. j. & Tho. q. j. Qui etiā addit q̄ occidens vxorem propter adulterium vel odium ex statuto Ecclesiæ contrahere cū alia non debet, & maxime si occidat eam vt contrahat cum alia, secus est si non eo animo, quia tunc licet nō debeat cōtrahere: si tamen cōtrahit tenet. Octauo ne aliquis habēs aliquem sacrū ordinem cōtrahat matrimonium, quia tale matrimoniū non tenet. vt de voto. c. vno. l. vj. Similiter ecōuerso caueat ne contrahens per verba de præsentibus cum aliqua sacrum ordinem accipiat, quia talis debet restitui vxori, & si potest esse sine scādalo vxoris debet deferre habitum & coronā clericalem. Nec potest cōtrahere post mortem illius vxoris. Et si contraxerit non tenet matrimonium: secundum Innocen. Nec etiam post mortem vxoris poterit in suscepto ordine ministrare. vt in extrauagāti Ioan. papæ. xxij. quæ incipit. Antiquæ. Talis enim restitutus vxori tenebitur reddere illi debitum, sed nō poterit petere. Nono caueant coniuges ne post benedictionē acceptam prima nocte commisceātur. vt. xxij. dist. sponsus. Alibi etiā dicitur q̄ biduo vel tri duo debent continere. vt in. xxx. q. v. aliter. Sed hoc est consiliū non præceptū: & ideo ne quis obliget sub præcepto sponsus ad talia, hoc pono pro auisamēto, quia multi faciunt indiscrete conscientiam de

talibus ipsis coniugibus per modum præcepti, quod fieri non debet, sed per modū cōsiliij tantum. & c. Decimo, caueat vir vel foemina: ne sine parentum cōsilio vel consensu nubat. quia vt dicit Ambro. in li. de patriarchis. Non est virginalis pudoris eligere maritum. Vnde & Euaristius papa dicit quia aliter non est legitimū coniugiū nisi à parentibus tradatur, & Euripidiō in persona cuiusdā foeminæ legitur dixisse. Sponsalium meorum pater meus curam subiit, maritum eligere nō est meum. Hęc omnia habentur. xxxij. q. ij. non omnis. s. cum ergo dicitur & s. honorantur. Si tamē fecerit tenet matrimonium, quia hoc solum est de honestate, & nō de necessitate, maxime si habet annos legitimos, scilicet vir. xiiij. & foemina. xij. Dicunt tamen leges q̄ foemina post. xxv. inuitis parentibus nubit: & verū est. Vndecimo caueat sacerdos ne clandestine aliquos copulet, hoc est ne prætermisis bannis in Ecclesia aliquos introducat siue copulet. Nam talis sacerdos suspenditur per triennium. vt notatur de clandestina desponsatione. c. cum inhibitio. Duodecimo caueat sacerdos ne benedicat secūdas nuptias, quia irregularitatē incurreret: potest tamen per episcopum super eo dispēfari: vt in extrauagāti Ioan. xxij. quæ incipit. Cōcertationi. Tredecimo caueat vir ne semper exigat vel reddat debitū vxori quia hoc præceptū de redditione debiti cū affirmatiōne nō obligat nisi pro loco & tēpore secundū Ioan. Parisiensem, quia obligat semper, sed nō ad semper, nec p̄ semp, sed quando

potest esse debitæ circumstantionatus: secundum doctorem subtilem. in. iij. distin. xxiiij. quia fortiori vinculo obligatur ad non reddendum, vt in hoc casu, quia tenetur non occidere foetum in vtero pregnantis, vel non esse causa abortus. Similiter si redditio debiti vergit in detrimentum sanitatis non tenetur reddere, quia tenetur potius propriam incolumitatem seruare, quam istud detrimentum vitare in coniuge. Similiter non tenetur satisfacere voluntati mulieris tempore menstrui ne proles nascatur leprosa quæ alias potest procreari sana: & etiam quia talis coitus inducit perpetuam sterilitatem in muliere. secundum Augusti. propter commixtionem feminis cum sanguine. vnde si contingeret nasci foetum, fit leprosus, scabiosus, cecuciens, vel interdum caducus, vel obsessioni daemonum (tanquam vas immunde compositum) aptus. Et ideo in lege Moysayca accedens ad menstruatam morte moriebatur, quæ mors non infligebatur nisi pro mortali. Et sic dicitur tamem leproso viro tenetur mulier reddere debitum, licet non tenetur secum cohabitare. vbi tamen certissimum est quod proles nascatur leprosa. ergo simile est in menstruatam. Respondeo secundum doctorem subtilem vbi supra, quia in menstruo potest expectari tempus congruum vt nascatur proles sana, in lepra vero non. Vnde melius est quod nascatur leprosa vel aliqualis quam omnino nulla, quia melius est sic esse quam non esse. Verum tamen dicit Tho. vbi supra. q. ij. argu. ij. Si est fluxus innaturalis & diuturnus potest vir ad talem accedere. quia alias oportet

teret virum perpetualiter abstinere. Dicit etiam quod mulier menstruata potest reddere debitum viro potenti. debet tamen eum auertere precibus vt sufferat: non tamen ita efficaciter debet auertere quod possit esse occasio sibi incidendi in aliquas pessimas corruptiones sicut ad id pronus creditur. Si autem credit quod petit ignorer debet mulier aliquam occasionem prætere, vel infirmitatem allegare ne debitum reddat, ne periculum viro timeatur. Dicit autem Tho. quod accedens ad prægnatam, non semper peccat mortaliter: nisi timeatur abortus. Dicit etiam ipse quod si tunc vir præter consuetudinem & modum à natura institutam quantum ad situm exigat debitum à coniuge, puta à parte posteriori vel ad latus, non semper est peccatum mortale, sed quandoque potest esse sine peccato. Dimittere autem proprium vas semper est peccatum mortale & sodomiticum, quia hoc est contra naturam coniugij. hæc sanctus Thomas.

DE EXPOSITIONE.

missæ.



Mo facite in meam commemorationem. Luca. xxij. & de consecra. dist. ij. iteratur. quia secundum beatum Tho. in. iij. parte summae sua. q. lxxxiiij. artic. iij. mysterium nostræ salutis totum comprehenditur in sacramento eucharistiæ. Ideo tale sacramentum præ cæteris agitur cum maiori solennitate, quæ quidem solennitas in missæ officio consistit, vbi recolitur singularis

EXPOSITIO

memoria dominicæ passionis, iuxta quod ipse iturus ad passionem fieri præcepit dicens. Hoc facite in meam cõmemorationem. glo. idest in memoriam mortis meæ. Et quia singulæ partes missæ inenarrabilem dulcedinem redundât diuinorû mysteriorum. Designant enim gesta, facta, & opera Christi qui operatus est salutem in medio terræ, & præcipue circa mysteriũ suæ passionis, resurrectionis & ascensionis: ideo de singulis particulis huius sacri officij breuiter intendamus. Circa quod sciendum quod missa dicitur primo à mittẽdo, quia angeli ibi mittuntur. vt dicit Grego. de conse. dist. ij. q. si sanguis. Secundo ratione filij qui ibi mittitur à Deo patre. Tercio ratione nostri: qui mittimus vota nostra ad Deũ per sacerdotẽ vt nobis Deus mittat benedictionem & gratiam. Quarto ratione scilicet cathecuminum: qui vt dicit Hugo antiquitus admittebantur vsq; ad offertorium, & ab offertorio foras mittebantur. Cathecumini autem erant nouiter credẽtes nondum baptizati. Habet autem multa nomina istud officium missæ, seu sacramentũ. Dicitur enim missa propter rationes prædictas. Item dicitur eucharistia ab eo quod est bonum, & charis gratia, quasi bona gratia. Dicitur hostia, ab hostibus vincẽdis, quia per eam nostri hostes vincuntur. Immolatio dicitur secundum. Isido. vj. ethi. ab in & moles, quia in mole, id est in cumulo altaris sacrificatur. Communio dicitur quia est esca omnium fidelium, iuxta illud. Omnes de vno pane & de vno calice participamus. Dicitur

viaticũ, quia datur in hac via præsentis vitæ ad sustentationem. Dicitur sacrificium quasi sacrũ faciẽs, quia mystica prece consecratur. in psalmista. Immola Deo sacrificium laudis. &c. Dicitur etiã actio secundum Leonem papã, quia hic quasi in quodam iudicio agimus. Nam locus est Ecclesia, iudex Deus, actor diabolus, reus populus, conscientia testis, sacerdos defensor, sic dicit Augu. de se in oratione quadã. Summe sacerdos qui me inter te & meũ populum esse voluisti. &c. Secũdo vidẽdum est quis instituit missam. Respõdeo q. Petrus Iacobus & Basilus cæsariensis episcopus. De Petro dicitur in cronicis, q. primus antiochiæ primã missam celebravit sub tribus orationibus, vt dicit Hugo de sancto Victore. lib. ij. de sacramẽtis. ca. viij. De Iacobo & Basilio habetur de cõsecra. dist. ij. Iacobus. Dicit autẽ Archi. in dicto. ca. Iacobus. q. Iacobus instituit dicere secretã. Basilus autẽ alia addidit. pro quo sciendũ q. missa quondã non cum târo apparatu, nec cum tâta solẽnitate dicebatur. Primo enim ab apostolis dicebantur tantũ illa verba in celebratione missæ quæ dominus dixit. Hoc est enim corpus meũ, sed postea apostoli addiderunt dominicã orationẽ, & adhuc etiã apostolorum cõsuetudo præsentatur singulis annis sancto die veneris. excepto q. illo die non cõsecratur. Postea apostoli vel eorũ successores instituerunt q. epistola & euãgelium legeretur ante sacrificiũ. Primo autẽ legebatur epistola secũdo euãgelium. tertio dominica oratio. quarto dicebantur verba dominica. & tũc

offeritorium inchoabatur à lectore, qui mos sabbato sancto penthecostes adhuc seruatur. Postea vero sancti patres & apostoli illas solēnitates que nūc sunt in missa addiderūt. vt Alexāder, Gelasius, Gregorius, Leo, Cælestinus, Damasus. &c. Canonem autē dicit Greg. fuisse compositum à quodam scholastico. Apostoli tamen ibi multa addiderūt sicut infra patebit in suis locis de quolibet istorum specialiter. Tertio videndum est de præparatione sacerdotis. Et quia sacerdos est quasi pugil qui dimicare habet cū diabolo pro delictis populi in missa. Ideo armat se primo orationibus: secundo vestibus sacris. tertio ceremonijs debitis. Primo igitur dicit psalmos: Quam dilecta. Benedixisti. Inclina. Credi di. De profundis. & hoc quantum ad illos qui dicūt officium Romanū quod Linus instituit. Dicuntur autē isti quinque psalmi secūdum Innocē. propter trāsgressionem quinque sensuū: & etiam quia in quolibet eorū fit cōmemoratio de his que spectāt ad illud sacramētum & ad remissionē peccatorū. In primo dicitur de altaribus. Altaria tua domine virtutū. In secūdo de misericordia Dei. ibi. Ostēde nobis domine &c. In tertio de oratione. ibi. Venient ad te & adorabūt coram te. &c. In quarto de oblatione. ibi. Calicē sa. ac. &c. In quinto de finali redēptione. ibi. Quia apud dominū misericordia. &c. Secūdo sacerdos ornat se peccēdo pilos & purgando euulsos; per quod designatur cogitationū malarū mūdatio. Tertio lauat manus. iuxta illud Esa. Lauamini & mūdi estote. Quarto in

quitur sacris vestibus. Circa quod sciendū qualiter induitur episcopus q̄ simplex sacerdos. nam episcopus secūdū Ioannem Belet. primo induit sandales vel sotulares quod designat ocreas pugilorum. ipse enim tunc debet pugnare cū diabolo. vnde accipit spiritalia arma. Alba pro lorica operitur, cingulum pro arcu: subcingulum pro pharetra, & dicitur subcingulū quo stola ligatur. Stola circumdat collum, quasi hastam cōtra hostē vibret. Manipulo pro elaua. Casula quasi clipeo protegitur. Libro pro gladio vtitur. Mitra quasi galea caput protegit. Sed simplex sacerdos primo habeat calceos sine quibus nullus debet celebrare: etiā qui habet ex voto professionis incedere discalciatus. secūdum Bern. de parentinis. Et hoc significat humanitatē Christi, quam Ioannes baptista calceum appellauit. vnde in signum de spōsationis Christi & Ecclesiæ incedimus discalciati, & demū sacerdos ponit humerale quod designat velamē Christi, quod habuit cum sibi dicebatur velato capite. Prophetiza nobis Christe. Alba significat vestimētum, quo Herodes illudit Christum. Lucæ. xxij. Cingulum significat flagellum quo cæsus est circa columnā. Ioā. xix. Manipulus, funem quo ligatus fuit. Ioan. xvij. Comprehenderunt & ligauerunt eum. Stola significat ligamen quo ligatus fuit ad columnam. Casula significat purpureum vestimentum. Ista spiritaliter significant virtutes in sacerdote: nam humerale significat fidem quā apostolus appellat galeam. Ad Ephesios. vj.

EXPOSITIO PRIMAE.

Alba spem quæ totum contegit. Ro. viij. Spe salui sumus. Cingulum iustitiam. Esa. xj. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Manipulus significat fortitudinem cōtra impetum diaboli. Stola ab utroque humero significat prudentiam & temperantiā. Casula quæ totum operit significat charitatem. Habet ergo sacerdos simplex sex indumenta, quia habet sex officia, scilicet baptizare, prædicare, cathecizare, ligare, absoluerè, & consecrare. Episcopus vero habet nouem, scilicet caligas, sandalia, succintorium, mitram, dalmaticam, tunicam, cyrothecas, anulum, & baculum, quia episcopus habet plura officia quam sacerdos scilicet uirgines consecrare, ecclesias dedicare, clericos ordinare, synodū celebrare, chrisma conficere, vestes, uasa, & alia sacra Ecclesiæ ornamenta consecrare, & confirmare. Consecrationem autem vestimentorum prædictorum, Stephanus instituit anno domini. cclvij. Deinde sacerdos accedens altare dicit. Aufer à nobis domine cūctas iniquitates nostras. &c. signādo se in facie. Per quod petit omnia impedimēta à se auferri seu remoueri. Tandē osculatur reliquias in medio altaris dicēs. Oro te domine per merita omnium sanctorū tuorum & eorum quorum hic ossa recōdita sunt, ut eorum intercessione nobis digneris indulgere vniuersa delicta nostra. Per quod petit sanctorū suffragiū quasi ex se sit indignus. Deinde osculatur librū dicēs. Dignus sum domine accipere librū & aperire signacula eius, quoniam occisus es pro nobis, & redemisti nos Deus

in sanguine tuo. Osculum illud quod facit in medio altaris significat iudaicum populum. Euangelium vero gentilem qui per euāgelium credidit. Vnde quia Christus utriq; populo ueniens in mundum dedit pacem, ideo utrounq; osculatur. Quod autem prius sacerdos accedit ad dextrū cornū altaris, significat qd prius Christus prædicauit Iudæis, deinde gentilibus. His expeditur uidentum est de ipso officio quod habet sex partes. quarum prima uocatur præparatio, & durat vsq; ad epistolā. Secūda instructio, & durat vsq; ad offertoriū. Tertia oblatio, & durat vsque ad præfationem. Quarta consecratio, & durat vsq; ad Oremus præceptis salutaribus. Quinta sacramenti perceptio, & durat vsque ad communionem. Sexta gratiarum actio, & durat vsque ad finem.

DE PRIMA PARTE

missæ.



T quia populus debet primo uenire cū mentis deuotione ad Ecclesiam: ideo missa primo incipitur ab introitu. Pro quo sciendum qd olim missa inchoabatur à lectionibus sicut adhuc fit in sabbato paschæ penthecostes. Vnde Cælestinus primus natione Romanus anno domini. ccccxxvij. instituit ut ab introitu inciperetur. Post quē Grego. j. anno domini. ccccix. cātualet introitum cōposuit: & significat desideriū sanctorū patrum qui incarnationē Christi desiderabant clamātes deuote. Emitte agnum domine dominatorem terræ. &c.

& iterum. Vtinam dirumperes coelos. Per verbum autem designatur desiderij numerositas, quia diuersi diuersimode clamabant: ideo autem ut communiter introitus sumitur de Psalmis: quia olim cantabatur in principio missae. cl. psalm. sed quia tediosum populo erat: ideo Pelagius statuit ut solum aliquid de ipsis sumeretur. scilicet introitus cum versu. Aliqui tamen sancti habent speciales introitus in suis festis, propter reuerentiam eorum. Additur etiam Gloria patri, quia licet solus filius sit incarnatus: tamen tota trinitas operata est incarnationem: quod Damascenus Papa instituit. Omittitur tamen in missa defunctorum: quia illi non sunt in statu gloriae sed poenae. Similiter in dominica Passionis domini: qui tunc non recolitur gloria: sed confusio in persona filij Dei facta. Resumitur autem introitus: ideo quia tam praecedentes quam sequentes sancti in fide Christi sunt concordēs. unde & qui praecedebant & qui sequebantur clamabant osanna. Sciendum autem quod sacerdos debet primo egredi de sacristia quando introitus inchoatur. Signat autem egressus ille: Christi egressum de utero virginis gloriosae: de quo processit tanquam sponsus de thalamo suo. Secundo populus debet venire cum mentis humilitate: quod designat kirie eleyson. quod etiam Grego. papa cantari nonies instituit: & est graecum: significans tantum sicut domine miserere. Fit autem in graeco ut innuatur Christi titulus scriptus fuisse graece: hebraice: & latine. unde osanna & sabaoth hebraica sunt, reliqua

verò latina: vel ut omnis lingua confiteatur Christi passionem. Et fit nonies ut ad nouem ordinum angelorum contemplationem possimus peruenire. Triplicatur autem ad laudem Trinitatis. Et recto sequitur post introitum. Introitus enim significat aduentum Christi in carnem. kirie eleyson verò in mentem: quod signatur per hoc quod dicitur, miserere nobis. Tertio debet populus venire cum mentis erectione: quod signat cantus angelorum. scilicet Gloria in excelsis Deo. Et recte sequitur post illa duo, ad significandum quod homo ad aduentum Christi in carne & mente debet gaudere gaudio spirituali & vocaliter exprimere. Et primo incipitur à sacerdote: secundo à choro completur. per quod designatur quod primo vnus chorus, id est, vnus angelus in natiuitate domini incepit istum hymnum: post hoc alij multi ipsum prosequerentur. ut dicitur Lucae. ij. Et quia iste hymnus dictus est ad laudem Dei in natiuitate qui est mediator Dei & hominum: ideo in medio altaris dicitur: vel quia in media nocte natus est. Et quia iste hymnus in ortu Christi in mundum dictus est: ideo facie versa ad orientem ipse incipitur. Et quia istud canticum est letitiae: ideo in aduentu non canitur: quia sancti patres non in re: sed in spe habuerunt premium. Spes autem quae differtur affligit animam. Proverbiorum. xiiij. Similiter in. xl. & lxx. vbi recolitur lapsus primi hominis flebilis non dicitur. Unde nouem septimanis tacetur propter nouem chororum angelorum consortij priuationem. Item in die innocentium non canta-

EXPOSITIO PRIMAE.

tur: quia fuerunt non in gloriam: sed in vi-
tuperium Christi occisi. Generaliter tamē
dicitur iste hymnus quando dicitur. Te
deū laudamus. excepto sabbato Paschæ
& cena domini, propter speciales rationes.
In cena autem domini non dicitur nisi ab
episcopo. Sed sabbato Paschæ ab omnibus
quia illa missa est quodāmodo diei sequē-
tis. s. resurrectionis Christi. vnde in nocte
deberet celebrari. de conse. dist. ij. nocte.
Deinde sacerdos vertit se ad populum di-
cens. Dominus vobiscum. quod valet tan-
tum. i. dominus tribuat peccatoribus affe-
ctum & voluntatē bonam. Sed episcopus
dicit. pax vobis: quia est vicarius Christi: q̄
dixit apostolis suis post resurrectionē suā:
pax vobis: quasi diceret, in præsentī detur
vobis pax pectoris, & in futuro pax eter-
nitatis. Et chorus respondet. Et cum spiri-
tu tuo. i. dominus q̄ est in corde tuo sit etiā
nobiscum in corde nostro. Et hoc verbū.
dñs vobiscum. sumptū est de libro Ruth.
ca. ij. Sic enim legitur. booz salutasse mes-
siores suos: & propheta in Paralip. regem
& qui cum eo erant. & angelus salutās ge-
deonem dixit. Dominus tecum. Sed hoc
verbum. & cum spiritu tuo sumptū est
ab apostolo. j. ad Thi. ultimo. Sciendū ta-
men quòd sacerdos vertit se in missa quin-
quies: ad designādum quod Christus post
resurrectionem suam ipso die resurrectio-
nis quinquies apparuit suis electis. Primo
Mariæ magdalenæ: secundo mulieribus:
tertio Petro: quarto duobus discipulis in
emaus euntibus: quinto omnibus discipu-
lis absente Thoma. Et quia populus con-

uenit ad orandum cum intentione impē-
trandi: ideo statim sequitur collecta. Vn-
de dicit sacerdos: oremus: significans illud
quod Christus dixit apostolis. Orate ne
intretis in tentationem, per quod etiā red-
dit se indignum. vnde quasi conuocans ad
se fideles dicit: oremus, id est, omnes orate
vt quod petimus facilius impetremus. Et
tunc dicitur collecta seu oratio: quæ desi-
gnat quòd Christus dās nobis exemplum
orauit. & dicitur collecta: quia fit super po-
pulum collectum: vel quia in ea colligitur
populi oratio seu deprecatio. Et fit in dex-
tera parte altaris: per quam designatur bo-
na eterna & spiritualia quæ primo sunt pe-
tenda: iuxta illud. Primum querite regnū
Dei. Fit etiam versus orientem: iuxta Da-
mascenum libro quarto. ca. xj. vt paradi-
sum affectare mōstrarem qui est in par-
tibus orientis. Secundo vt Christum cru-
cifixum qui versus orientem stans in cru-
ce respiciebat attēdamus. Tertio vt ipsum
iudicē inde vēturū significem⁹. Quādoq;
autem dicitur vna oratio ratione solem-
nitatis. Aliquando duo vel tres vsque ad se-
ptenarium & non vltra: quia secundū In-
no. dominus septē petitionibus docuit ora-
re: & etiā quia vltra in tedium verteretur.
de conse. dist. ij. cum omnia. quādo autem
imponūtur plures collectæ: tunc primo im-
ponātur due postea tres: vel primo vnā vel
postmodū duæ: ita q̄ maior numer⁹ sequa-
tur & semp̄ fiāt in numero impari: q̄a p̄so-
næ diuinæ sunt impares in numero: & diri-
gūtur oēs oratiōes patri & filio: & nō sp̄i
sctō: q̄a cū ipse sit donū à dono nō petitur

donū secūdū Bernar. de tarātinis. De modo autē cōcludendi collectas dātur versus. Per dñm dicas cum patrē presbyter oras. Cum Christū memores per eūdem dicere debes. Cū Christo loqueris qui viuis dicere quæris. Qui tecū sicut collecta finis in illo. Si spiritus almuse eiusdē dicere debes. Hoc est vbiq; ad deū patrē dirigitur oratio. & nō est mētio de filio. dicatur per dominū. &c. Si autē ibi est mētio filij: dicatur per eundē dominū. &c. Si autem filiū alloqueris, dic. Qui viuis & regnas cū deo patre. &c. Si autē ibi est mētio de spiritu sancto: dicatur per dominū. &c. qui tecū viuit & regnat in vnitāte eiusdē spiritus sancti deus. per omnia secula seculorū amē. i. per omnia præsētia & futura. Nullus autē debet sibi facere nouas collectas quæ nō sunt ab ecclesia probatæ: quia prohibuit consiliū africanum cui interfuit Augu. Sciēdum etiam q̄ si imponitur collecta defunctorum in missa viuorum q̄ illa debet esse penultima & non vltima: quia finis debet suo principio cōuenire. Nullo autē modo in missa defunctorū collecta pro viuis debet imponi: quia mortui viuos iuuare nō possunt. Itē collectas dici præcepit Symachus natione sardus. Anno. ccccxciiij.

¶ DE SECUNDA PARTE MISSÆ.

BXpedita prima parte missæ quæ est ad populi præparationē: dicendum est de secūda quæ est ad populi instructionem: & incipit ab epistola in qua docetur populus in diuinis mandatis: & habet sex partes: scilicet mysterialē informationē:

de qua in epistola. pœnitētiāle operationē: de qua graduale. salutarē lamentationē: de qua in tractu. spiritualem exultationē: de qua in halleluya. principalem instructionē. de qua in euāgelio. & specialē fidei instructionē: de qua in symbolo. Secūdum autē Inno. epistola significat officium præcursoris qui præibat ante faciē domini. Et quia prædixit. pœnitētiā agite: ideo sequitur graduale. Sed quia post pœnitētiā sequitur gaudiū: quia ipse dixit. Appropinquabit enim regnū coelorum. ideo sequitur halleluya. quod est cantus gaudij. Et quia post Ioannis doctrinā secuta est doctrina Christi. Ideo sequitur euāgelium quæ est doctrina Christi: post quam secuta est fides apostolorū. ideo sequitur symbolum. Quare autē epistolæ nō fiunt de libris Moyfi: quia in illis promittuntur tēporalia. In epistolis verò Pauli æterna. Et hac ratione lectiones de libris Moyfi terminantur in grauē accentū. Sed lectiones epistolarū in acutū: quia sursum tēdunt. Graduale secūdum Inno. dicitur à gradibus in quibus cātabatur: & significat cōuersionem fidelium pœnitentium. Et interponitur versus ad designandum q̄ nullus verā pœnitētiā facit nisi plenæ cōuersus sit ad deū. Et obmittitur graduale in festis paschalibus: & loco eius dicitur. Hæc dies. Quia illi dies statum ecclesiæ futurū fœlicem insinuant: scilicet statum post resurrectionem vbi non erit pœna sed gaudium. Halleluya vox letitiæ significat gaudium pœnitentium quod habent ex promisso præmio. Et canitur etiā in aduentu:

EXPOSITIO

quia licet sancti patres habuerunt spem de incarnatione Christi: tamen quia incerti de hoc erant, ideo exultabant. Sed in septuagesima obmittitur: quia tunc casus primi hominis defletur: loco cuius canitur tractus cum prolixitate & asperitate vocis: significans prolixitatem miserie presentis incolatus. Et hoc Symachus papa instituit sicut & collectas. Additur etiam quandoque prosa post halleluya. scilicet quae est vox exultationis: ad designandum gaudium corporis & animae. Et est instituta à Nicolao papa. Primus enim cantabatur neuma quoddam longum post halleluya. loco cuius Nicolaus papa in festiuitatibus praecipuis prosam cantare instituit. Significat etiam diutina protractio notarum ipsius halleluya gaudium coelestis patriae quod est absque fine: & fit sine voce significatiua: quia tale gaudium nulla lingua exprimere potest. &c. Euangelium quod legitur in sinistra parte altaris: designat quod per ipsum peccatores sunt vocati. Et dicitur versus aquilonem ad euitationem malorum & imitationem bonorum. Mali enim per aquilonem significantur. Nam per aquilonem diabolus frequenter designatur contra quem est euangelium. Et dicitur in loco alto: scilicet in pulpito: quod non fit in epistola: quia altus locus datur seruantibus euangelium, quia coelum. Et propter hoc etiam terminatur in altum. Praemittitur autem ante euangelium: dominus vobiscum: salutatio populi per quod disponit populum ad audiendum deuote. Et chorus respondet: & cum spiritu tuo: id est, sicut tecum est Deus ad dicendum ver-

bum Dei: ita nobiscum sit ad audiendum. Deinde signat se in principio & in fine. Primo in libro facit signum crucis: quasi dicat, crucifixum praedico. Secundo in pectore: quasi dicat crucifixum credo. Deinde in facie ac si dicat crucifixum praedicare non erubesco. Similiter populus faciat: ne diabolus vertat facies ac mentes eorum ab auditione verbi Dei in principio: & in fine ne verbum tollat de cordibus eorum. Debet etiam populus stare & non sedere: in signum quod sunt parati pugnari pro euangelio: & caput eleuare in signum reuerentiae. Et hoc statuit Anastasius papa primus. anno domini. cccc. & iiii. habetur etiam de consuetudine. i. apostolica. Item arma vel baculos ponere in signum quod iuxta doctrinam euangelicam parati sunt: non armis, sed patientia se defendere: iuxta illud. Si quis te percusserit in unam maxillam praebere ei alteram. Aliquando autem thurificatur circa euangelium: per quod significat odor bonae operationis: iuxta illud. Sic luceat lux vestra. &c. Datur etiam osculum libri tantum sacerdotibus post euangelium & clericis, ad designandum quod ipsis debent esse manifesta diuina secreta. caeteris autem in parabolis. Lucae. viii. Post hoc canitur symbolum Nicenum: quod Martianus romanus post Siluestrem instituit. anno domini. cccxxxix. Et dicitur à sym, quod est con, & bolus morsus: quasi compositum per morsellos paruos, id est, articulos. Est enim collectum & diuersis locis sacrae scripturae in quo est tota fides. Compositum est tamen propter maiorem cautelam: scilicet propter hereticos: ne sit dif-

ficile quærerere articulos fidei in scripturis multis. Et est triplex symbolum. Primum apostolorum: scilicet, Credo, quod cõmuniter dicitur in prima & in completorio. secundum Athanasij: scilicet, Quicũq; vult saluus esse. Et tertium nicenũ: quod in synodo niceno fuit compositum. Illud autẽ potius canitur in missa quàm aliud: quia cõditum est tempore veritatis pro palate cõtra hæreticos insurgẽtes: & clarius est determinatum fidei, quàm symbolũ apostolorum: ideo potius canitur istud quàm illud. Vnde licet eadem sit veritas vtrobic; magis tamẽ claret in vno quàm in alio. Canitur autem alte & expresse vt omnes illud discant & sciant.

DE TERTIA PARTE MISSAE.

Consequenter videndum est de tertia parte missae quae dicitur oblatio quae continet sub se sex partes. Prima est populi exultatio: pro quib; offerre debet: & hæc signatur per offertorium. Secunda est oblationis presentatio: ibi. Suscipe sancta trinitas. Tertia est altaris thurificatio. Quarta cordis humiliatio: cum dicitur. In spiritu humilitatis. Quinta sequens oratio: scilicet secreta. Sexta manum ablutio. Circa quod sciendum quod sacerdos post symbolum dicit. dominus vobiscum. ad significandum quod ex quo debet ad oblationem accedere: & nulla oblatio potest esse accepta sine deo: ideo dicit. dominus vobiscum. Et quia tam sacerdos quàm populus debent esse valde attentissimi circa oblationem hostiae salutaris. Vnde tunc

quasi excitando populũ sacerdos dicit Oremus. Non tamen ulterius prosequitur voce alta: sed sub silentio dicit offertorium: per quod denotat suam intentionem maximẽ relectam ad deum. Significat etiam illud silentium, latibulum Christi ante passionem quando iudaei conspirauerunt contra eum: vt si quis eum confiteretur: extra synagogam fieret: cantat tamen tunc chorus valde letabunde ad designandum hilaritatem offerentium: quia datorem hylarem diligit deus. Et quia legitur etiam de David quod cytharam cum cantoribus percutiebat. Teneantur autem fideles ad oblationes secundum consuetudinem approbatam in aliquibus festiuitatibus. vt de conse. dist. iij. omnis christianus: quia dictum est a domino. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Licet autem hoc sit preceptum, tamen quantum ad quantitatem: vt tantum vel tantum offeratur: non est preceptum sed consilium. iuxta illud Exodi. xxv. Ab omni homine qui offert vltro neus accipietis eas: scilicet oblationes.

Sequitur secunda pars tertiae partis: scilicet oblationis presentatio. Circa quod sciendum quod sacerdos volens presentare oblationem Deo parat primo materiam. Et primo pro hostia accipit panem triticeum azimũ mundum & purum. & pro sanguinis confectione accipit vnum bonum & sapidum admixta modica aqua quae possit absorberi a vino: quo facto dicit. Fiat hæc comixtio vini pariter & aquae. In nomine patris & filij & spiritus sancti.

EXPOSITIO TERTIAE.

Deinde accipit calicem tenendo vna manu in medio: & reliqua sustentando pedē calicis: & alte subleuando dicit. Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem: quæ oratio de se indicat quid vel pro quo tunc oratur: tunc enim orat ecclesia Deum. &c. Dicta autem ista oratione debet calicem deponere deorsum: & patenā de super tollere: & panem ad pedes calicis collocare: videlicet inter se & calicem secundum modum magis communem. Calix significat Christi diuinitatem: patena humanitatē: quæ diuinitatem sicut patena calicem contexit. Sed tūc patena sub corporali obseruatur: quia discipuli relicto christo omnes fugerūt. Calix autem corporali operitur: quod significat sepulturā Christi. Debet autem corporale esse de lino mundo & candido: secundum Hugonē & secundū cōsiliū Lugduñ. vt etiā habetur in Burcardo. lib. iij. Hoc instituit filuester primus anno domini. cccxv. Nec debet in eo alterius rei materia præciosior aut vilior misceri. vnde dicebat Ioā. de deo, secundū q̄ refert archid. de cōse. dist. j. consultu: q̄ illi grauer peccant & offendunt: qui mittūt corporale confici cū farina, ad hoc q̄ stet rigidum super calicē. Nec tale corporale debet per mulieres lauari: nisi per sacerdotē prius lauetur in vase specialiter ad hoc deputato: in quo nihil est post modum lauādum. vt dicitur de conse. dist. j. nemo. Significat autem hoc corporale secundū Archi. vbi supra. ecclesiā. Quod autē supra ponitur calici significat quod Christi passionē ecclesia nō desinit imitari. Corporale autem mul-

to labore cādidatur: & ecclesia multo labore Christo cōformatur. Itē significat syndonem in qua Christus fuit inuolutus: & ideo fit corporale de lino: quia sicut linum multis pulsionibus & tusionibus ad candorē deducitur. ita ecclesia per illud significat quæ corpus Christi intelligitur multis pressionibus & passionibus ad candorem vitæ æternæ producit. Et ita etiam corpus Christi per illud significatum per multas tribulationes venit ad gloriam. vt dicit glos. ca. cōsultu. de cōse. dist. j. Et quia dictū est q̄ calix coopertus significat Christi sepulturam: hinc est q̄ tunc Maria magdalena venit vngere Iesum. &c.


Tertia pars est altaris thurificatio. Maria enim magdalena accepit libram vnguenti nardi pistici præciosi: & vnxit pedes Iesu: & domus impleta est ex odore vnguenti. Et sacerdos in modū crucis superducit: & circumducit incensum supra sacrificium & altare: vt ex crucis signaculo: & thuris incenso diabolice fraudis malignitas extricetur & effugiat. Quod verò tertio superducit & circumducit incensum: designat q̄ Maria ter exhibuit & adhibuit vnguentū circa corp⁹ Iesu. Primo cū vnxit pedes ipsius in domo Symonis pharisei. Scđo cū in domo Symonis leprosi super caput eius vnguentum effudit. Tertio cum emit aromata: vt veniens vngere Iesum. &c. voluntas enim reputatur pro facto: cū & p̄ se ipsam nō steterit quominus expleisset quod incepit. Quod vero post modum vndique totum incensatur altare: designat q̄ factū illud totam respersit ecclesiam: sicut domi

nus ipse testatur dicens. Amen dico vobis vbicunq; .&c. Matthæi. xxvj. Et Leo papa statuit incensum super oblatū fieri: quod & consiliū Rhodomagen. fieri statuit. De alijs etiā thurificationis significationibus plura. vide in rationali diuinorum.

Sequitur quarta pars tertiæ partis de humiliatiōe. vbi sacerdos dicit inclinato capite. In spiritu humilitatis. &c. & est oratio. Dañ. iij. cap. vbi sacerdos profunde inclinatur habens manus ante pectus: & circa hoc osculatur altare insignū crucis: quia per passionē crucis recōciliati sumus deo: & in eius amicitia admissi. Ad Ephe. ij. Alij tamē nō osculantur hic altare. Deinde sequitur oratio. Vbi sciēdum q̄ sacerdos vertit se tunc ad populum eos salutādo dicens hæc verba: Orate pro me peccatore: per quę verba sacerdos implorat auxiliū circūstātiū: propter altitudinē sacramenti. Et debent ista verba sonore & expresse dici. Et tunc vertit se sacerdos ad alterā partem dicens. Domine exaudi orationē: quia tunc orat singulari oratiōe. Et in hoc multi errāt supprelle illa verba dicētes: & cum hoc nolentes se vertere ad populū nec ad alterā partē altaris: quod nō est sine peccato. Ista autē cōuersio ad populū cū silētio subsequēte significat occultam apparitionē Christi qua apparuit Petro: quia licet certū sit q̄ ei in die resurrectionis apparuit: vt dicitur Luca ultimo: tamē incertum est vbi ergo sit sub silētio. Vnde quinto sequitur secreta: quia secrete dicitur: vt notetur mentalis conuersio ad deum: vt sit sacrificium an-

te deum gratum. Debēt enim tot dici secrete quod fuerūt in principio collectæ: & eodem ordine poni & concludi. Sed tamē in fine omniū dicitur expresse: per omnia secula seculorū: scilicet ad significādum q̄ licet sacerdos orat vt persona singularis: tamē ex quo pro toto populo orat: ideo occulte non debet finiri. Vel ad innuēdum q̄ sacerdos hic postulat auxilium populi. Vnde expresse respōdet clericus amē: ad designandum quòd post lazari resuscitationem Christus publice prædicauit.

Restat nunc videre de quinta parte tertię partis quę dicitur sequēs oratio vel præfatio: quæ habet quatuor partes. In prima populus salutatur cum dicitur. Dominus vobiscū. In secūda ratio assignatur ibi. verè dignum. In tertia laus diuina à populo cantatur, cum dicitur. Sanctus sanctus sanctus. &c. In quarta canon ipse inchoatur ibi. Te igitur clemētissime &c. Quātum ad primum sacerdos salutādo populum primo excitat eū ad attentione dicēs. Dominus vobiscū. Secūdo ad mētis erectionē ibi. sursum corda. Tertio ad gratiarū actiones. ibi. gratias agamus. Excitatur autē ad attentionē propter reuerentiā sacramēti in quo christus sumitur ipse fons bonitatis: ideo sacerdos dicit. Dominus vobiscū. Deinde dicit, sursum corda: ad designandū q̄ circa hoc sacramentū debemus habere altitudinē cōtēplationis: & ea q̄ sursum sunt appetere: vt dicitur Coll. iij. Et etiā quia istud sacramētū nō potest rite perfici sine illo qui est sursum, à quo bona cuncta procedunt. vt dicit Grego.



EXPOSITIO TERTIAE.

Et à quo omne bonū procedit. vt dicitur Iaco. j. Et ad designandū quòd hoc sacramentum non prodest nisi habentibus corda sursum. Ad quod statim respondet minister. habemus ad dominum. Et est sensus; id est, habemus corda nostra ad dominū leuata. Sed forte in hoc multi mētiuntur, habentes corda depressa: quos arguit propheta dicēs. Filij hominum vsquequo graui corde? Tertio excitatur populus ad gratiarū actiones: ibi. Gratias agamus domino deo nostro. vbi vide congruentiam laudis: quia enim est dominus: ergo à seruis vult laudari. Mala. j. Si ego sum dominus vbi est honor meus? & quia deus ideo vult coli: & quia noster est, ideo specialiter vult honorari vel venerari. Et quia tā innocentes quā poenitētes habent laudare deum: ideo dicitur recte: dignum & iustum est. Et certe dignum ratione suae maiestatis, iuxta illud Apoca. vij. Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio honor & virtus & fortitudo deo nostro dignum etiam pro tantis beneficijs nobis impensis, dignū ratione superabūdantis charitatis: ex quo proprio filio suo nō pepercit deus. &c. Quarto statim ratio assignatur huius à sacerdote cū dicitur. Verē dignū. Et hic incipit præfatio quæ repræsentat illud gaudiū puerorum cātantiū in die palmarum. Benedictus qui venit in nomine domini. Tempore autem quo cātatur præfatio debent manus eleuari: ad designandū quòd tunc sacerdos vult orare pro celestibus, & per ista verba sacerdos approbat primo deum digne esse laudādum. Se-

cundo inuitat angelorum exēplo cum dicit. Per quē maiestatem tuam laudāt angeli. q. d. secundum Innocen. dignum est: quia mera nos voluntate fecisti. Iustum: quia mera misericordia redemisti. Equū. quia gratuite nos visitaſti. Salutare. quia perpetue nos saluaſti. Nos tibi semper. i. in omni tēpore. Et vbiq; .i. in omni loco. Et si nō actualiter: tamē habitualiter: nō ponēdo videlicet obicē mortalis peccati. Vnde nō cessat orare qui nō cessat benefacere: secundū August. Circa q̄ sciēdum q̄ tantum decē sunt præfationes. Pelagius enim papa statuit nouem. sed Vrbanius papa anno domini. cccxliij. addidit decimam de beata virgine. Quotidianam autem præfationem fecit Symachus natione sardus. anno domini. ccccxcij. Prima est de natiuitate. Secunda de epiphania. Tertia de quadragesima. Quarta de resurrectione. Quinta de ascensione. Sexta de pentecoste. Septima de Trinitate. Octaua de sancta cruce. Nona de Apostolis. Decima de beata virgine. De hoc habetur de consecratione distinctione prima. Inuenimus. ex quo patet præfationem nouiter inuentam de dedicatione ecclesie esse superfluā & erronee introductam: nisi alias interueniret auctoritas papæ. De qua tamen vsq; modo nō constat. Vnde illi ea vtentes grauius peccāt. Cum enim vnā collectam minimam non possint mutare vel addere: multo minus tam solennem præfationem pro suo libitu immutare quis præsumat. Deinde sequitur. Sanctus quod Sixtus primus anno domini. cxxix. instituit:

per quod sacerdos orat vt laus nostra & voces nostræ laudib⁹ & vocibus angelorū associētur: quia angeli semper cātant sanctus. Ter autē canitur ad honorem trinitatis. Osanna bis: ad designandū duplicē stolam seu gaudiū corporis scilicet & animæ: & significat tantū, id est, obsecro salua.

S Equitur sexta pars tertiæ partis principalis missæ: scilicet ablutio manuum. Primario enim sacerdos abluit manus: ad significandū q̄ debet carere mortalibus: sed in hoc loco abluit: quia iuxta posse suū debet etiā carere venialibus. Et ideo solum capita digitorum perfundit. Et licet aliqui dicūt tūc versiculum. Lauabo inter innocentes manus meas: tamen conuenientius obmittitur propter continuationē sequētis canonis qui incipit. Te igitur: cui⁹ preludiū fuit sanctus. Sēsus enim est. Te igitur clemētissime. i. te qui sanctus es dominus deus sabaoth: deprecor quod cōgrue fieri nō possit, interpositis aliquib⁹ verbis, puta lauabo inter innocētes manus meas. &c. quæ faciunt notabilē discōtinuationem illarum orationum principalium: & ideo cautius obmittitur quàm dicitur.

¶ DE QUARTA PARTE MISSÆ.

S Equitur quarta pars principalis missæ: scilicet canō. Ad cuius euidētiā sciendū q̄ canon grece interpretatur regula latine: quia multum regulate cōpositus est. Dicitur autem q̄ Gelasius papa canonē principaliter ordinauit: licet à pluribus sit aliquid additū in eo: tamen ab vno est cōpositus. Dicitur

autem quod Clemēs secūdus anno. lxxj. post Cletum instituit canonem ante consecrationem: & ita dicitur canon quasi ex regula sanctorum patrum editus & cōpositus. Dicitur etiam sub silentio secundum Innocen. primo: ad significandū q̄ Christus secesserat in efrē à iudæis. Secūdo, propter maiorem cōuersionem mētis ad deum: quia tūc sacerdos debet intrare thalamum cordis: & hostio sensuum clauso deū orare. Tertio, propter periculi euitationem: ne vsu quotidiano verba sacra vilescant. Quarto, propter maiorem reuerentiā quia quæ in publico fiunt citius vilescūt. Hæc Bernardinus de parētinis. Incipit autem ab illa litera. T. quæ valde repræsentat signum crucis: ad significandū quod hoc sacramētum seu sacrificium fit ad memoriā passionis Christi in cruce. Et fit circa canonem imago crucifixi: vt tanto melius imprimatur memoria Christi passionis in cruce ipsi celebranti. Accedens autem sacerdos post abluitionem: primo benedicit se: secūdo cōpositis manibus osculatur imaginē crucifixi: inclinando se humiliter designans humilem inclinationem quam fecit Christus ante suam passionem in qua factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terram: sicut habetur Lucæ. xxij. Alij autem osculantur altare: ad significandū quod per hoc sacramentum acquirimus veram dilectionem cum Christo: quia minister nō debet esse infidelis: vt Iudas. deinde incipit dicens. Te igitur. Circa quod notandū quod illa coniunctio igitur, est illatiua res-

EXPOSITIO QVARTAE

pectu præcedentium: vnde ex quo dixit prius: sanctus dominus: nūc infert. Te igitur clementissime pater qui es sanctus. Dicitur autem clementissimus quasi in misericordia summe abundans. Et hæc verba dicēs sacerdos se inclinat, designās Christi humilitatem: seu humiliationē ad passionem. Additur etiam per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum. Hoc fit ideo: quia Christus docuit in suo nomine omnia esse petēda. iuxta illud Ioānis. xvj. Amen amen dico vobis: si quid patrem petieritis in nomine meo. &c. Describitur autē quadrupliciter. Primo vt Saluator, quia Iesus Matthæi primo. Vocabis nomen eius Iesum: quod interpretatur Saluator. Secūdo, vt rex: quia Christus quod interpretatur vnctus. Psal. Vixit te deus deus tuus. Tertio, vt patri naturaliter dilectus: quia filiū. Quarto, vt nobis prælatus: quia dominū nostrū. Supplices, id est, humiles rogamus. secundū Bern. de parentinis. rogamus pro illis: quæ nobis deficiūt: ac petimus pro illis: quæ ad salutem nostrā nobis necessaria sunt. Vti accepta habeas. id est accipias seu grata habeas. Et aliqui hic osculantur altare: quasi ostendentes se comparati Christo: sed nō est de essentia. Et debet produci illa dictio vti in fine. Nā licet idem valent vt & vti tamē vti plus est expressiua. Hæc dona. dicūtur dona quæ dantur à superioribus: quia hoc sacrificiū fit virtute supremi Dei: ideo dicitur donum. Munera: dicuntur munera: quia dātur seu offeruntur ab inferioribus. Hoc enim sacrificium ministerio sacerdotum

offertur Deo patri. Hæc sancta sacrificia dicuntur, quia fiunt pro peccatis nostris. Dicūtur autem illibata: id est incorrupta: non quòd illa accidentia non possunt corrumpi: sed quòd contētum sub eis, scilicet corpus Christi & sanguis non corrumpitur: iuxta illud. Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Fiunt autē tres cruces in verbis istis. Hæc dona. hæc munera. hæc sancta sacrificia illibata. Pro quo sciēdum quòd sacerdos ideo vtitur sepius signo crucis circa hoc sacramentum magis quàm circa aliud quia istud sacramentum est magis memoriale passionis christi: quæ ad crucem est terminata. Fiunt autem hic primo tres cruces: ad designandum triplicem Christi traditionem. Quarum prima fuit gratiosa à Deo patre ex dilectione: qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis tradidit illum. Secunda fuit à Iuda; quæ fuit ex auaritia & cupiditate: eo quòd pecuniam pro eo recepit: quam appellat mercedē iniquitatis. Tertia fuit à iudæis; quæ fuit ex inuidia: quia sciebat Pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum. Quia igitur deus pater dedit eum nobis in donum: ideo prima crux fit cum dicitur, hæc dona. Et quia Iudas pro munere tradidit eum: ideo secunda crux fit cum dicitur, hæc munera. Quia verò Iudæi ad mortem tradiderūt eum: vt crucifigeretur in sacrificium illibatum, ideo tertia crux fit cum dicitur, hæc sancta sacrificia illibata. Vel etiam secundum Guillelmum, maninensem. tres cruces fiunt in reuerētiam eius qui est trinus Deus in personis, cuius

potentia sit conuersio panis & vini. Et secundum Bern. de parentinis significat crucifixionem triplicem. Quarum prima fuit in voluntate & affectu: quando collegerunt pontifices concilium. Ioannis. xj. & Matthei. xxvj. Secunda fuit in vocibus clamantium. Crucifige, crucifige. Lucæ vigesimo tertio. & Ioannis decimo nono. Tertia in crucifixione manuum & pedum. Lucæ. xxij. Est itaque sensus istorum verborum quantum ad triplicem effectum. Nam quia Christus datus est liberaliter: ideo dicitur dona pluraliter: quia verò datus est vtiliter: ideo dicitur munera: & quia datus est vt nos sanctificaret mentaliter: ideo dicitur sacrificia illibata: id est immaculata. Sed quare dicitur pluraliter dona, munera. &c. Et non donum, munus. &c. cum hic nō fiunt plura sacrificia seu sacramenta: sed vnum tantum? Respondetur quòd licet corpus & sanguis Christi sint proprie loquendo composita distincta: tamen dicuntur vnum integritate. Sicut comestio in vna mensa quantum cunque ferula sunt diuersa aut potus diuersi: nihilominus dicitur vna comestio: & hoc vnitate integritatis: quia cibus & potus simul integrant refectionem: & habent vnum effectum & nutritionē. Et isto modo istud sacramentum dicitur vnum. Quando ergo dicuntur dona, munera, pluraliter: referuntur ad illas substantias panis & vini: quæ plura sunt composita per se: & nondū sunt corpus & sanguinis Christi vnum. Vnde secundum Gorram super Mattheū quāuis ibi sint plura materialiter: non tamen

formaliter: propter vnā operationē quam intendunt: scilicet refectionem spirituale.



Equitur. In primis q̄ tibi offerimus: vbi ponitur operatio salutis eorū p̄ q̄bus offertur hoc sacrificiū, & cui: quia deo patri vnde dicitur primis: id est principaliter, tibi. Secūdo quōs offert quia sacerdos ex parte totius ecclesie. ideo dicit offerimus, nō offero. Ex quo patet quòd malicia sacerdotis non viciat effectum consecrationis: quia non offert ex bonitate vel malitia propria: sed ex officio quod gerit ex p̄sona ecclesie. Tertio pro quo offertur. Et primo quia generaliter pro tota ecclesia. Vnde dicit pro tota ecclesia catholica: id est vniuersaliter toto orbe terrarum diffusa: & fidei sacramētis vnita: non pro synagoga iudeorum abiecta & dispersa vbiq; per diabolū. Quarto ostendit quid petit. vnde dicit quam scilicet ecclesiam pacificare digneris. vt scilicet pacem habeat ab hæreticis & scismaticis. Digneris etiam adunare, id est, in vnitatem colligere: quæ dispersa est inter perfidos vel paganos. Vel secundum Guillelmum manitin. orat hic presbyter pro inuicem discordantibus: vt vniantur in caritate. Additur autem vt custodire digneris: scilicet à vitijs & dæmonibus. & regere: scilicet in prosperis. Deinde orat pro p̄sonis singularib⁹: & primo pro capitaneis ecclesie: scilicet papa quæ verba addidit Clemēs: & postea Pelagius papa confirmavit. vnde idem dicit. Cōstat ab vniuerso orbe separatū esse: qui ob quālibet dissensionē

EXPOSITIO QVARTAE.

inter sacra mysteria apostolici pōtificis secundum consuetudinem memoriam nō frequentat. Deinde pro episcopo proprio. vnde dicit pro antistite nostro: quod episcopus celebrans obmittit: cum sit ipsemet antistes. post hoc addit de seculari principe. vnde dicit: & p̄ncipe nostro. hoc enim est consilium apostoli. i. ad Thi. ij. c. vbi inquit. Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes: & gratiarum actiones pro omnib⁹ hominibus: pro regibus: & pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietam & tranquillam vitā agamus in omni pietate & castitate. Debet autē intentio celebrātis ferri ad personam illius episcopi: in cuius diocesi celebrat. Romę tamen nō dicitur pro antistite nostro: quia ibi papa est episcop⁹. Similiter dicendū de principe illo in cuius regno vel ducatu celebrat. Deinde descendit generaliter orādo pro oībus fidelibus. Vnde dicit & pro omnibus orthodoxis. i. veris catholicis nō scismaticis, vel hæreticis. Vnde orthodoxus dicitur ab orthos. ti. qđ est rectū. & doxis gloria vel doctrina quasi recta gloria vel doctrina. Qui ergo recte glorificant deū: & rectā fidei doctrinam sequuntur: orthodoxi vocātur: atque apostolice & catholice fidei. i. per apostolos fundatæ & prædicatæ fidei cultores.

Memento etiam domine famulorū famularumq; tuarum: vbi iterum descendit in speciali ad memoriam ceterarum personarum. Vnde licet Deus noscat omnia: nec opus est sibi demonstrare personam pro qua orat presbyter: cū om-

nia nuda sint oculis eius. Heb. iij. Sed tamen obliuisci dicitur illorum: quibus gratiam suam non infundit. Similiter dicitur illorum recordari: quibus gratiam suā & dona largitur. Et est modus vulgariū quo communiter dicunt tribulati: deus oblitus est mei. Petit ergo hic duo. Primo, explicitate pro quibusdam. Secundo, pro omnibus circumstantibus. Vnde dicit. Memēto domine famulorum famularumq; tuarum: non dicit seruorū: quia seruitus peccatum designat. Ioan. viij. Qui facit peccatum seru⁹ est peccati. Et tales quādiu sunt in peccatis obliuiscuntur à deo. iuxta illud. Peccatores non exaudiet Deus. Ioan. ix. Sed famulus dicitur à fauore: quia est in fauore & gratia domini: vt sunt peccatores conuersi & pœnitentes pro peccatis: & tales Deus nouit. Vnde petit presbyter recordari talium. Et sciendum quòd sacerdos debet facere memoriā ordinate. vt scilicet, primo oret pro illis q̄ sunt maiori charitate diligendi. Et quia ordinata charitas incipit à se: ideo primo facit memoriam sui ipsius: cogitando tantum mente vel exprimendo: vt deus sui misereatur: & dimittat peccata: & tribuat gratiam. Deinde orat pro patre & matre, parentibus, & fratribus atque sororibus. Tertio, pro benefactoribus. Quarto, pro inimicis, & pro persecutoribus. Quinto, pro infidelibus vt conuertantur ad fidem. Et hæc quidem faciunt eis dispositionem in mente satis pulchram: facientes talem memoriam ad similitudinem ordinis casuum quorum primus est. Nominatiuus: in quo

fui ipsius recordatur. Secundus est genitiuus: & significat genitorem, id est, parētes. Tertius datiuus: & significat datorem vel benefactorē. Quartus accusatiuus: & significat accusatorē vel inimicū. Quintus vocatiuus, & significat vocādos ad fidē. Sextus ablatiuus: & significat mortuos à nobis ablatos. Et de istis fit mētio in secunda memoria. Sed quare prius pro viuis quàm pro mortuis oramus? Respondeo quia viui sunt in maiori periculo: quia possunt damnari. Mortui autem pro quibus oratur sunt in purgatorio: de quibus nō time tur. Et de ista memoria debet se cito expedire: propter distractionem mentis & euagationem. non sicut quidam faciunt dormitantes in tali memoria: ita quòd quandoque populares recedunt à missa tædio victi. & hoc est scandalum: & per consequens fugiendum.

Sequitur. Et omnium circumstantium, id est, audientium missam digneris esse propitiuus: quos vides in te credere recte & te deuote diligere. Et ex hoc patet quod valde vtile est interesse missæ: quia pro talibus specialiter oratur. Vnde statutum est vt omnes fideles audiant missam: dominicis diebus & festiuis diebus. de conse. dist. j. omnes fideles. & ca. missas. Et dicunt doctores hoc idem esse præceptum vt ibidem pater. Sequitur pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt, id est non solū illis digneris misereri pro quibus hoc offerimus sacrificium laudis: sed etiam illis qui soli hoc offerunt pro se suisque omnibus: videlicet consanguineis & affinibus

familiaribus & amicis: pro redēptione animarum suarum. q. d. non pro tēporali lucro: sed pro spe salutis & incolumitatis suæ, id est, pro salute & incolumitate sua speranda. Et quia bona hominis triplicia sunt: ideo pro æternis prius orat. scilicet pro spe salutis. secūdo pro corporalibus: ideo dicit incolumitatis. i. corporalis sanitatis. tertio pro spiritualibus: ideo dicit seu addit, pro redēptione animarū suarum. Sequitur qui redūt vota sua: æterno deo viuo & vero. Vota dicuntur illa quæ voluntarie promittuntur. Dicuntur autē vota nostra. quia fiūt à nobis ex libertate arbitrij sine coactione. Dicuntur etiam Dei: quia per gratiam eius fiunt quam dat illis qui vouēt: vt possint etiam ea perficere. Sed circa prædicta quæritur, quare presbyter non orat primo pro se: sed prius & principaliter orat pro Papa: & se obmittit? Ad quod dicendū: quòd ibi orat vt persona publica. Ideo publicum bonum seu commune prætulit proprio bono. Hic autem orat vt persona singularis intrando memoriam singularium & priuatarum personarū: & ideo præponit se omnibus.

Communicātes. Postquàm posuit cōmemorationem illorum qui salute indigēt. hic ponit illos qui ad salutem adiuuāt, vt sunt sancti. Et primo ponit eos in generali. Secundo in speciali. Dicit ergo communicantes. Et hoc composuit Linus papa. Communicantes, id est, participantes cum sanctis in hoc quòd deū videmus: licet differēter, quia nos per fidem: ipsi ad oculum: tamen ex quo idem obiectū ha-

EXPOSITIO

habemus cum illis: scilicet vnum deum. ergo
 participamus cum eis. & memoriam vene-
 rantes, id est, veneranter colimus. In pri-
 mis gloriolæ semper virginis Mariæ geni-
 tricis dei & domini nostri Iesu Christi: sed
 & beatorum apostolorum ac martyrum tuorum
 Petri & Pauli. vbi ponit. xij. Apostolos
 & xij. martyres. Confessores autem non ponit:
 cuius ratio est quia tempore quo positus est
 canon: non celebrabatur memoria confesso-
 rum ita solenniter: vel ideo ponuntur mar-
 tyres: quia imitati sunt Christum in passio-
 ne, & maximum honorem ostenderunt pro
 ipso morientes quod non fecerunt confes-
 sores: hoc autem sacrificium est maximi
 amoris. Ponuntur etiam aliqui martyres
 minus notabiles quod factum est diuina dis-
 pensatione. Nam ut dicitur dum sancti pa-
 tres deleuissent istos & alios scribere vel-
 lent: cras inuenerunt illos deletos aureis lite-
 ris scriptos. Vnde bonum est etiam aliquan-
 do minus sanctis reputatis reuerentiam im-
 pendere: & eorum suffragia postulare: quia
 secundum Thomam, quibusdam sanctis
 datum est patrocinari specialiter: & in spe-
 cialibus negocijs. vt beato Antonio con-
 tra ignem. &c. Præponitur autem omnibus
 sanctis beata virgo Maria: quia ipsa est sa-
 lutis nostræ præcipua adiutrix: & ipsa in
 cælo primum locum tenet post Dei filium.
 Deinde ponuntur apostoli: quia ipsi tradi-
 derunt nobis formam & ritum huius sa-
 crificij. Deinde martyres qui pro illo qui
 est in hoc sacramento se obtulerunt ho-
 stiam viuentem. Petimus autem hic eo-
 rum suffragium, significantes quod quam-

diu sumus in hac vita: necesse habemus eo-
 rum suffragia postulare: cum ipsi Christo
 sint in gloria propinqui. vnde possunt no-
 bis impetrare gloriam. Post eleuationem
 vero petimus eorum consortium: designan-
 tes per hoc quod post resurrectionem iun-
 gemur sanctorum consortio: & non indi-
 gebimus suffragio. Non dirigimus autem
 orationes nostras ad sanctos: vt per eos im-
 pleantur quæ postulamus: sed vt eorum
 præcibus nostræ orationes fortiantur effe-
 ctum. In quibusdam libris ponitur hic si-
 gnum crucis, cum dicitur: muniamur au-
 xilio: sed non habet fundamentum cum
 non petamus hic muniri signo crucis: sed
 patrocinio sanctorum. Quomodo autem
 sancti vident orationes nostras dicit hic
 Bern. de parantinis: quod non cognoscunt
 eas cognitione naturali vel beata: sed vir-
 tute reuelationis, per quam cognoscunt
 orationes nostras vocales siue mentales.
 Fit etiam additio in quibusdam festiuita-
 tibus: quia ibi petimus protectionem diui-
 nam specialem. vt in natali. in epiphania.
 in Pascha, Ascensione, & Penthecoste. In
 quibus specialia dona circa nos facta reco-
 luntur: quæ nobis dari tunc postulamus.
 In fine autem hic non dicitur Amen. quia
 angeli respondent Amen.

Hanc igitur oblationem. hoc addidit
 Leo Papa Anno dñi. cccxliij. Vbi
 quasi comprehendendo omnia supradic-
 ta summarie concludit. petit ergo qua-
 tuor. Primo petit. acceptionem oblatio-
 nis. vnde dicit. Hanc igitur oblationem ser-
 uitutis nostræ. Et vide quare hic presby-

ter specialiter appellat se seruum: superius verò alios appellat famulos. Ratio quia quilibet debet se reputare peccatorem & non alios. Dicitur autem hæc oblatio seruitus: quia sumus empti ista oblatione. iuxta illud. Empti estis precio magno. Sed & cunctæ familiæ tuæ quæ tibi famulantur & seruiunt. vt placatus accipias. licet enim deus sit semper placatus, id est, misericors quantum est in ipso sacrificio, tamen saepe offenditur ex parte ministrorū quādo sunt in peccato. Sequitur, diesque nostros. vbi petit foedus pacis. Vnde dicit. diesque nostros in tua pace disponas. vt loquitur non solum de pace temporis: sed etiam peccatoris. quæ est cessatio à peccatis: atque ab æterna damnatione. Nos eripe. vbi petit euersionem carceris, id est, damnationem perpetuam. Et in electorum tuorum iubeas grege numerari. vt petit adiunctionem cum electis per Iesum Christum dominum nostrū. Et istā particulam sanctus Grego. composuit. fit autē appositio istius particulæ certis diebus. vt in resurrectione & Penthecoste. Ex quo enim petimus remunerationē quæ fit per resurrectionē Christi & spūs sancti missionē. ideo tūc fit additio. secundum alios etiam in cena domini: quia per illud sacrificiū tunc institutū datur remuneratio. iuxta illud. Qui māducat hunc panem. &c. Hæc autem verba dicens sacerdos se profunde inclinat: significans quòd legalis sacerdos summo conamine obūbrabatur ne videretur: vel quia orauit Christus profunde se inclinando & humiliando ante horam passionis.

¶ SEQUITUR SECUNDA

pars canonis.

Quam oblationē. &c. Hæc est secunda pars canonis in qua ponitur sacrificij consecratio: & habet tria dicta. Primo namq; virtus consecrati petitur. Scdō ipsa consecratio perficitur. ibi: quæ pridie. Tertio rei consecrate commemoratio exprimitur ibi. Vnde & memores. Circa primū: primo ponit sacrificij oblationē. Secūdo oblationis benedictionē: ibi, quæsumus benedictam. Tertio sacrificij transsubstantiationem ibi. vt nobis. Dicit ergo. Quam oblationem. i. terrenam materiam ad corpus filij tui destinatam. secundum Guil. mantinen. Tu deus quæsumus in oibus. i. tota cogitatione: tota cognitione: tota mēte: & toto intellectu digneris facere benedictā, id est, per quā homines benedicantur. Ascriptā, id est, per quā homines ascribuntur in cælo. Ratā. i. per quā de visceribus Christi esse censeantur. Rationabilē. i. per quam à bestiali sensu exuantur. Acceptabilē. vt quæ nobis in ipsis displicemus: per hanc acceptabilem vnico filio eius sumus. Ita exponit Augustinus de consecra. distin. ij. vtrū sub figurā. Sed Innocē. exponit referendo ad Christum benedictam, id est, immunē à peccato. ascriptā, id est, scripturis preñunciatā & figuratā. Ratā, id est, non transitoriam sicut vetus lex. Rationabilem, id est, quasi non peculiarem: sicut erat hostia legalis quæ nō mudabat à peccato. Acceptabilem contra illam de qua Esaias. & Hier. dicunt. Obtulisti hostiam non acceptam. cōmuniter tamen hoc refert ad differen-

EXPOSITIO SECUNDAE.

tiā oblationis iudæ. Illa enim traditio fuit maledicta: ideo ista fit benedicta. Illa autē proscripta vel descripta de libro viuentiū: ideo digneris facere ascriptā illā. Illa fuit irrita. i. iniqua & detestabilis. ideo Deus fac illā ratam. Itē illa fuit irrationabilis: ideo deus fac istā rationabilē. i. ratione plenam. vt fiat rationabile nostræ seruitutis obsequiū. Ille reddidit mala pro bonis: propter quod reprobatus est: sed tu deus fac hanc acceptabilē p̄ quā tibi nos reddas acceptos. Fiunt autē hic quinque signa crucis: tres cōmunes super panē & calicē simul. quarta autē super panē: & quinta super calicē per se. Et significant quinque loca vulnerū eius. Vel secundū Immo. tres significāt triginta denarios pro quibus veditus est Christus. Duæ autē veditiōne & emptionē: siue veditorē & veditum. Vel secundū Bern. de parētinis. & secundū Guil. manitiñ. significant tria quæ Christus fecit circa hoc sacramentū. Nā accepit, benedixit. & dedit. Ecce tria. & specialiter fit crux vna sup oblatā: & vna sup calicē: quia dixit. Hoc est enim corpus meū: & iterū bibite ex hoc oēs. & sequitur. Vt nobis corp⁹ & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi. Vbi petit trāssubstantiationē panis in corpus Christi per hoc verbū cū dicit, fiat. Illud enim est verbū creationis siue creatoris. Gen. j. vbi dixit. Fiat lux: & sequitur: & factū est ita: & nō dicit sacerdos vt faciam corpus Christi: quia non est nisi minister huius conuersionis. Ideo non in propria persona: sed in persona Christi dicit fiat. Dicit autem dilectissimi filij tui: quia nul-

lus potest esse dilectus Deo quantumcūq; sanctus sicut Christus: ratione cuius dilectionis propter ipsum totius mundi peccata indulgit. Fiunt autem duę cruces. vna super panem: alia super calicem: ad significandum quod hoc sacramentum valet ad salutem corporis & animæ.

Sequitur qui pridie. Hæc verba addidit Alexander primus anno domini. cxxij. & hic perficitur consecratio. Circa quod primo representatur quid Christus in cena fecit: vnde dicit. Qui pridie, id est, vna die antequam passus est: vel vna die precedente ante passionem accepit panem. & in hoc loco teris digitis super corporale accipit sacerdos hostiā reuerēter: & debet eā tenere submisse: nō ostendendo populo vel ministro ne videatur aliquo modo ante consecrationem. Vnde dicit. accepit panem in Sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis in coelum oculis ad te Deum patrem omnipotentem. Et hic eleuat sacerdos oculos supra coelū, in quo Christus significatur: quia oculos mentis debemus eleuare in coelum, vnde veniat auxilium nobis. vt dicitur Psal. Quia omne bonum de sursum descendit. sequitur. Gratiā agens, non pro se: sed pro nostra Redemptione benedixit: & fit ibi Crux super hostiam: quæ significat, quod Christus passus est in natura humana: scilicet in corpore & anima: quia dixit. Tristis est anima mea vsque ad mortē. Et ideo p̄ se benedicatur hostia: per se calix. Et nō intelligas quod Christus benedixit. i. crucē fecit super panē: cum virtus crucis nulla

fuit ante passionem eius: sed benedixit, id est verba consecrationis, scilicet illa. hoc est enim corpus meum. super panem protulit, quorum virtute verborum facta est statim benedicta transsubstantiatio panis in corpus Christi. vnde. ex pone. benedixit, id est vim benedictionis verbis per ipsum prolatis dedit, vt transsubstantiaretur panis in corpus Christi verum. sequitur. Ac fregit deditque; discipulis suis dicēs. Accipite & comedite. Vbi sciēdum quod licet dicatur quod Christus prius fregit: & tūc cōsecrauit. tñ ita nō intelligēdū est quod Christus prius fregisset & tūc bñdixisset: sed quod Christus post benedictionē & cōuersionē fregit. vnde sic cōstrue literā. Accepit panē & benedixit. i. dicēs. Hoc est enim corpus meū, & tūc fregit deditque; discipulis suis dicēs. Accipite & comedite hoc est enim corp⁹ meū. Prius ergo protulit illa verba, vt eis vim conficiēdi tribueret. Deinde ea protulit, vt apostolos formam cōficiēdi doceret. Ita dicit Guil. cōmuniter tamen dicitur quod semel protulit Christus illa verba; tunc scilicet quādo voluit dare apostolis. Vnde dādo eis tūc benedixit per illa verba iam dicta, scilicet, hoc est enim corpus meū. Itē dicit Gorra super Matt. Et ita per illa verba semel prolata simul confecit, & formā cōficiēdi dedit. vt dicit Bern. de parētinis. vnde sensus est. benedixit fregit deditque discipulis suis: & tunc dixit. Hoc est enim corpus meum, & iste est verus intellectus.

Hoc est enim corpus meum. Ista est forma consecrationis venerabilis sacramenti eucharistiæ: quam dicens sacer-

dos habeat intētionem veram consecrandi corpus Christi. Non obmittat autem illam coniūctionem enim, quia licet nō sit de substātia sacramēti. est tamen de essentia præcepti: vnde grauius peccaret obmittēs eam. Aliqui vero dicēs ista verba tenēt hostiam in manibus, ita quod possit videri à circūstantibus, quod est graue periculum, quia tūc potest adorari per simplices ante consecrationem quod erit graue peccatū idololatriæ: & ideo teneat eā valde depresso in altari, ne videatur. Fit autē eleuatio hostiæ sacratissimi corporis Christi vt ostēdatur omnibus oblata esse ad salutem. iuxta illud. Ego si exaltatus fuero à terra. &c. Secūdo vt extunc populus cognoscat esse veritatem sacramēti quæ nō prius facta est, sed modo vt iam sciat veraciter adorare Deum præsentem. Expositio autem istius formæ verborum requiratur supra in tractatu de sacramentis circa sacramētum eucharistiæ: vbi sufficienter expedita est. Sequitur. similiter. &c. vbi ponitur forma consecrationis sanguinis Christi: vbi sciēdum quod sacerdos volens proferre ista verba, debet ipsum calicē accipere ambabus manibus: & cū dicit. Benedixit: debet facere crucem super calicē tenēdo calicem in manu sinistra, ne tactu vel impetu cadat. Crux super calicē significat passionem Christi in anima, vt dictum est: & etiam nostram salutem in anima. Et facta cruce debet tenere calicē sicut prius. & hoc factō profert verba consecrationis, habēdo intētionem consecrandi sanguinem Christi. Et si potest habere actualementem

EXPOSITIO QVARTAE.

est tanto melius. Debēt autē proferre verba ista sine aspiratione magna, non sicut quidam fatui faciunt, facientes anhelitum magnum ac pessimum in hostiam vel calicem: ita quod astantes scandalizantur. Vnde dicit. Similiter postquā coenatum est accipiens hunc præclarum calicem, & ponitur hic continens pro cōtento, id est vinum cum aqua mixtū in calice, ad transsubstantiandum in sanguinem suum. Dicit etiā hunc calicem, quia idem est nunc qui fuit tunc in specie similis quantum ad materiam calicis, quantum vero ad contētū Christi sanguinē idē est in numero nūc qui fuit tunc. Addit autē præclarū, quia istud sacrificiū inter omnia est præclarissimū, vnde psalmus. Calix meus inebriās quā præclarus est. Sequitur, in sanctas ac venerabiles manus suas, quo tēpore recipiat sacerdos calicem in manus. sequitur. Item tibi gratias agens, quod referas ad illud quod dictum est, simili modo, & facit sicut prius agendo gratias Deo patri. Sequitur. bene dixit, dedit quē; discipulis suis dicens. Accipite & bibite ex hoc omnes. &c.



Hic enim est Calix sanguinis mei noui & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Hoc totū est de forma consecrationis sanguinis. & exponitur. Hic est calix sanguinis mei, id est, hic est sanguis meus in calice cōtensus noui, id est vltimi & æterni, id est perpetui testamenti mysterium fidei, id est habens secretam & absconditam intelligētiam tenē-

dam per fidem, quia aliud videtur, & aliud sub visis speciebus firmiter esse creditur: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dicit notāter pro multis & non dicit pro omnibus, quia licet pro omnibus effusus est quātum ad sufficiētiam: ita quod sufficiens est saluare omnes, non tamē quātum ad efficaciam, quia nō omnes efficiūtur saluati per ipsum. Dicit autem pro vobis, quod. Iudeis, quia Apostoli Iudæi erāt: & pro multis, scilicet gētilibus in remissionem peccatorū, id est propter remissionem peccatorum. His dictis eleuat sacerdos calicē: vt populus adoret sciēs iam ibi veraciter esse sanguinē Christi. Aliqui autem eleuāt reuertit calicem. Aliqui discoopertum, sed nō est vis. Nam coopertus designat occultū & difficile mysterium sacramēti huius. discoopertus autem significat separationē sanguinis Christi à suo corpore tempore passionis. & ob hanc etiā causam separatim cōsecratur corpus Christi & sanguis, vt significatio exprimatur. vt dicit Gorra super Matth. xxvj. ca. Hæc quotiescūq; feceritis in memoriā facietis. hæc clausula quia tam cōsecrationis corporis quæ etiam sanguinis respicit complementum: ideo post vtrūque est dicēda. Sciendum etiam quod tempore eleuationis debet fieri à populo deuota inclinatio. vt dicitur in. ca. sane. de cele. mis. & possunt dici hæc verba à populo. vt dicit glo. ibidem. Salue lux mundi, verbum patris, hostia vera, viua caro, deitas integra, verus homo. Possunt etiā dici ista. Transsubstantientur res istę in corpus & sangui-

nem tuum domine, ad honorē & laudem nominis tui, ad remissionem peccatorum, & ad salutem animarum nostrarum. Potest, etiam dici tunc, pater noster. &c. Vnde & memores domine nos serui tui, ubi ponitur cōsecratę rei cōmemoratio: quia enim Christus dixit. Hoc facite in meam commemorationem: ideo presbyter dicit. Vnde & memores nos serui tui. Hoc dicūt ministri causa humilitatis, vocantes se seruos. Sed & hęc plebs tua sancta, id est per baptismū sanctificatio eiusdem Christi filij tui domini Dei nostri tam beatę passionis. Et hic sacerdos manus extendit ad modum crucis, vt per illam extensionē manū suarū, extensionē manū Christi repręsentet in cruce: contra quod tamen faciūt illi qui vix manus mouent verecundantes manus extēdere in hoc loco. Sed tu miser sicut & ego, vt quid vereris tāti domini & Dei tui repręsentare figuram & dispositionem qua te redemit, & nō vereris circa illicitas choreas & forsam amplexus mulierū extēdere manus, pedes, brachia atque totum corpus, & repręsentare diaboli figuram? Sequitur, nec non ab inferis resurrectionis, ubi sacerdos contrahit ad se brachia, & significat ab inferis resurrectionem. Sequitur, sed & in coelos gloriosę ascensionis, ubi sacerdos erigit altius manus vsq; ad humeros: in signum quod Christus eleuatis manibus ferebatur in coelum. Et ab hoc loco stringuntur digiti, scilicet pollices & indices vtriusque manus, nec disiunguntur, nisi quādo opus est tangere sacramentum, quod fit ob reue-

rentiam sacramenti, ne digiti aliquid tangent post contactum corporis Christi: ne etiam eis incaute aliquid cohereat, quod per disunctionem deperdatur, quod esset magnum peccatū: ideo fit sacerdos in hoc multum cautus. Sequitur, offerimus pręclarę maiestati tuę, id est prę omnibus alijs clare, quia licet corpora sanctorū erūt clara: tamen Deus pręclarior est in sua maiestate, quia est speculum sine macula. Sequitur de tuis donis, quod dicit ratione spiritualium ac datis ratione temporalium in pręsenti. Et quid offerimus: subdit, hostiam puram, quia Christus conceptus est sine originali peccato de virgine. sanctam, sine mortali. immaculatam, sine veniali. panem sanctum vitę æternę. panem viatoribus pręsentis vitę pro vita æterna consequenda pręparatum, & calicem salutis perpetuę, quia ipse est reficiēs & inebriās in patria. secundum Bern. de parentinis. Fiunt autē hic quinq; cruces, ad designandum quod Christus in quinq; sensibus patiebatur, vel etiam plagas & vulnera duas manuum & duas pedum & vnā lateris. secundum Guillermm manitiñ. Facit autem tres cruces super vtrūq;, scilicet corpus & sanguinem, & duas per se quālibet singulariter. secundum autem Bern. de parentinis significant quinq; effusiones sanguinis Christi, scilicet in circuncisione, in sudore, in flagellatione, in crucifixione, & in lateris apertione.

¶ SEQUITVR TERTIA
pars canonis.

EXPOSITIO QVARTAE.



SVpra quæ propitio ac sereno vultu. &c. Hic ponitur tertia pars canonis, in qua ponitur effectus sacramenti quæ est tres tantum. & sunt tres particulæ. Primo petitur donorum acceptatio. Secundo diuinæ misericordiæ imploratio. ibi supplices. Tertio collatio gloriæ. ibi: memento domine. Dicit ergo. Supplices te rogamus. Vbi sacerdos cancellat manus in modum crucis eleuando eas: ita quod aliquantulum ad ministrum protrahi possunt: & est sensus. Supplices te rogamus, ut super ista dona propitio ac sereno vultu respicere digneris: propitio, id est accipiendo ea tanquam tibi gratuite placita, ac sereno, id est misericordi. iuxta illud. Illuminet vultum suum super nos. &c. Respice re digneris, id est accepta habere digneris. unde sequitur, & accepta habere sicut accepta dignatus es habere munera pueri tui iusti Abel. De isto Abel habetur hystoria Gene. iij. vbi dicitur. Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. & ita fuerunt Deo accepta. Sequitur. & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ: qui filium suum voluit immolare. Gen. xxij. quod reputatum est ei ad iustitiam. Sequitur. & quod tibi obtulit sacerdos tuus summus Melchisedech. De isto dicit Bern. de parentinis. quod fuit primogenitus Noe qui vixit temporibus Abrahæ, & iste obtulit panem & vinum in sacrificium gratias agens Deo pro victoria Abrahæ concessa super quinque regibus, per quæ omnis designatur istius sacramenti grata Deo acceptabilitas. Nam sicut Abel obtulit grata primogenita, sic

Christus oblatus est primogenitus in multis fratribus. Et sicut Abraham unicum obtulit filium, sic Christus unicus Dei patris oblatus est. Et sicut Melchisedech obtulit panem & vinum, sic Christus in pane & vino hoc sacramentum instituit. de quo dicitur. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vocat autem Abel puerum non à pueritia, quia fuit vir. xx. annorum, sed à pueritia innocentie. Abraham autem dicitur patriarcha, id est pater fidei catholice, quia primus in Deum credidit, & primus incarnationem præcognouit. Ioan. xij. vidit & gauisus est. Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Hoc addidit Leo papa.

SVpplices. Hic petitur diuinæ gratiæ insusio. Vnde dicit. supplices, id est humiles te rogamus omnipotens Deus: vbi sacerdos humiliter inclinatur cancellatis manibus positus super altare, quæ cancellatio sicut & prima significat quod per crucem & passionem petit offerri ista. Sinistra autem supponitur per quam significatur passio Christi. Sed dextera supraponitur per quam Christi resurrectio designatur. Sequitur. Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui. quod exponit Thomas in. iij. sententiarum. dist. xij. non quod angelus ista consecret cum potestatem non habeat, sed orationes sacerdotis & populi Deo præsentat. secundum illud Apoc. viij. Ascendit fumus aromaticum in conspectu domini, id est vota vel supplicationes fidelium de manu angeli quæ sunt orationes sanctorum. Exponitur ergo. Iube hæc vota vel supplicationes fi-

delium perferri per manus, id est per mysteria angelorū, in sublimē altare. i. in Ecclesiam triumphantē vel in plenam participationē deitatis quod est sublimē altare. Vnde sequitur in cōspectu diuinæ maiestatis tuæ. Veliube perferri hæc, id est Ecclesiam militantē in sublimē altare. i. in ecclesiam triumphantem, & hoc fac per manus angeli. id est filij tui. Sequitur. Et præsta vt quotquot, scilicet fideles ex hac altaris participatione. &c. Et hic primo sacerdos disiungit manus & osculatur altare in dextera parte, per quod representatur osculum Iudæ quod dedit Christo cū surrexit ab oratione. Et fit hoc in deestationem ipsius Iudæ. Sequitur. sacro sanctum filij tui corpus, & hic facit crucē super hostiam. Sequitur & sanguinē, & hic facit aliam crucem super calicē. Sequitur. sumpserimus omni benedictione cœlesti & gratia repleamur, hic signat se ante faciem. Crux super hostiam, designat vincula, quibus alligatum fuit corpus Christi. Crux super calicē, designat flagellū quo eductus est sanguis de corpore. Crux super faciem, designat sputa in facie Christi. vel signant iste cruces: quod Christus ter orauit vel etiam quia tria verba dixit in cruce. Primum, pater dimitte illis. Secundum, in manus tuas. Tertium, vt quid dereliquisti me?



Memento etiā dñe famulorū famularūq; tuarū, vbi petitur collatio gloriæ & primo mortuis, postea viuis, vnde dicit. Memento domine famulorum famularumq; tuarū. Vbi sciendum

quod licet quidam mortui sunt in cœlo quidam in inferno, & quidam in purgatorio. tamen quia nobis non constat de singulis in speciali: ideo quasi æstimantes eos esse in purgatorio oramus pro omnibus. ideo dicimus. Memento domine. &c. qui nos præcesserūt cum signo fidei, id est ostēderūt aliquod signum fidei, puta habuerūt cōtritionem vel deuotionem decedentes: nam de talibus adhuc est spes, & dormiūt in somno pacis, id est sine peccato mortali secūdū Bern. de parentinis. Et debet hic fieri memoria eodem modo sicut supra. Primo pro illis pro quibus specialiter missa legitur, vel qui in speciali memoria sunt ibi commendati. Secundo pro parentibus mortuis. Tertio pro benefactorib⁹. Quarto pro omnibus fidelibus defunctis. Non autem pro inimicis: secundum quosdam. Et hoc dico de illis de quibus certū est nō reconciliati decesserunt, quia pro illis nominatim non est orandum: immo nec generaliter nisi sub conditione in quantum sunt susceptibiles suffragij. Sequitur secūda memoria. Ipsi & omnibus in Christo quiescentibus, id est in fide Christi quiescentibus locum refrigerij lucis & pacis vt indulgeas deprecamur. Et nō est opus dicere ipsis domine, quia præmittitur prius. Memento domine. vnde illud quod sequitur, scilicet indulgeas: refertur ad illud domine: aliter vnū illorum superflueret, & dicit locum refrigerij. vnde regnum cœlorum dicitur locus refrigerij respectu purgatorij, qui est locus ardoris maximi & caloris: quia secūdum Augusti. ibi est poena

EXPOSITIO QVARTAE.

maior, q̄ aliqua quæ potest excogitari in mundo. Dicitur etiam locum lucis, quia purgatorium est locus obscuritatis. Dicit etiam locum pacis, quia purgatorium est locus inquietudinis, quia nunq̄ animæ habent pacem, nec quietē, non sicut quidam fingunt dicētes eos feria secunda quiescere, aliqui vero dominico die quæ omnia sunt friuola ac insana & sacris scripturis cōtraria. Sequitur. Nobis quoque peccatoribus, ubi petit gloriæ, collationem viuis. Primo enim petit collationē eiusdem gloriæ. Secundo gloriæ societatem cum sanctis apostolis. Tertio ponit mediatorē per quem hoc exequi postulat dicens. per dominum. &c. Circa primum nota q̄ sacerdos dicēs ista verba, eleuata modicum voce tundit pectus suum, per quod interrūpit silentium, significās per hoc confessionem & cōtritionem latronis poenitētis in cruce, qui increpans alium dixit. Nos quidem scilicet tanq̄ peccatores digna factis recipimus. vnde sacerdos dicit. Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus, scilicet sicut ille latro sperauit. Percussio autem pectoris significat illam tunctionē pectoris illorum quæ aderant ad spectaculū passionis Christi, & percutientes pectora reuertebantur in Hierusalem. Exaltatio vero vocis significat clamorem centurionis dicentis. Vere filius Dei erat iste. Sequitur. partem aliquam & societatem donare digneris. Licet tamen Deus sit simplex non habens partes. tamen dicit partem aliquā propter hoc, quia quilibet se-

cundum meritum habebit diuinæ faciei visionem, ita quòd vnus alio perfectius videbit Deum, vel quia sancti videbūt Deū totum: non tamē totaliter, id est nō secundū omnes modos quibus est visibilis, quia est infinitus, & cum cōprehendi nō possit, ergo quasi partem dabit nobis. Totaliter autem nō est cōprehēnsibilis Deus, nisi filio suo qui est in sinu suo. vt dicitur Ioan. j. Sequitur cum Ioanne secundū Bern. de parētinis, scilicet Ioanne baptista: & præfertur Stephano. Nec mirū, quia & Apostolis præfertur. Adiungitur Stephano, quia isti duo erāt primi martyres noui testamenti. Inno. tamen dicit q̄ hic reperitur Ioannes euāgelista propter priuilegiū virginitatis, quia virgines sequuntur agnum quocūq; ierit. Ante vero cōsecrationem ponitur propter priuilegium apostolatus. Sed credit Bern. q̄ melius intelligatur de Baptista qui propter excellētiam singularis sanctitatis nō debet excludi à canone. Postea ponuntur duo Apostoli, scilicet Mathia & Barnaba: qui ideo post cōsecrationē & non ante ponuntur, quia isti post ascensionem domini fuerūt electi. Deinde ponitur Ignatio: de quo legitur q̄ cū esset deuotus Christo & beatæ virgini, post eius mortem inuētum est hoc nomē Iesus aureis literis scriptū in corde suo in omnibus partibus. Ponūtur autem quinq; martyres post mortē Christi propter quinq; vulnera Christi. Itē propter dona spiritus sancti ponūtur septem virgines ibidem quæ sequuntur. ¶ Sequitur. Non estimator meriti, quia non secundū exigētium me-

ritoriam retribuis, sed magis præmiando quod quisq; meruit. Deinde concluditur. per Christum dominum nostrum. & non dicitur amen: quia secundum doctores illud respondēt angeli, quia fit continuatio ad præcedētia, vnde statim sequitur, in cuius virtute hoc petimus cum dicitur. per quem. scilicet Christum. hoc sacramentum habet originem quoad plura. Et primo quo ad esse naturæ. vnde dicitur creas. Secundo quoad esse sacramēti. vnde dicitur sanctificas. Tertio quoad esse virtutis. vnde dicitur viuificas. Quarto quoad effectum gratiæ quæ est vita animæ. vnde dicitur benedicis. Quinto quo ad augmentum gratiæ eiusdē. & quantum ad operationem & usum. vnde dicitur & præstas nobis. Est ergo sensus. per quem. scilicet Christum tu. Deus pater omnia bona creas, condēdo naturam viuificas, cōsubstantiando naturam benedicis accumulādo gratiam: & præstas quantum ad usum. omnia enim creata sunt per Christum. Ioan. j. Omnia per ipsum sanctificantur, quia à plenitudine eius accipiunt vniuersi. Omnia viuunt, quia ipse est vita. Ioan. xiiij. Omnia benedicuntur, quia ipse est benedictus fructus vētris. Luc. j. Et aliqui dicunt per quæ hæc omnia domine semper bona creas. & est sensus. hæc omnia, scilicet panem & vinum & aquam creas secundum causas primordiales. &c. sanctificas secundum causas sacramētales, viuificas vt transferantur in corpus Christi & eius sanguinem: & ideo benedicis, & vt nos per ipsa benedicamur. Secundum alios hoc pronomen hæc non ponitur ibi in quo sequēda est cōsuetudo ecclesiæ.

Sequitur. & præstas nobis. vbi sacerdos remouet corporale de calice, ad denotandum quod Christus emisit spiritum. & velum templi scissum est, & aperta sunt nobis abscondita in lege mysteria. Accepta quoque hostia dicit, & præstas nobis per ipsum, scilicet tanquam mediatorē. & hic facit unam crucem per totum os calicis procedēdo ultra calicem vnde dicit. & cum ipso. & hic facit minorem crucem, scilicet à labio calicis ad aliud. post hoc dicit, & in ipso, & hic facit adhuc minorem crucem, scilicet in calice. Tandem subdit. est tibi Deo patri omnipotenti. vbi iterum facit magnam crucem super primum labium calicis incipiendo ab extremo calicis labio versus seipsum. Deinde subinfert. in vnitatem spiritus sancti omnis honor & gloria, & hic facit paruam crucem in pedem calicis. Est autem sensus verborum. per ipsum tanquam mediatorē. cum ipso, tanquam cum æquali, & in ipso, tanquam in consubstantiali. Vel hic significantur tres personæ sanctæ trinitatis. vnde patri attribuitur auctoritas. Vnde dicit per ipsum, filio æqualitas. ideo dicitur cum ipso, spiritui sancto cōmunitas. ideo dicitur, in ipso. Signa vero crucis tria prius facta per illa verba sanctificas. &c. quæ fiunt cooperto calice signant tres crucifixiones secundum Thomam. Nam hora tertia crucifixus est linguis Iudæorum clamantium crucifige. &c. Hora sexta manibus gentilium. vt dicit Ioannes. Hora nona emisit spiritum. Et quia post interuallum trium horarum Christus crucifixus est manibus gentilium. cum milites crucifigerent Iesum. ideo iterum fa-

EXPOSITIO QUINTAE.

cerdos facit tres cruces super calicē disco-
opertum super tribus verbis, scilicet per
ipsum cum ipso & in ipso, designans illam
crucifixionem quæ facta est post tres ho-
ras interpositas inter tertiam & sextam.
Quia vero ibi fuit diuisio corporis & ani-
mæ: ideo iterum facit duas cruces vt dictū
est. Vel secundum Guil. manitiū. tres cru-
ces per illa verba per ipsum. &c. significāt
fidem cēturionis qua credidit vnū Deum
in trinitate. Duæ vero aliæ significāt duo
sacramēta quæ fluxerunt de latere Chri-
sti. videlicet aqua regenerationis baptis-
mi, & sanguis redēptionis generis huma-
ni, vel significant quinq; cruciatus Christi
ante mortē, tres scilicet alapas, sputa & fla-
gella. Et similiter in morte crucifixionem,
& post mortē cum lancea lateris apertio-
nē. Quarta vero significat animæ à corpo-
re separationē. Quinta descensum in lim-
bum. Sequitur per omnia secula seculorū,
quod debet dici alta voce. Sed anteq̄ hoc
dicatur ponatur reuerēter hostia ante ca-
licem in suo loco. & tunc statim debet co-
operiri calix, quo factō dicitur. per omnia
secula seculorum. Et hoc alta voce, ad de-
signandum quod Christus clamās alta vo-
ce emisit spiritum. Et respondetur, amen.
ad significādum clamorem mulierum la-
mentantium dominum. vnde & tūc cho-
rus lamentabiliter respondet.

¶ QUINTA PARS PRIN- cipalis missæ.

○ Remus præceptis. &c. hic ponit sa-
cramenti perceptionem circa quam

præmittuntur multæ præparationes, scili-
cet tā generales. vt sunt pater noster. &c.
q̄ speciales, vt aliæ orationes. Dicit ergo.
Oremus præceptis salutarib⁹ moniti. Cir-
ca quod sciendum, q̄ hæc oratio prius nō
dicebatur in missa: sed Gregorius fecit eā
dici, quia nō fuit dignum eam obmittere
in hoc officio cū sit nostri saluatoris. Gre-
ci autem nō per sacerdotem, sed per se cla-
mant eam in missa. Apud nos vero sacer-
dotes, & hoc cum magna reuerētia. Vn-
de quasi non præsumens subito subrum-
pere in eam præmittit præfationē dicens.
Oremus præceptis salutaribus moniti, nō
simpliciter non nostra auctoritate vel te-
meritate, sed præceptis salutarib⁹ moniti,
præceptis scilicet domini, & moniti scilicet
magistri nostri, quæ sunt salutaria, id est
ad salutē disponētia, formati, id est instru-
cti intus & exterius. Et dicit formati quæ
informatio significat solum exteriorē do-
ctrinam. Ad ostendēdum autem q̄ nos su-
mus à Deo formati, id est instructi intus
scilicet intētionē: & extra, id est operatio-
ne. ideo dicit, audemus dicere, quasi dicat,
ex quo habemus præceptum & monitio-
nem de ista oratione dicēda, & ex quo illa
oratio est composita per illum qui errare
non potest: ideo audemus cum fiducia di-
cere. Dicitur autē alte, quia Christus pa-
lam prædicauit. Vel secundum Ioannem
Beleth, quia sumpta est de euāgelio quod
est prædicandum supra tecta, & etiam om-
ni creaturæ. Dicit etiam sacerdos solus in
fine. Amen. sub silentio. Cuius ratio est,
quia in alijs orationibus amen exprimit

effectum optantis: ideo à populo vel à clero dicitur. in hac autem amen signat conclusionem affirmantis. vnde hic valet tantum, id est exaudita est oratio. Sed ne hoc videatur presumptuose asserere, dicit amē sub silentio, ad euitandum ostentationem propriā. Sequitur oratio. Libera nos quæsumus domine vbi petitur petitionū explicatio: quia enim in oratione tria mala petimus à nobis remoueri. ideo hic explicantur quæ sint. vnde dicit. Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis præteritis præsentibus & futuris. Et quia nos non sumus digni hoc ex se promereri nisi donec nobis oratione beatæ virginis Mariæ: & apostolorū Petri & Pauli atq; Andree & aliorū ideo eos hic in auxilium imploramus, & rectus ordo est. ex quo enim pacem quærimus à malis, merito debet implorari virgo beata quæ est mater veri salomonis pacifici, scilicet Christi, cum Apostolis tribus sequentibus qui sunt testes pacis scilicet Petrus, Paulus, & Andreas: & ponuntur ibi tres propter specialem rationem. Nam Petrus propter priuilegiū prærogatiuæ dignitatis: Paulus propter priuilegiū prædicationis & immensi laboris. & Andreas propter nimiū affectum concupitæ crucifixionis. Dicitur autē sub silentio illa oratio: quia designat quietem triduanam in sepulchro vbi tunc filuit à prædicatione. Cum autē sacerdos dicit. Da propitius pacē domine, in diebus nostris, accipit patenam de altari & osculatur signum crucis faciēdo. per quod designatur quod sumus recōciliati Deo per passionē Christi.

Tandem sacerdos in fine discooperit calicem & hostiam reuerēter accipit, & eā super calicem frāgit. primo per medium: & tunc dicit. per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum. postea medietatem quæ erat in dextera manu ponit super patenam, & frāgit illam quæ erat in sinistra manu per mediū dicēs. qui tecum viuit & regnat. & coniungendo illam particulam quæ est in sinistra ad illā quæ est in patena admodū lunæ dicit. in vnitāte spiritus sancti Deus. Illam vero vltimā quam habet in dextera manu tenens super calicem dicit. per omnia secula seculorum. & tandem erecto modicum calice. cum illa particula quā tenet in dextera manu subiūgit. pax domini, faciēs crucem magnā super calicē à labio ad labiū. deinde subdit, sit semper, faciens minorem crucem. tertio addit vobiscum faciendo tertiam intra calicem: & quia alta voce ista fiūt: ideo per hoc signatur gaudiū quod habuerunt Apostoli de resurrectione domini nostri Iesu Christi. & ideo quia gauisi sunt viso domino: populus clamat dicēs: & cū spiritu tuo. Sciendum autē est de significatione omnium istorum prædictorū quod per calicem passio Christi designatur & æternæ beatitudinis fructio. Vnde psalmista. Calix meus inebriās quā præclarus est. Per patenæ rotunditatem, signatur bonorum operum perfectio. Sacerdos autem volens frangere hostiam: primo eam super patenam locat, deinde eam tollens super calicem frangit, ad significandum quod nemo passionibus huius mundi meritorie se valet exponere, vel ad

EXPOSITIO QVARTAE

æternæ fruitionis beatitudinē admitti, nisi prius in bonorū operum perfectione fuerit solidatus. Vnde apostolus Ephe. vj. Accipite armaturam fidei: vt possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare. Patena ergo hostiæ supponitur, & hostia super calicem frāgitur, quia Christus ex latitudine charitatis qui significatur p̄ patenam se supponit passionis. Super calicem vero frāgitur ne minutia aliquāter spargatur. Frāgitur autem in memoriam ei⁹ quòd Christus fregit & dedit discipulis suis. &c. Frāgitur autē primo in duas partes ad significādum duplicē prædestinatorum statum, scilicet æternæ gloriæ & temporalis miseræ. Subdiuiditur autem vna medietas in duas partes: quarū vna offertur p̄ illis qui sunt in purgatorio. alia pro illis qui sunt in mūdo. Pars autem illa quæ post primam fractionē remanet in manu dextera & ponitur super patenā, designat illos qui iam sunt in gloria, & iam illam reuerentiam cui nulla obliquitas admisceri potest: & ideo dextræ cōparatur. Illi autem qui adhuc sunt in miseria per sinistrā designantur, vbi sunt multa obliqua. Subdiuiditur autem illa quæ est in sinistra, & non quæ est in dextera, quia illi qui sunt in cœlo statum vniformem iam tenēt: & vna beatitudine fruuntur. Illi autem qui sunt in miseria sunt diuersi seu diuisi, quia quidam sunt in miseria purgatorij, quidam sunt in miseria huius mūdi. Particula autem illa quæ est sinistra post diuisionē additur ad illam quæ est in patena. Quia secundum Augu. Deus habet duas manus,

dexteram, qua miseretur, & sinistrā, qua punit. Illis ergo qui sunt in purgatorio in quantum ibi purgant respondet sola punitio, & ideo particula quæ est in sinistra manu tenetur, illos figurat. Illi vero qui adhuc sunt in præsentī vita, in qua est status merendi consequi possunt misericordiam, & ipsi per aliā particulam quæ in manu dextera remanet designatur. Quia vero absq; dubio illi qui sunt in purgatorio coniungentur eis qui sunt in cœlo: ideo particula sinistræ manus coniungitur illi quæ est in patena. Sed quia illi qui sunt in hac vita egent multum passionis Christi, quæ ex effusione sanguinis eius processit. ideo particula quæ in dextera manu remanet, quæ signat illos qui sunt in mundo, mittitur in sanguinem Christi in calicem. Item sacerdos dicēs hæc verba tenet hostiam super os calicis, quod signatur q̄ viuentes in corpore indigēt misericordia dei & meritis Christi passionis. Sacerdos autem volens dicere. per omnia secula seculorum: erigit se ad significandum q̄ vult petere existentiam perpetuā domini nobiscum. Vnde subdit. pax domini sit semper vobiscum, ad significandum q̄ dominus post resurrectionem pacem dedit. Sed sciēdum q̄ sacerdos dicēdo. per omnia secula seculorū, eleuat modicum calicem, ad significādum populo. vt populus pacē considerans hoc intelligat & dicat, amen. Particula autem quā tunc super calicē tenet, significat q̄ viuentes adhuc petunt iuari merito passionis & effusionis sanguinis Christi. Item per hoc q̄ sacerdos alte di-

cit. pax domini representat personā Christi, qui post resurrectionem dixit Apostolis. Pax vobis. q. d. Do vobis pacem pectoris in via, & pacē æternitatis in patria. Est ergo sensus. Pax domini, id est pax pectoris quod est à vicijis sit in præsentī vobiscū & in futuro æternitatis. Illæ autē tres cruces super sanguinem Christi significāt tri-duam sepulturam, vel tres mulieres quæ erāt circa monumētum Christi. Deinde sacerdos mittēs corpus Christi in sanguinem dicit. Fiat hæc cōmixtio corporis & sanguinis dominī nostri Iesu Christi mihi & omnibus sumētibus salus mētis & corporis, & ad capescēdam vitā æternam præparatio salutaris: quæ cōmixtio significat q̄ anima vnita est corpori Christi in resurrectione. Et bene hoc fit post pax domini, quia postq̄ dominus pacificauit omnia quæ in coelo & in terra sunt: primo vniuit animā corpori. Hæc omnia Guillelmus. Deinde sequitur agnus Dei. Et sciendum q̄ anteq̄ dicitur agnus Dei: fit modicum silentiū dicēdo hanc orationē. Fiat hæc cōmixtio, ad designādum illud manifestum silētium Apostolorū quod fuit ante resurrectionem Christi anteq̄ scirēt Apostoli, nec essent certificati postq̄ apparuit mulieribus. secundū Bern. de parētinis. Dicitur autē Christus agnus, quia agnouit patrem sibi obediēdo. Itē matrem in cruce pendēdo. Vel dicitur ab agnos grece quod est pium latine, quia pie pro nobis se obtulit. Canitur autē tribus vicibus propter tres rationes secundum Inno. scilicet propter obediētiam patris, & propter noticiā ma-

tris, & propter redēptionē generis humani. vel secundū Rauanū. dicitur ter, propter tres partes corporis Christi mystici. scilicet in coelo & in terra: & dormiētium, siue in purgatorio. Dicitur autē primo miserere nobis bis: vltimo autē dona nobis pacē. secundū Tho. Ratio est quia per prima duo petimus amotionē culpæ & poenæ, per tertiu autē, scilicet pacē, petimus assecutionē omnis boni. &c. vel quia ipse redemit nos à miseria culpæ & poenæ, & dedit plenitudinē gratiæ. Illud tamen dona nobis pacē: additū est propter persecutionē tyrannorum. Post hoc sequitur oratio. Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolistuis: pacem meā do vobis. &c. vbi postq̄ sacerdos venit ibi: eamq̄; pacificare & adunare. &c. etiā osculatur patenam in sinistra parte, ad significādum q̄ per hoc sacramentum vult vniri Christo in charitate, postq̄ vero compleuerit verba osculatur reliquias vel crucē si habet: si nō habet osculatur altare in dextera parte. quod fit ad significandū antiquū ritum: vbi prius singulis diebus communicabant, sed cum nec potuit fieri sine periculo, ordinatum fuit, vt in tribus festiuitatibus communicarēt. scilicet Natiuitate, Pascha, & Penthecoste. Reliqui tamē diebus osculum pacis reciperēt & panē benedictū. Sed quia hoc fieri non posset in. xl. vbi non potest sumi panis benedictus, ordinatū fuit vt pro eo fieret collecta in fine super populū dicēdū. inclinate capita vestra Deo. Et sciendū quod pax domini nō datur in missa defunctorū sed dicitur, dona eis requiem, quia mortui nō

EXPOSITIO SEXTAE.

indigent pace temporali, quia non sunt in perturbatione huius mundi, vel quia non sunt in pace: sed in poenis secundum Bern. de parentinis. Ideo dicimus dona eis requiem. Aliqui autem dicunt in officio mortuorum. dona eis requiem sempiternam & locum indulgentiae: quod tamen dissonat, quia ibi non est locus indulgentiarum. eo quod illi qui sunt in purgatorio sunt extra locum militantis Ecclesiae, ubi solum est locus merendi indulgentias. unde quia illi qui sunt in purgatorio nullo modo merentur eis per modum suffragij, utique satis improprie optatur locus indulgentiae. Si tamen illud dictum intelligatur sic, dona eis locum indulgentiae; id est locum in quo indultis culpis & poenis eos colloces, scilicet in caelo: & tunc bene potest sustineri. Item dicendae sunt illae tres orationes, scilicet. Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui ex voluntate patris, & dirigitur ad filium: & aliae: scilicet. Domine sancte, pater omnipotens, aeternae Deus, da mihi hoc corpus &c. Et post hoc dicit. Domine non sum. &c. Deinde sumpto corpore Christi & sanguine abluat calicem primo, & abluitionem sumat: secundo abluat intus & etiam sumat, quod tamen in die natiuitatis Christi nullo modo facere debet: quia tunc nullam abluitionem debet sumere si uult aliam missam celebrare, sed debet abluitionem dare communicantibus subditis, vel reseruet in vase mundo, scilicet in ampulla si non habet calicem.

¶ SEXTA PARS MISSAE.

Sexta pars missae est quantum ad gratiarum actiones quae dicitur commu-

nio quae fit in memoriam eius quod populus olim singulis diebus comunicabat secundum Ioan. Belet. vel ideo ut per eam comunicemus Deo & sanctis. Dicitur etiam complenda, quia per eam completur missa. Sed tamen complenda potius dicitur collecta post communionem. Tot autem fieri debent complendae quot sunt orationes ante epistolam, & significat gratiam subsequentem nobis necessariam, & dicitur in dextra parte conuertendo librum, per quod signatur quod adhuc in fine seculi Iudaei conuertentur ad dexteram fidei, qui nunc sunt in sinistra. Iuxta illud ad Ro. ix. Reliquiae Israel saluae fient. Deinde sacerdos omnibus peractis conuertit se ad populum dicens. dominus uobiscum. Vbi sciendum quod sacerdos salutatur populum septies in missa, primo ante primam collectam: secundo ante Euangelium: tertio post credo: quarto in principio praefationis: quinto post pax domini: sexto post communionem: septimo hic in fine missae, ad significandum quod tunc est dominus uobiscum quando habemus septiformem gratiam spiritus sancti. Deinde sacerdos uertit se ad populum cantans. Ite missa est. & hoc tempore suorum cuius sensus est secundum Bern. de parentinis. & Ioannem Belet. Ite ad propria, quia missa est consummata. vel ite missa est, id est hostia consummata est, vel hostia & oblatio est missa: igitur sequimini & ite post eam. Iste autem regressus a missa ad propria secundum Ioan. Belet. significatur regressus populi Israel de captiuitate Babylonica cum gratiarum actione: ideo dicitur. Deo gratias. Dicitur autem semper. Ite missa est

quādocunq; Te deum laudamus dicitur. vel gloria in excelsis. Quādo autem non dicitur, tunc dicitur Benedicamus domino, & est sumptū de Apostolo vel Judith. ca. vij. vbi dicūt captiui Benedicamus domino. & est sensus, referamus gratias vel laudes Deo, & est vox humilior q̄ Ite missa est. Et ideo vertit se sacerdos ad populum dicēdo: Benedicamus. &c. ad significandum q̄ nunq̄ debemus cessare referre gratias Deo. Meldeñ. autem super psal. xxvij. Berengarium dicit instituisse ita dicēdum. Benedicamus dominū, & non domino: quia benedictio nō fit ad utilitatem Dei: sed ad nostrā, nos autē dicimus q̄ indifferenter utrūque potest dici. Creatura namq; benedicit creaturæ bonū optādo: creatura autem creatorē dupliciter, scilicet laudādo & bonum ei tribuēdo. Creator autem creaturam bonum augēdo. & hoc dupliciter, vel in numero vel in merito: sicut enim crescit bonum sic & merita. hęc Meldeñ. Sed Bern. de parentinis dat tres rationes. Prima, quando celebramus de sanctis in coelo dicimus. Ite missa est: quasi prouocantes populum. Ite, id est festinate illuc vbi illi sunt. Quando autem pro viuis in mūdo benedicamus domino: quia nescimus an sumus in gratia. ideo timere debemus ne effectus missæ euanescat in nobis. Sed cū celebramus pro mortuis dicimus. Requiescat in pace, quia eis hoc cōpetit. His expeditis benedicit populum sacerdos dicens. Coelestis benedictione. Primo stans ante altare benedicit se ipsum. deinde dicit: pater, reuertēdo se ad

populum in dexteram partē altaris & cōsequēter ad populum in medio altaris, & filius: & ultimo redeūdo, & spiritu sanctus amē. per quod designatur missio spiritus sancti in Apostolos: licet autē spiritus sanctus ibi tātum datus est, tamen quia tota trinitas missione operata est: ideo dicitur pater & filius & spiritus sanctus. Post hęc omnia sacerdos flectēdo se corā altari humiliter dicat. Placeat tibi sancta trinitas obsequium. &c. Et deinde hymnū trium puerorū cum psalmis & orationibus consuetis. Cōtra hoc tamen multi sacerdotes peccant qui nō se flectunt dicentes istam orationē: Placeat tibi sancta trinitas. &c. cum tamen flectere cōgruit pro eo q̄ tūc gratiarum actiones referūtur sanctæ trinitati pro beneficijs in missa exhibitis. Et quod deterius est quod aliqui obmittunt hanc orationem in quo graūiter peccant. Vnde legitur q̄ quidam obsessus à dæmone, postq̄ adductus esset ad quēdam sacerdotē in Ecclesia ille volens certificari à diabolo: quid de eius vita sentiret, quæsiuit de ipso quasi de alio dicens. quid tibi videtur de Iacobo sacerdote? Respondit dæmon. Olim fuit noster sed iam est Dei. Deinde idem sacerdos quæsiuit de socio suo dicens. Quid tibi videtur de Bartholomeo socio meo? Respondit dæmon, si non subtraheret bonus esset. Ille vero fuit valde admiratus q̄ diceret eum furem, cum tamen sciret eum sanctum hominem. Interrogauit igitur quidnam subtraheret? Respondit dæmon, subtrahit Deo illam orationē post missam. Placeat tibi. &c. Quod

multum nobis placet & Deo maxime displicet, quæ omnia fuerunt ita comperta sicut ille dixit. Ideo caueat sacerdos ne aliquid obmittat quod est de consuetudine Ecclesiæ circa missam obseruandum.

CAUTELAE SERVANDÆ in celebratione missæ,



Equuntur cautele circa missam obseruanda. Et primo generales tam laicis q̄ clericis necessariae. Prima igitur cautela generalis est: vt tam clerici q̄ layci Ecclesiam præcipue tẽpore celebrationis missæ humiliter & deuote frequẽtent, & qujeta conuersatione Deo grata, atq; insipientibus placita proximũ non solum instruant, sed & reficiant. de immunitate eccl. ca. decet domũ. lib. vi. Secunda vt audiẽtes missam quoties audierint à presbytero dici nomen domini nostri Iesu Christi flectant genua, & caput inclinent reuerẽter. vt dicitur ibidẽ. Tertia vt nulla prophana & multo fortius foeda colloquia proferant, vt ibidem pulchre dicitur. Quarto caueat ne aliquis ante finem missæ recedat sine magna necessitate. Idẽ si exit de sermone, quod si fecerit excommunicetur. maxime si hoc fecerit contẽnẽdo sacerdotẽ prædicantem tanq̄ minus sciẽtem, sicut solẽt facere quidam layci literati dicẽdo. quid audirem istũ ribaldum cum ego plus scio de scriptura q̄ ipse? Contra quos est canon. xxxvij. dist. sedule. & ca. cum ex iniuncto, de hæreticis. vbi talia prohibẽtur. Sed quod tales possent excommunicari, habes expresse de conse. dist. j.

vbi sic dicitur. Omnes fideles qui conueniunt in solẽnitatibus sacris ad Ecclesiam & scripturam apostolorũ ac Euãgelium audiãt. Qui autem non perseuerauerint in oratione vsq; dũ missa peragatur: nec sanctam cõmunione percipiunt velut inquietudines Ecclesiæ cõmouentes conuenit cõmunione priuari. Et iste est canon apostolorũ. Et ibidẽ in concilio carthaginẽsi dicitur. Sacerdote in Ecclesia verbũ Dei proponente qui egressus fuerit de auditorio excommunicetur. Et ex concilio Agateni ibidẽ habetur. Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus: ita vt ante sacerdotis benedictionẽ egredi populus nõ præsumat. quod si fecerit, ab episcopo publice cõfundatur: vbi dicit gloss. hoc dico præceptũ esse. Vnde contra præceptũ faciunt qui diebus dominicis missam non audiunt. Hoc etiã est contra illos qui venientes ad missam non audiunt quid ibi legitur aut prædicatur, sed circũeunt Ecclesiam sicut Iudæi synagogã, cum tamen dicatur in ps. Stãtes erãt pedes nostri in atrijs tuis. Et de talibus potest dici in lud ps. In circuitu impij ambulãt. Contra quos expresse est canon Anastasij papæ. de conse. dist. j. apostolicã. vbi dicitur qd cũ legitur Euãgelium non sedentes nec stantes: sed curui debemus audire. Si autẽ sessio prohibetur, multo magis discursus & circuitus. Hoc idem habes in cap. quando autẽ ibidem. vbi Cyprianus dicit esse standum ad orationẽ, & vigilandum & incumbendum ad preces toto corde, neq; aliquid carnalis hominis & secularis esse cogitan-

dum. Quod si prohibetur carnalis cogitatio: quāto plus carnalis locutio & cōfabulatio. Quinto caueat laicus ne vacuus die festiuo ad missam veniat. De conse. dist. j. omnes christiani. Quia scriptum est. Non apparebis in cōspectu Dei vacuus: hoc tamē est cōsiliū secundum glo. ibidē diebus priuatis, sed diebus festiuis videtur esse preceptum. Vnde videtur q̄ oblationes sint exigendæ, & q̄ parrochiam sint ad eas cogendi. vt. xvj. q. j. statuimus. Est tamen argumētum contra. xij. q. j. duo. Dicit tamē glo. in. ca. omnes christiani. vbi supra, q̄ si sacerdos est pauper potest diuina subtrahere à parrochianis nisi dent. vt de symonia. cap. cum sit. Sexto caueat quilibet ne alibi nisi in propria parrochia die festiuo missam audiat: alias poterit excommunicari. vt de parrochijs. cap. j. Septimo caueat quisq; ne audiendo missam prope altare nimis appropinquet, vt de vita & honestate clericorum. ca. j. Et ista sunt intimanda populo sapius, vt debita reuerentia circa sacramenta ecclesiastica habeatur.

Equuntur nunc cautele clericis necessariae. Et primo caueat sacerdos ne in vestib⁹ vel ornamentis sordidis celebret, sed ornamenta prædicta iuxta meliorem dispositionem mundet, & iuxta facultatē bonorum Ecclesiae meliora quæ poterit comparet. Vnde dicit Stephanus episcopus familiari amico Hylario: q̄ vestimēta Ecclesiae quælibet dummodo ministrantur sacramēta debent esse munda & honesta: hoc est cōtra illos, qui de bonis ecclesiae comparāt eis tunicas pro decem mar-

cis, & ornamentum pro missa pro mediā marca aut sexagena. Nec debēt in alijs calicibus q̄ aureis vel argēteis celebrare: permittit tamen canon stagnēum habere calicem propter paupertatē. de conse. dist. j. calix. Secūdo caueat ne vna die plures missas celebret, præterquā in die natiuitatis Christi vbi tres celebrātur & sine necessitate magna. Et hoc fit in istis casibus, vt si post missam celebratā de die occurrit funus: tunc in prima missa nō sumēdo aquā abluitionis, potest postea celebrare requiē. Itē si occurreret hospes magnus vt princeps, vel magnus dominus qui non audiret missam. Item si occurrerint sponsi volentes audire missam. Item si aliquis habuerit plures Ecclesias propter paupertatem vni commēdatas. Item si superuenerint peregrini, adhibita semper prædicta cautela ne aqua abluitionis prioris missæ sumatur. de his habemus. ca. j. de celebr. mis. consuluisti. Dicit tamen Frācisus de sarabellis ibidem. quōd hoc est fugiēdum nisi necessitas suaderet. Tertio caueat celebrans ne sine lumine & campana celebret. vt de celebra. mis. cap. j. quia Christus candor est lucis æternæ: vt ibidem dicitur in cap. sane. Quarto caueat ne plus ponat de aqua quā de vino: quia dicit Ioan. and. in ca. perniciosus. de cele. mis. q̄ credere debemus q̄ de latere Christi maior quantitas exiuit sanguinis q̄ aquæ. vt dicitur in. cap. iij. ibidem. Quinto caueat ille qui solus est in Ecclesia, ne propter missam peculiarem, id est priuatam seu ex deuotione celebradam obmittat missam

de die, vt dicitur in. ca. quidā. de cele. mis. Sexto caueat ne legat missam ad alicuius petitionē propter hoc q̄ haberet bonos segetes. vel vt sibi in hastiludio bene succederet: quia ista secundū Innocē. reprehendūtur in. ca. quidam. de cele. mis. Multo fortius autem caueat ne legat missam vt Deus aliquos perdat, quia talis grauiter peccat. Et est deponēdus secundum Ioan. an. in. ca. quidam. vbi supra. pro quo allegat. xxvj. q. v. quicūq;. Septimo caueat ne nimis mane celebret, scilicet ante diē: quia secundum sanctum Tho. istud sacramentū pertinet ad diem gratiæ: sicut dicit Apostolus Roma. xiiij. Nox præcessit. &c. contra illos qui canūt. Rorate ante diem cum tamen in aurora cantari debet. Expipitur tamē natiuitas Christi in qua canitur missa post mediū noctis, quæ significat statū ante legē qui fuit in tenebris. vt dicit glo. de cele. missa. Verū tamen episcopis concessum est: vt videtur secundum Ioan. and. qui sunt in via q̄ possunt maturius q̄ alij audire. vt de priuil. ca. xl. lib. vj. Octauo caueat ne legat quis missam nisi post matutinū primā & tertiam. Ideo ex quo hora tertia dicitur, passus & crucifixus linguis Iudæorum: videtur q̄ tunc est hora conueniens celebrandi: secundum doctores modernos.

DE DICENDIS HO-

ris canonicis.



Portet semper orare. Luca. xvij. sicut dicit Henricus de Vurmatia de perfectione interioris hominis. lib. ix. c. j.

Cuiuslibet iusti hominis sui cordisq; perfectio ad iugem, & indurptam orationis perseverantiam tendit. Et quātum humanæ fragilitati cōceditur ad cōtinuam tranquillitatē mentis niti debet, & ad eius perpetuam puritatē: propter quam possidendam, & omnē laborem corporis, & cōtritionem spiritus indefesse querimus & iugiter exercemus, & sicut ad orationis perfectionē tēdit structura virtutum, sic nec ipse virtutes absque orationis iugitate & perseverantia possunt compleri. Quo circa saluator noster nos admonens, vt hanc perseverantiam orandi teneamus dicit. Oportet semper orare. Non est autē intelligendum quod homo sic quotidie debeat orare, vt nec dormiat nec comedat vel nec laboret: sed q̄ instanter tēporibus congruis oret. Vnde lyra dicit super Lucam super loco thematis nostri, q̄ hæc dictio semper non importat continuitatem temporis: quia oportet orationem interrumpi tempore dormitionis & aliquarū aliarū necessitatum, sed importat cōstantiam siue insistētiam orationis tēporibus & horis ad hoc congruis. Hinc dicit Beda super locum istum. Dicēdum est eū semper orare & nō deficere qui canonicis horis rogare non desistit. Pro quo facit illud quod in collationibus patrum legitur de abbate Lucio: qui iacitantes quosdam monachos q̄ sine intermissione oraret, & nullum aliud opus facerent, corripiens dixit. Quando māducatis & bibitis quis pro vobis orat? quo audito illi obmutuerūt. Ille vero consequēter subiunxit. Ego ostendā

vobis quia operans manibus meis sine intermissione oro. sedeo enim iuuante deo infundens mihi pauca palmulas: & facio ex eis plectam, & dico. Miserere mei deus noster. &c. Et illas plectas vendens pro sedecim nummis: duos pono ante hostiū domus: & qui recipit orat pro me tempore quo ego māduco vel dormio: atque ita impletur à me quod sine intermissione oro. Iste pater laboriosus nihil aliud significabat nisi statum laycalem operosum: & manuali labore insudantem. qui ut dicit Hostien. Non valens continuis temporibus orationibus vacare laborat manualiter: & corporaliter de labore suo bona temporalia possessiones oblationes: & multiplices redditus: & prouetus personis spiritualibus persoluit: hac utique inuentione ut eo deficiente vel desistente iugi oratione spirituales deum exorent: ut sic semper orare videatur. Qui quidem status spiritualis semper orare dicitur cum horis tam nocte quam die competenter distinctis septem vicibus horas canonicas persoluit: qua ratione iura canonica dictum septem horarū canonicarum officium p̄sum seruitutis appellant. ut in. cap. j. de cele. mis. Ex quo patet totum clerum in sacris institutum obligari ad horas canonicas singulis diebus dicendas. Circa quorum considerationem: ut facilius memoriae commendentur qui sequuntur ponuntur aliqua dubia per quaestiones grauisimas cum solutionibus eandem. Et primo quaeritur: an omnes clerici in sacris instituti: tam beneficiati quam non beneficiati ad horas canonicas teneantur?

Et dicendum est secundū Ioan. an. iii. ca. j. de cele. mis. & in glo. vj. cle. j. de cele. mis. q. sic. Idem notat archidia. xcj. dist. eleuterius ubi ipse dat huius dicti rationē dicēs: quia ordini sacro officium est annexum. vnde subdiacono dicitur in ordinatione sua: vnde si haecenus fuisti ad ecclesiā tardus: modo sis velox. si fuisti somnolentus: modo sis vigilans. Et si dicitur: tamen forte non habet beneficium de quo seruiat. Respondeo quod imputetur sibi & episcopo qui eum sine titulo ordinauit. Verū tamen dicit archi. xcij. dist. in ca. si quis presbyter. quod licet quia sponte ordinem accipiēs se huic necessitati supponit: non tamen tenetur interesse ecclesiasticis officijs: sicut ille qui est ad hoc deputatus. secundum Hugo. qui etiam credit quod is qui non est alicuius ecclesiae clericus debet cogi interesse diuinis officijs: & hoc si cōmode potest interesse. Secundō quaeritur, quid si clericus beneficiatus nescit horas legere? Respondeo non excusatur: quia debet scire legere: alias priuatur beneficio: cū tales habere debent competentem scientiam. ut dicitur in ca. cum in cunctis. de electione. Cōpetens autem scientia: secundum archidi. xxxvj. dist. Illiteratos. est ut sciat canones poenitentiales: psalteriū: homilias: & huiusmodi. xxij. dist. c. qui episcopus. immo dicit Hugo. lxxxv. dist. in ca. Archidi. & in ca. omnes. xxxvij. dist. Non solum requiritur quod sacerdos sciat in libro legere perfecte: sed etiam debet cōdetenus pro maiori parte scire psalteriam. Verū tamen dicit Inno. quod licet clericus cantans cum alijs non

DE DICENDIS.

omnia intelligit quæ canuntur: tamen nõ peccat mortaliter dummodo cor suũ sursum ad Deum habeat. Culpandus est tamen clericus si ista cõmunia ignorat quæ ad eius officium spectant. secundum Hostien. de quali. & eta. ordi. eam te. &c. Tertio quæritur quid si aliquis puer maior septennio, ex dispensatione obtinet beneficium non curatum & nescit horas legere. Respondeo. potest cum eo episcopus dispensare ex causa necessaria vel utili: vt aliquas alias orationes loco horarum dicat. ratio magistri Stanislai descabiñ, domini mei in quadam positione sua est: quia ex quo dispensat episcopus in principali: scilicet in beneficio: dispensare potest & in accessorio: scilicet officio. Quarto quæritur quid si quis est infirmus? Respondeo secundũ Inno. de cele. mis. c. j. si est talis infirmitas quæ impedit dicendo vel audiendo horas excusatur infirmus: nec tenetur postea aliquid dicere: nec pro isto poenitere: quia necessitas legem nõ habet. de obser. iei. cõsiliũ. secus est secundum Hostien. si est aliqua infirmitas quæ solum impediret dicere: sed non audire: tũc enim sacerdos debet aliquem alium corã ipso legentem audire: si eum habere potest: vel si est infirmitas leuis, sicut vetus quartana: in qua etiã sua negocia procuraret: tũc omnes horas legere tenetur. Quinto quæritur quid de illo qui amisit librum in via eundo? Respondeo quod si casu hoc accidit potest excusari pro illa vice ab horis: sed nihilominus dicat illa quæ scit: puta orationes vel pater noster ne vacet ocio. Ratio huius di-

cti quare isti nõ imputatur: quia per eum non stat: ergo sibi non debet imputari ex regula iuris libro. vij. Quod per me. Sexto quæritur an clericus beneficiatus in scholis stans de licentia episcopi: vel peregrinãs ad curiã excusatur ab horis canonicis dicendis? Respondeo: licet aliqui dicunt quod tales excusantur si per alios loco sui in ecclesijs constitutos compleantur: & hoc est si clericus beneficiatus in minoribus constitutus. pro vt recitat Archidia. xcj. distin. Eleuterius: allegando dictum abbatis: & Petri de samprana. de cele. mis. cap. j. Tu dicas audacter quod talis clericus siue sit beneficiatus: siue nondum sit in maioribus constitutus, siue in minoribus. nec propter studium nec propter laborem peregrinationis ab horis canonicis excusatur. Nec archiepiscopus nec episcopus possit super his dispensare: aut in aliud commutare. Nec abbas cum monacho propter studium. Ita scribit Archidia. in dicto cap. Eleuterius, & Raymundus in summa. in titulo de officijs clericorum. cap. nunquid & sequentibus. Ex his omnibus sumitur istud documentum: quod obmittens horas ex voluntate: aut ex accurata negligentia, peccat mortaliter. Tenetur etiam eas resumere vel dispensatiue in alio genere satisfactionis recompensare. Ratio quia ex quo talis soluere tenetur & non soluit: necesse est vt soluat. Veruntamen si fuerit multitudo negligentiarum: potest dispensari secum: vt alio die secus non faciat: nisi satisfaciet. vt dicit Ioannes. and. in cap. dolentes. & Innocẽ. in capitulo primo de

cele. mis. Et idem dicit Hostien. quòd si est tanta diuersarum horarum negligentia: quòd quasi impossibile est: eas redicere, commutetur in aliam poenitentiam. Septimo quæritur an ille qui ex occupatione liciti operis: vt quia multum scripsit vel audiuit confessiones: vel aliud fecit per quod neglexit horas mortaliter peccet? Respondeo non: quia talis per ignorantiam probabilem excusatur. de cleri. excommunicata. ministe. Apostolica. Octauo quæritur an tot quis peccata committit mortalia: quot horas vnus diei obmisit vel neglexit? Respondeo quòd licet officium totum vnus diei fit quoddam totum integratum ex suis partibus: & nõ vno præcepto præcipiatur: & per consequens transgrediens oēs simul vna die: non peccet nisi vno peccato mortali: tamen si quis negligit vnã horam: vt puta primam vel tertiam. &c. & alias cõplet: etiam peccat mortaliter sed non ita grauiter sicut obmittens vel negligens omnes horas. vnde vnũ peccatum mortale est grauius alio. Est autem veritas quòd pro negligentia horarum vnus diei integre incurrit quis mortale grauius: quàm pro negligentia vnus horæ canonicæ diei illius. Ratio quia maior est contemptus diuinæ laudis in toto quàm in parte. Nono quæritur: an attentio mentis in horis sit necessaria? Respondeo secundum Thomã secunda secunda. q. lxxxiiij. quòd duplex est attentio. Vna qua attenditur ad verba ne quis in eis erret. Secunda qua attenditur ad finem orationis: scilicet ad Deum & ad rē pro qua oratur: quæ qui-

dem maximè est necessaria. Et hãc etiam idiotæ possunt habere. Quãdo ergo euagatio mentis fit in oratione ex proposito: est peccatum mortale: & impedit orationis fructum. Vnde præcipitur clericis vt officium diuinum quantum Deus dederit studiose celebrēt pariter & deuote. de cele. mis. dolentes. Hoc autem contingit quando horæ canonicæ transcurruntur & sincopantur: vel extranea & prophana: vana & inhonesta colloquia intermiscuntur. vt dicitur ex cõcilio. j. Vieneñ. de cele. mis. graui in cle. Euagatio tamen quæ fit præter intentionē orationis fructum non tollit: quia dicit Basilius q̄ cū homo ex fragilitate nequit orare attēte, Deus illud ignoscit. vnde dicit glo. v. in cle. graui. primo allegata: quod in tali casu satis est ex labijs suis seruire deo in diuinis officijs: licet cor diuertat ad alia: secundū Inno. & Hostiē. de cele. mis. in cap. dolentes, qui tenent q̄ talis non peccat mortaliter: maximè cogitando spirituale quid vel temporale quod de sui natura non sit malum: sicut ille qui in vesperis cogitat de sermone faciendo post vespas: præcipue si esset fatigatus. de quo per Thom. iij. sententiarum. dist. xv. Ex quibus omnibus infertur quòd si subest necessitas quæ dilationem non capit: possunt licite tunc alia negocia expediri. Secundo infertur quòd si quis studiose incipit legere horas & tandem in medio errat: sed in fine se recolligit: merito non frustratur apud Deum. Ratio quia non semper requiritur intentio per actus essentielles. Nam propheta Dauid de se

2. 7. 0. 7. 5. 8.

DE DICENDIS.

dixit. Cor meū dereliquit me. ps. xxxix. Satis enim est quod maneat per virtutem quod fit quando cū bonā intentione quis accedit ad orandum: licet in prosecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim vis primæ intentionis manet: nisi tanta esset euagatio quod attentio omnino periret. Et tūc notum est quod dicit Ciprianus. lib. vj. de oratione dominica. Vt quid audiri postulas à deo: cum te ipsum non audis. Et cassianus dicit. Nūquid orat etiam quisque flexis genibus si per detractionem distrahitur? Hęc in glosa magna. in cle. Si dicendū. de reliquijs & veneratione sanctorum. Ex quo patet quod hic solum negligentia accurata & crassa damnatur. secundum Innocen. in ca. dolentes. Decimo queritur quid de illo qui non interfuit principio horę alicuius: vt quia neglexit: sed non maliciose: quia forte pulsum tam cito nō audiuit vt sic induatur. Nunquid ille debet principium repetere? Respondeo quod nō oportet à capite incipere: nisi magnam partem obmitteret: quia tunc deberet repetendo adimplere: secundum Innocen. Et similiter dico de fine horę: si aliquis ex necessitate exit chorum: tunc enim residuū suppletur per alios: quia omnes sunt vnum corpus in domino. de constitutionibus: cū omnes. Undecimo queritur an si obmissus vel neglectus est vnus psalmus debeat fieri repetitio in choro? Respondeo secundum Innocen. qd nō est tāta obmissio psalmi vnus qd deberet repeti si scandalū in populo immineret. Vnde melius est obmittere & nō repetere ppter scandalū populi: quia merito

dicerēt. Ecce clerici nostri aut suffusi sunt aut ignari: nescientes quid cantandum sit. Ex quo dicto arguendi sunt illi cauillatores non cantatores chori: qui propter vnū accentum aut tonum variatum vel erratum faciunt silentium: quod tamen sæpe contingit & male: & iterū reincipiunt: qui potius dicēdi sunt diuinorum turbatores quàm cantores. Veruntamen vbi hæc sine scādalo fierēt: vt si populus deesset: melius fit repetitio psalmi quàm obmissio. secundum Ioan. an. in. c. dolētes. Duodecimo queritur an degradatus ab ordine suspensus & excommunicatus: & quilibet criminatus teneatur ad horas canonicas? Respondeo quod sic: quāmdiu tolleratur ab ecclesia: patet quod non debet esse melioris conditionis malus quàm bonus. Si ergo bonus obligatur, multo magis malus. Vnde licet isti amiserunt honorem: non tamē onus aliās ex malicia commodum reportarēt. tales tamen in horis non debēt dicere. dominus vobiscum. &c. Terdecimo queritur vtrum quis habens plura beneficia in pluribus ecclesijs debet plures dicere horas? Respondeo non solum simplices. Nec obstat illud Gregor. Cum crescunt donationes etiam crescunt donorum. Illud enim fit propter impossibilitatem facti: ad quod nemo obligatur: videant tamen tales qui diuites sunt: quia tales occupant & subtrahuntur alijs pauperibus necessaria: vt in alijs bonis operibus recompensent. Et debet dicere illius ecclesie horas in qua maiorem habet gradum dignitatis vel officium: vt est decanus in vna, & in alia cano

nicus: dicat illius ecclesie horas ubi habet decanatum; unde quia laudes datur ut unus homo: ideo simplas, non duplas horas tenetur dicere. Si ecclesie diuersae sunt eiusdem dignitatis: vel equalia beneficia habet in diuersis: tunc si est ab utraque ecclesia absens; eligat quod officium voluerit. Si tamen habet ecclesiam parrochiam in vna diocesi: & in alio praebendam: dicat horas secundum ecclesie parrochialis consuetudinem &c. Pro quo facit illud Ambro. ad quancunque ecclesiam de ueneris, eiusdem morem serua. xij. dist. illa. Ex quo infertur secundum Guiller. laud. in cap. dignemini. de cele. mis. in cle. quod adueniens comedentes carnes: vel alia quarta feria, vel sabbato die in loco ubi non est consuetudo peccarent: licet in patria sua comedatur de consuetudine. Ratio quia debet se conformare his cum quibus conuersatur. xij. dist. in ca. j. & de statu regularium. ca. ij. Quarto decimo quaeritur utrum monachus existens prelati ecclesie secularis: reget eam in horis secundum consuetudinem illius ecclesie: vel secundum officium monachale? Respondetur secundum Ioan. an. in cleri. de cele. mis. in ver. licite. quod non reget secundum monachale officium: sed secundum clericale. Hoc dicit placere Ioan. xvj. q. j. ca. iij. Goffre. de statu monachorum in summa. c. sed nunquid. & Hostien. in summa eiusdem. cap. ij. Quindecimo quaeritur quae sit competens hora pro qualibet hora canonica regulariter dicenda? Respondetur quod septem sunt horae canonice, scilicet matutinum, prima, tertia, sexta, no-

na: uesperae & complet. ut in ca. j. de celeb. mis. xc. dist. presbyter. & sunt istae horae institutae in memoriam passionis Christi: nam matutinum significat detentionem Christi quae fuit post cenam in media nocte. Unde tali hora debet quilibet dicere matutinum: ut ei conueniat illud. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Tho. tamē dicit quod sufficit matutinum dicere post tres partes noctis, id est, ante auroram. & hoc hodie approbatur quasi per omnes doctores. Quod tamen contra multos est qui consumpta nocte in potatione: gula & ebrietate: non nisi clara die dicunt matutinum. quos arguit illud propheticum. Ubi eras dum me laudaret astra matutina? Contra quos est decre. de cele. mis. dolentes. ubi dicitur quod tales circa comestiones superfluas & confabulationes illicitas. ut de alijs taceam fere medietatem noctis expendunt: & somno residuum relinquentes: vix ad diurnum concentum animum excitant transcurrentes undique continua sincopa matutinum. Prima uero canitur in aurora orto sole in memoriam resurrectionis Christi: qui tunc dicitur surrexisse quantum ad noticiam mulierum: quae orto sole uenerunt ad monumentum. Prima etiam hora uisus est in littore: post resurrectionem. Prima hora conduxit procurator vineae operarios. Matth. xx. & significat laudem hominis quam Deo in pueritia impendit. Tertia canitur in memoriam suae crucifixionis: quia tunc est hora blasphematum & accusantium iudeorum crucifixum. Tunc etiam spiritum sanctum misit apostolis: &

DE DICENDIS.

significat laudem hominis in adolescentia. Sexta canitur in memoriale corporalis passionis: tunc enim tenebre facte sunt à sexta hora vsque ad nonam. Eadem hora discubuit cum discipulis in ascensione. Et signat laudē hominis in iuuentute. Nonna canitur, quia tunc Christus emisit spiritum: & latus eius fuit perforatum. Vnde profluxerūt sacramēta: scilicet sanguis in redemptione & aqua in ablutionem. Et signat laudem hominis in virilitate. Vesperæ dicuntur in memoriā depositionis Christi de cruce. Et significat laudem hominis in senectute. Completorium autem canitur in memoriā sepulture Christi. Et significat laudem hominis in decrepitu. Vnde versus. In matutino dānatur tēpore Christus. Quādo surrexit primam canit ordo fidelis. Tertia cum canitur tunc est cruciamina passus. Tenebre sunt sexta per mundi climata facte. Emissus nona diuin⁹ spūs hora. Vesperæ clauduntur Christi sacra mēbra sepulchro. Christo bis sena custodia ponitur hora. Quamuis autem horis cōpetentibus & distinctis horæ canonicæ in ecclesijs cathedralib⁹ vel collegiatis regulariter sunt cōplendē: potest tamen in horis canonicis dicendis ex causa rationabili: vt quia plebanus habet visitare infirmos & eos procurare sacramentis: vel habet audire confessions & cum hoc aspicere licitos labores corporales: omnes horas incluse dicere etiam ante diē. Similiter qui habet prædicare vel aliquid legere in facultate vtili scholaribus: potest etiam simul ante diem omnes complere. Qui verò hoc fa-

cit causa lasciuix: vt scilicet expeditis horis ante diem in die liberius vacet ocio & vanitatibus seculi: nō potest hoc facere sine peccato secundum Tho. in quodam quolibeto. Sunt etiam aliqui qui ante medium noctis omnes horas euadunt. Et hi similiter peccant cum adhuc non sunt digesti. vt legitur in vitas patrum: quōd quidam pater quādo orabat valde mane angelus sibi portabat vuas non maturatas: quando verò nimis tarde: tunc portabat putridas: quando verò competenti tempore tunc portabat maturas & valentes. Sed quare in quadragesima dicuntur vespere, ante prandiu ferialibus diebus cum missa? Respōdeo secundum Archidia. de conse. distin. j. Solet enim ieiunium quadagesimæ magis celebrari ad imitationē Christi. Et quia Christus ieiunauit. xl. diebus. & xl. noctibus nihil comedens debereimus nos toto illo tempore ieiunare nulla die vel hora comedentes, sicut ipse nō comedit. Et quia hoc facere non possumus ppter defectū nature: saltē tota die ieiunādo volumus modo quo possum⁹, imitari: & quia instante & vrgēte famis necessitate: non possumus expectare vt finiatur dies: expectamus saltē quōd horæ diurnales finiatur. horæ scilicet quæ in die sunt celebrandē: quarum vltima est officium vespertinū. Cōpletorium enim quod sequitur: licet deputetur huic diei quasi complens ipsam: non tamen decantatur in hac die: sed post finem ipsius in principio sequentis diei: quia secundum computationem canonicam à vespertino tempore incipit sequens dies. arti. lxxv. distin.

quod à patribus. Et ideo statutū est quòd in quadragesima vespere post missam no-
nalem statim celebrentur sine interuallo:
quod non fit in alijs ieiunijs que non cum
tanta distriçtione seruātur. hec Archidia.

¶ DE MODO DICENDI horas canonicas.

Consequenter quæritur, de mo-
do dicendi horas canonicas. Est
autem modus dicēdi horas se-
cundum modum & formam & dispositio-
nem ecclesiæ cathedralis: si in ea habeatur
specialis rubrica. Alioquin recurritur ad
metropolitanam ecclesiam: cuius rubrica
ab omnibus est seruanda. vt dicitur in con-
cilio Toletano. xij. dist. de his: qua deficiē-
te recurritur ad romanæ ecclesiæ consue-
tudinem. Hoc est contra multos romipe-
tas qui in patrijs nostris volunt dicere ho-
ras canonicas secundum modū Romanæ
curiæ: cum tamen habeant specialem mo-
dum & formam & rubricam in eorum ca-
thedralibus aut metropolitanis ecclesijs:
& hi incidūt in pœnam dicti cōcilij: scilicet
suspensionis à commnionem per sex men-
ses. Nam licet ecclesia romana sequēda est
in sacramentis: non tamen in diuinis offi-
cijs. vt notat Ioan. an. de cele. mis. ca. j. Mo-
nachi autem orabunt secūdum rubricam
sui ordinis: vt ibidem dicitur. Item quæri-
tur vbi horæ canonicæ sunt dicēdæ? Res-
pondeo en cathedralibus ecclesijs dicendæ
sunt. immo etiam in parochialibus eccle-
sijs si fieri potest congrue. iuxta illud. In ec-

clesijs benedicite deo domino. Verūtamē
quia curati in parochialibus debēt occu-
pari confessionibus & procuratione sacra-
mentorū tam circa sanos quàm infirmos:
ideo sufficit eis orare priuate in ecclesijs
vel in domibus: dū tamen in loco honesto
fit & quieto: non sicut quidam discoli con-
sueuerunt horas dicendo pellere scrophas
vel vaccas ad pascua: & impellendo rumpe-
re verba horarum per clamores & per mi-
nationes scropharum vel vaccarum. Qui-
dam etiā in lecto iacētes apodiati. & quod
deterius est dicere iacentes supini in dorso
posito libro viatico supra pectus murmu-
rant hora. Alij verò de domo in domum
discurrentes per villam vel oppidum cla-
mitant in plateis sonorose: vt more phari-
sæorum orare videātur. Alij verò ante fo-
res ecclesiæ stantes: aut in cimiterijs circū-
euntes salutantes personas ad ecclesias de-
scendentes. Vnde fit aliquando vt dicat
dominus vobiscum. & respōdeat, bonum
mane domina gratiosa: qui potius errare
quàm orare dicendi sunt. Nam horæ cū
magna reuerentia: & etiam attentione di-
cendæ sunt. Quæ autem reuerentia est
in talibus locis cum tantis strepitibus? De
quibus dicit Isido. de sum. bo. Quid pro-
dest strepitus labiorum vbi cor est mutū?
Sicut enim vox sine modulatione fit vox
porcorum: sic oratio sine deuotione est
vox boum & quod deterius est nonnulli
inter ista sordida & abhorrenda & abomi-
nanda opera: vbi etiam cum cane loqui vi-
deātur cū deo in oratione loquūtur. Cer-
te mētor si nō audui quendā presbyterū

voce alta vesp̄as dicere beat̄e virginis se-
dēdo in cloaca & purgādo aluum. Quod
neph̄as quātum pudoris habeat & culp̄e
attēdere potest vnusquisq; sensatus. Ideo
corrigatur tam inepta corruptela ne deus
vndē placari debuit acri⁹ prouocetur. Ve-
runtamen quod dictum est de attentione
interpretationem recipit mitiorem: quia
dicit sanctus Tho. secunda secundae. q. j. q.
licet in orationib⁹ priuatis debeat esse ma-
gnā deuotio & attētio orātis. quādo enim
sentitur abesse deuotio dimittēda est. Nō
tamen sic est in horis canonicis in quibus
non requiritur deuotio ex necessitate de-
biti vel pr̄cepti ecclesiastici: sed ex conci-
lio. vnde siue fit deuotus siue non: nihilo-
minus sunt horae dicendae à presbyteris:
alioquin expectando deuotionē quae nō
est in potestate nostra raro oraremus. In-
tentio tamē omnino requiritur vel actua-
lis vel habitualis: vt videlicet intendat deū
orare pro salute propria & aliorū. Et per
hoc patet etiā quod sacerdos orās in pec-
cato mortali, quāuis frustratur deuotio-
ne & gratia Dei: tamen ipse horas dicere
tenetur: qui licet non exauditur pro se: ta-
men ex quo orat in persona totius eccle-
siae pro alijs exauditur. Vnde in hoc casu
comparatur faci accense quae seipsam cō-
sumit: & alijs lucet. & canali quod alijs a-
quam influit & in fine putrescit. & cineri
seu lexiuio quod alios mundat & in se sor-
didatur. Pro isto igitur facit quod scripsit
in cle. Ioan. an. si dominū. in glos. magna.
vbi querit an orationes malorum profint
his pro quibus orant. Et dicitur quod sic.

nisi sciēter malum eligerent: ad hoc etiam
facit quod scribit Archi. iij. q. vij. in graui-
oribus. Facit etiā ad hoc expresse glo. xlix.
distin. ca. j. vbi dicitur quod si ex certa sciē-
tia malus eligitur à populo, & fit confor-
misorū moribus: nocet subditis: alias spi-
ritus sanctus aequē per malum sicut per bo-
num operatur remissionem peccatorum.
vt. j. q. j. fuerit argu. ad hoc. vj. q. j. ex meri-
to. viij. q. j. audacter. Vnde illud dictū Gre-
go. in pastorali: qui dicit. Cum is qui displi-
cet ad intercedendū mittitur irati animus
ad deteriora prouocatur. xlix. distin. ca. j.
sic intellige secundū Archidia. ad deterio-
ra prouocatur: scilicet cōtra eum qui mit-
titur: non contra eum qui mittit: nisi scien-
ter mittatur indignus. Et sic hoc videtur
intelligere Hugō Laurentius & Ioannes:
maximē quando sciēter ordinatur indi-
gnus: aut presentatur ad ordines vel bene-
ficiū. His enim modis aliquis mittitur ad
intercedendum pro populo. Item quari-
tur an horae canonicae legēdae sint alta vo-
ce vt ab alijs audiantur: vel potius submis-
sa, vt à solo Deo audiantur? Respondeo se-
cundū Ioan. an. in dicta glo. magna. quod
licet deus agnoscat cordis deuotionē: non
tamen frustra vox adiungitur. vnde dicūt
theologi, q̄ oratio quae fit per ministros
ecclesiae, id est, presbyteros qualis est in ho-
ris canonicis. ideo fit vocaliter & expresse:
quia talis orat in p̄sona totius ecclesiae aut
populi. Vnde vt populo innotescat quod
pro eo orat sacerdos merito fit expresse
& vocaliter oratio: tamen non est hic sic
de illa quae priuate fit pro alio. De necessi-

tate adiungitur tamen vox primo ad excitandum interiorem deuotionem. verbis enim & signis nosmetipsos interius excitamus ad sanctum desiderium augendum. vt dicit beatus Augusti. ad Probam quæ fuit vxor Adarisi procōsulis. vt dicit Isido. lib. v. virorum illustrium. Secundo ad redditionē debiti. vt scilicet seruiat Deo orās secundum se totū in corde & corpore. de consecra. distin. v. nūquid. Tertio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehemente affectione. Vnde psalmista Psal. xv. Letatum est cor meum: & exultauit lingua mea. &c. Et tunc quæritur an accoliti tenentur dicere septem Psalmos? Respondetur secundum Paulum alior Ratisponen. episcopum in tractatu suo de hæresi, quòd sic. Cuius ratio præcipue inter cæteras est: quia ex quo dicuntur clerici a clericos quod est fors: quia in sorte & in partem domini sunt vocati: rationabile videtur vt dicat aliquid ratione sui officij. Hoc tamē dependet ad cōsuetudinem: an singulis diebus an tantū festiuis dicere debeant. Est tamen cōsonum rationi: quòd qui non student in scholis aut studijs vt singulis diebus orent septem Psalmos. iuxta illud Ambrosij: quia semper pecco, debeo semper habere medicinam. de consecra. dist. ij. in fine. Item quæritur an sacerdos tenetur ad horas beatæ virginis Mariæ? Respondeo secundum eūdem vbi supra: quòd sic. licet nō de iure: tamē de optima consuetudine quæ iam pro lege putanda est. vt dicit Augu. ad consularium presbyterū. xij. distin. in his rebus. vnde in hoc

casu non valet illorum excusatio qui dicunt quòd horæ beatæ virginis non præcipiuntur per aliquam cōstitutionem authenticam ecclesiæ vniuersalis: nec per sacram scripturam: ergo sunt in beneplacito. Quibus respondendum est, quòd multa fiunt in ecclesiā Dei quæ nō sunt de institutione ecclesiæ vel præcepto scripturæ: sed ex solo consuetudinis vsu antiquo. Quæ prætermitti nullo modo debēt sine periculo salutis: vt signatio crucis qua fideles signantur. verba prolixa orationis super panem & super calicē. benedictio fontis trina, unctio olei eorum quos baptizamus. quæ omnia vt dicit Augu. xj. dist. ecclesiasticarum. obseruata sunt reuerenter à patribus magis silentio quam publicata scripto. Vt dicit Paulus de leazaris. Stephanus prouincialis gentinus in cleri. graui. de celeb. missæ. quòd vbi est consuetudo quòd prælati & maiores ecclesiarū dicunt horas beatæ virginis: & obmittentes eas peccant mortaliter, nisi subsit causa rationabilis. An autē istæ horæ debeant dici in festis beatæ virginis: ex quo tunc totum officium est de beata virgine? Dicendū est quibi recurrendum est ad consuetudinem cathedralis ecclesiæ. Nam in quibusdā ecclesijs dicuntur: non obstante officio solēnitatis: in quibusdā nō. Et sic statur cōsuetudini ecclesiæ cathedralis quæ est mater omnium inferiorum: à qua non licet discedere. xij. dist. nō dicet. Itē quæritur, an omnes sacerdotes tenentur ad vigilias mortuorum? Respondeo secundum Guillelmum: quod curati tenentur ad vigilias mortuorum

DE DICENDIS.

ordinarias iuxta consuetudinem ecclesie cathedralis: vbi est consuetudo quod maiores prelati dicant vigiliis singulis diebus quadragesimae: in aduentu: & in vigiliis apostolorum: debent etiam ipsi curati dicere vbi cunque sint: siue circa ecclesias proprias: siue in studijs. Veruntamen ad extra ordinarias non tenentur secundum ipsum curati in studijs existentes aut alij beneficia- ti. Extra ordinariae vacantur quae dicuntur specialiter pro anima cuiuslibet defuncti: ad quas dicendas solum illi astringuntur qui circa ecclesias sunt praesentes. similiter qui in illis sunt in anniuersarijs defunctorum. Vnde vltimus quaeritur an aliquis dicendo horas de sanctis vel de martyribus: quando dicenda essent de feria peccet mortaliter? Respondeo licet secundum Guillelmum, non refert per quos psalmos laudetur deus: tamen determinatio ecclesiae maioris est sequenda. Nam secundum consuetudinem ecclesiae maioris: iustum est, vt vnusquisque inde sumat regulas magisterij vnde honoris consecrationem accepit. xij. dist. de his. Et beatus Bern. dicit. Spiritus sanctus illas horas quando gratas non recipit: aliud quam debes neglecto eo quod debes obtuleris. Vnde istud viciu reprobatur expresse. de conse. dist. v. in die. vbi dicit Gregorius septimus: quod illi qui in diebus quotidianis tantummodo lectiones legunt non ex regula sanctorum patrum: sed ex fastidio & negligentia probatur hoc facere. hec ibi. Item quaeritur de illis qui dicunt nouas hystorias non approbatas per episcopum? Respondeo quod peccant mortaliter secundum

Bern. super canti. sermone. xxvj. vbi dicit quod quicquid sine voluntate superioris fit vanae gloriae deputabitur non mercedi. Episcopus tamen potest inducere consuetudinem nouam in ecclesia sua quo ad officia celebranda. xij. dist. nouit. de conse. dist. iij. c. j. & expresse in glo. xcj. dis. Eleuterius super ver. vigilijs. quod si intelligitur secundum archi. ibidem. quod episcopi in his quae circa solemnitatem ecclesiae tantum consistunt quae consuetudine non praeccepto maiorum sunt introducta mutare possunt & statuere. vt dicit Iaco. de alberga. Statutum tamen ab episcopis vel sanctis patribus non possunt immutare. haec ibidem. Item quaeritur quid de illis qui obmittunt dicere suffragia sanctorum? Respondeo quod peccant si hoc faciunt contra consuetudinem ecclesiae cathedralis: vt supra dictum est secundum dominum Paulum alior. quia contemptores laudabilis consuetudinis sicut & legis puniuntur. dist. xj. in his. & hoc si faciunt ex negligentia affectata: quia non curant vel vt citius percurrant horas & vacent potius vel ocio. &c. Sed quid de illo qui prius orauit completorium quam vespere. &c. vtrum teneatur redicere vero modo? Respondeo secundum dominum Paulum vbi supra quod non tenetur: sed caute implebit vespere quas incaute obmisit: & poenitebit de negligentia. Item quaeritur an dicere Pater noster ante horas: & post, sic praecceptum. Respondeo quod hoc post horas expresse praecipitur in concilio Gerundensi. de conse. dist. v. ca. id semper. vbi sic dicitur. Illud semper placuit obser-

uari: vt omnibus diebus post matutinas & vespas oratio dominica à sacerdote proferatur. Ante verò horas dicere pater noster: licet non appareat esse præceptum scriptum: apparet tamen licitum dignum & iustum. Nam prius inuocandus est omnium rerum Pater: quo prætermisso, nihil rite bonum fundatur exordium. vt dicit Boetius de consol. philosophiæ libro. tertio. Rationabile autem est vt prius oratio illa præcedat quam auctor salutis dicta uit & instituit: quàm illæ quas sancti patres postea dictauerunt. Item expedit prius petere ea quæ sunt magis necessaria & vtilia ad salutem: quàm quæ sunt minus necessaria. Magis autem necessaria sunt quæ ponuntur in dominica oratione: & vtilia quàm quæ ponuntur in alijs: cum ibi summa totius salutis & perfectionis consistat. Petimus enim ibi sanctificari nomen Dei in nobis & aduenire regnum coelorum: quod primo esse quærendum Saluator docuit: vt habetur Matth. xvi. Item consilium est vt illa oratio non prætermittatur quæ disponit hominem & aptum reddit: humiliando ad effectum orationis consequendum. Huiusmodi autem est oratio dominica: in qua petimus dimitti nobis debita nostra: & à malo liberari. Quibus nondum expeditis orationis effectus frustraretur: nisi enim nobis prius debita dimitterentur: & à malo culpæ liberaremur: nullatenus aliquid impetraremus. cum dicitur. Ioan. ix. Deus peccatores non audit: & Psal. Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamē

tum meum per os tuum? Adiungitur etiā. Ave Maria: in principio horarum: quia dignum est vt illam salutemus in principio nostri operis: per quam salus nostra exordium sumpsit. Dicit enim Bernard. quia Deus nihil nos vult habere salutis quod per manus Mariæ non tranfierit. Aliqui verò incipiunt horas per illum versiculū. Sancti spiritus absit nobis gratia: sed nō est vis. Ego incipio per Ave Maria ista ratione: quia nec gratiam spiritus sancti me posse obtinere puto, sine Mariæ suffragio: ideoq; ad eam primo recurro: quia impetrare nisi per eam melius non dubito.

CAUTELAE IN DICENDIS
horis canonicis seruandæ.



Equuntur cautelæ circa horas canonicas obseruandæ. Et primo septem impedimenta quibus frustratur effectus orationū. De quibus habetur in cleri. graui. de cele. mis. Caueat ergo quilibet ne legat transcurrendo siue sincopando: sicut aliqui faciunt dicentes. Dixit dominus à dextris meis: aut extranea aut prophana colloquia intermiscendo: quia dicit Franciscus Verteley. Friuola qui profert dum sacra presbyter offert. Lectio sacra dei non deputatur ei. Tarde ad eorum veniēdo: ante finem officij sine causa exeūdo: aues in horis portādo: seu venaticos canes: sine tōsura velve ille cōpetēti horis interessendo. Et hoc est cōtra cāpanatores: crispatos: comatos: manicatos: ministrātes celebrātib; presbyteris qui grauiter peccāt. vt patet vbi supra.

DE SENTENTIA

Secundo caueat horas canonicas cantans, ne lasciuos & dissolutos cantus ibi perfonet: sicut quidam theatrales, id est secularium chorearum cātilenas cū illicitis modulationibus spiritualium consonantiarū discantizāt. Contra quos est apostolus ad Ephesios. v. dicens. Cantantes & psallentes in ordinibus vestris domino. vbi dicit Hieronymus. & ponitur. xcij. dist. ca. cantantes. vbi dicit. Audiant hæc adolefcentuli: audiant hi quibus in ecclesia est psallendi officium Deo: non voce: sed corde cantandum nec in tragœdiarum modū: guttur & fauces modulamine leniēde sūt vt in ecclesia theatrales moduli audiantur: & cantica. & Grego. dat huius rationem dicens. xcij. distin. ca. in sancta. vbi dicitur. Plerumque fit in sacro ministerio dum blanda vox quæritur congrua vita negligatur. Et cantor minister Deum moribus stimulet cum populum vocibus delectat. Hoc etiam prohibetur de cele. mis. in cleri. j. vbi à cantilenis prohibet abstinere. pro quo facit. xxviii. distin. presbyterū. & de conse. di. v. non oportet. & xxvij. dist. cap. ij. hodie prouisum est hoc optime per Ioan. xxij. in extrauaganti quæ incipit. Dicta sanctorum patrum decreuit auctōritas: in qua reprobatur tantum cantilenarū in triplis: & mutetis vulgaribus infra solēnia missarum & horarum canonicarum: & præcepit tales suspēdi ab officio p octo dies permittit tamen diebus celebribus & festiuis in missa & in diuinis officijs aliquas fieri consolatione: videlicet consonantias quæ melodiam faciunt infra octauā quar

te & quinte: & huiusmodi super ecclesiasticum officium & cantum simplicem: ita tamen quod ipsius integritas illibata permaneat. Hæc ibi. Tertio caueat ne incongrue verba tam in horis quàm in alijs diuinis officijs: siue cantādo siue dicendo submisserat: hæc enim multum scandalizant audientes. Et licet hoc omnibus clericis generaliter sit cauendū: tamen ab ipsis canonicis & prælatis ecclesiarum cathedralium maximè est vitandum. Tales arguit Cassio. sup illud Psal. xlvj. Psallite sapienter dicens. Nemo sapiēter facit quod non intelligit. Signum autem non intelligentiæ est incongruitas. Vnde credit Stephanus scribēs super cle. ne in agro. de statu monachorum. quod ignorantia grammaticæ quæ maximè in incongruitate consistit repellit quem à canonicatu ecclesiæ cathedralis. ar. xxiii. dist. quando de æta. & qua. cap. fina. de consan. & affi. & c. de rescri. c. statutum. li. vj. & c. & cap. fina. si corpore. li. vj. vbi p batur per argu. Quarto caueat clericus orans ne in horis resumat vnum & idem verbū pluries: quia dicitur Eccle. vij. Ne iteres verbum in oratione tua. Contra quod faciunt quidā dicentes. Pater noster pater noster qui es. sexies aut septies. Et nō dico septies tātū sed etiā septuagies septies. quæ iteratio procedit ex inaduertentia: ex indeuotione ac mētis distractione: quia dū alia cogitāt in vno verbo: linguā tādīu figūt donec cogitationes pertranseāt. Et hī poti⁹ irritāt deū q̄ orāt. Nā dicit Seneca. Perturbat mētē auditoris quod sæpe dicitur vna scilicet & eadē voce: imo

quodammodo in hoc deus blasphematur dum per hoc videtur semel dictum non audire vel intelligere: nisi sapius ei refutatur. cum tamen dicatur. Scit enim pater vester coelestis quibus indigetis. Matt. vj. Videat quilibet tam clericus quam laycus. vt in oratione stet vel sedeat quietus: aut flectat deuotus manus leuando: pectus tundendo: suspirando: & sursum inspiciendo. Isti enim sunt modi orandi in scripturis sanctis approbati. Nam dicitur in Psal. Stantes erant pedes nostri. &c. Marci. ix. Cum stabitis ad orandum dimittite. &c. Sic Martha stetit & ait ad Christum. Domine non est tibi cura. &c. Lucae. x. Sic leprosus genu flexit: & impetrauit curationem. Marci primo. Hydropicus stans ante Christum obtinuit sanitatem. Lucae. xiiij. De sedendo. Matthaei. xxvj. dicitur. vbi Christus dixit apostolis. Sedete hic: orate ne intretis in temptationem. Idem Marci. xiiij. de quiete dicitur. Matthaei. vj. Cum oraueris intra in cubiculum tuum: & clauso hostio ora. Cubiculum autem est locus quietis & locus pacis. De flexura dicitur de leproso: procidens adorauit. Lucae. v. quod vtique flecteret est necessarium: sicut Paulus de se dicit. Flecto genua mea ad Deum pro vobis. Ephe. iij. Et idem de sancto Stephano: qui positus genibus orabat. Actu. vj. De elevatione manuum habetur. Exo. xvij. vbi Moyses eleuatis manibus orauit. & David. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum Psalmus. cxl. De tunctione pectoris habetur Lucae. xvij. vbi publicanus percussus pectus orabat. De su-

spiratione Ioan. xj. vbi Christus infremuit spiritu: & turbauit seipsum volens lazaram suscitare. De sursum inspiciendo dicitur Ioan. xj. vbi Christus suspiciens in coelum dixit: pater gratias tibi ago, quoniam exaudisti me.

DE EXCOMMUNICATIONE.

SI quis ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Matthaei. xvij. & .xxiij. q. j. omnibus. Quoniam vt ait doctor subtilis in iij. sen. dif. xix. q. j. arti. v. In ecclesia est duplex forum. vnum secretissimum in quo idem est accusator & reus: & ad istud pertinent clauis ecclesiae. Aliud est forum publicum in quo habet ecclesia auctoritatem corrigendi publica debita: & talis auctoritas eognoscendi in causa & sentiendi publice: quodammodo potest etiam dici clauis. Prima dicitur clauis ordinis. Secunda clauis iurisdictionis: ad quam quidem clauem iurisdictionis pertinere videtur dictum nostri Saluatoris supra praemissum. Si quis ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, id est, excommunicatus & gentilis: & publicanus, scilicet, vt publicus peccator vitetur. Per ecclesiam autem intelligitur praefatus ecclesiae. vt exponit Beda & Hylarius: cuius, scilicet praefati lata est sententia: sicut statim ibidem dicit Saluator. Amen dico vobis quodcunque ligaueritis super terram erit ligatum & in coelis. secundum Hylarium talis fer-

DE SENTENTIA

tentia iudicio diuino approbatur. Confor-
 miter autē istam iurisdictionem tam Chri-
 stus quā apostoli exercuerunt. Nam do-
 minus mulierem deprehensam in adulte-
 rio per sententiam absoluit dicens. Nemo
 te condemnauit mulier? quæ ait. nemo do-
 mine. ipse subiunxit: nec ego te condem-
 nabo. Ioannis. viij. Sicut autem tunc ab-
 soluit eam: ita potuisset cōdemnare eam.
 De Petro quoque legitur quod publice
 Ananiam & Saphiram ad mortem senten-
 tiauit: vt dicitur Actu. v. De Paulo etiam
 legitur quod Corinthium fornicantem
 publice excommunicauit: vt dicitur i. Co-
 rinthio. v. Item. j. ad Thimoth. j. Hyme-
 neum & Alexandrum tradidit sathanæ
 propter blasphemiam. Item etiam prohi-
 bet excommunicare notorijs peccatori-
 bus. j. Corinth. v. & ij. Thessa. iij. & ij. Thi-
 moth. iij. facit vitare Alexandrum æra-
 rum. Item ad Titum. iij. Hereticum post
 alteram monitionem facit vitare. Idem
 quoque ad Galat. j. scribens ait. Si angelus
 vobis de coelo aliud euangelizauerit præ-
 terquam quod euangelizauimus vobis;
 anathema sit. Sic ergo anathema tenet
 contra Angelum & cōtra hominem. De-
 nique Ioan. Cerinthum hæreticum pu-
 blice excommunicauit: & vitare præcepit:
 quæ omnia arguunt hæreticorum mo-
 dernorū versutias: qui ecclesie detrahētes
 dicunt eam non habere auctoritatem ex-
 communicandi: suspendendi: & interdicē-
 di: & per consequens dogmatizant non
 esse curandas ecclesiasticas censuras: cum
 tamen dicat Chrysostomus. xj. q. iij. cap. nemo

contemnat. vbi dicitur. Nemo cōtemnat
 vincula ecclesie. non enim est homo qui
 ligat: sed Christus qui hanc potestatem de-
 dit, & dominus fecit homines esse tāti ho-
 noris. Circa igitur prosecutionem huius
 materie breuiter de tribus principaliter
 est considerandum. primo quidem de ex-
 communicatione. secundo de suspensio-
 ne. tertio & ultimo de interdicto. Est au-
 tem excommunicatio à qualibet licita cō-
 munionē: & legitimo actu separatio. xj.
 q. iij. euidenter. Alibi enim vocatur æter-
 næ mortis damnatio. xj. q. iij. nemo epi-
 scoporum. Alibi enim dicitur animæ &
 corporis detrimentum. ij. q. j. de manife-
 sta. Item deicit de ecclesia & tradit dia-
 bolo. xj. q. iij. audi. Et breuiter excommu-
 nicatio quæ dicitur alio nomine anathe-
 ma non est nisi à deo separatio. xxiiij. q.
 iij. Certum est: & hoc est magna poena.
 Nam quando quis excommunicatur: sta-
 tim membrum Dei esse desinit: & incipit
 esse membrum diaboli. xj. q. iij. excellen-
 tissimus. Moxq; vt ab ecclesia repellitur:
 rapido ore demonum deuoratur. xj. q. iij.
 absit. Sunt autem duæ species excommu-
 nicationis. Vna quæ separat à sacramen-
 tis ecclesie: & à participatione fidelium: &
 ab ingressu ecclesie. Et hæc dicitur maior
 seu anathema. Alia est quæ separat solum
 à sacramentis: vt est quodlibet peccatum
 mortale. Et hæc dicitur minor. de vtraque
 dicitur. iij. q. iij. Engeltrudā. A prima non
 absoluunt simplices sacerdotes: sed à secū-
 da in casibus tantum ipsis permissis à iure.
 Vnde sciendum quod quatuor sunt ge-

nera excommunicatorum. vt colligitur .xj. q. iij. ad mensam. Primo quando quis peccat: & deus recedit ab eo. Secundo quando quis de consilio sacerdotis abstinet ab eucharistia. Tertio quando quis est excommunicatus minori excommunicatione .vq. quia communicauit excommunicato in locutione: vel comisit sacrilegium: vel est symoniacus. Quarto quando quis est excommunicatus excommunicatione maiori: & tunc proprie dicitur excommunicatus: & etiam vitandus secundum Ioannem de Deo: qui ita notauit in prædicto canone. ad mensam. & Archidi. ibidē post eum. Circa istam materiam est videndum de quatuor. Primo qui sint casus in quibus quis ipso facto incidit in sententiam excommunicationis à iure. Secundo quis sit effectus excommunicationis. Tertio in quibus casibus participans excommunicatis incidit in eandem sententiam excommunicationis: & in quibus pmittitur quis participare licite excommunicato. Quarto de forma ferendi sententiam excommunicationis & impendēde absolutionis. De primo sciendum quòd quinquaginta sunt casus in quibus ipso facto quis sententiā excommunicationis incidit: quos bene enumerat Ioan. an. in ca. eos qui de sen. excommunicata. lib. vj. in glos. iij. & eo. ti. in cle. in. j. glos. Et sciendū q. primus est quando quis incidit in heresim damnatā. vt. iij. q. iij. ca. ij. & iij. aut qui nouam hæresim fingit. de hære. ad abolendam. est sic excommunicatus. & similiter credēs hæreticis: vel eos receptans aut eis fauens. de hære. sicut ait. Se-

cundus cum quis asserit romanam ecclesiam non esse caput omniū: nec ei tāquam capiti obediendum. dist. xix. nulli phas. vnde hodie diffinitum habetur: & declaratū per Bonifacium octauum. q. subesse romano pontifici omni humanę creature est de necessitate salutis. vt patet in sua extraganti quę incipit. Vnā sanctam. Tertius casus quando retores ciuitatis faciunt exactiones indebitas in clericos, & admoniti non desistunt: vt de immunitate ecclesiarum. nō minus. Quartus casus est cū quis non electus à duabus partibus cardinalū gerit se pro papa. de elec. licet. Quintus cū quis magister scholarium tractat cum aliquo ciue bononię de cōductione hospitij irrequisitis inquilinis nisi tēpus fuerit elapsū. vt de locato & cōducto. c. ex rescripto. Sextus cū monachi canonici regulares: archidiaconi: præpositi: plebani: cantores: & alij clerici personatus habentes: aut etiā quicunq. presbyteri audiunt leges & phisicam. ne clerici vel monachi. & c. cum magnopere. & c. cap. super specula. Secus si habent tantum ecclesiam parrochiale & non sunt presbyteri nec clerici vel monachi. & c. c. statutū lib. vj. Septimus cū quis participat cum excommunicato in crimine: propter quod excommunicatur dādo ei cōsiliū auxiliū vel fauorē. de sen. excō. si concubinæ. Octauus statuens statuta cōtra libertatem ecclesie: tam cōsules quā eorum scriptores. de sen. excō. nouerit. & c. grauē. Nonus qui vtūtur ordinationib⁹ à scismaticis factis. de scismaticis. c. j. Decimus quicūq. loquitur secrete: vel mittit scriptu-

DE SENTENTIA

ras vel nuncium alicui Cardinali quando
 sunt reclusi occasione electionis Papæ, vt
 de electione. vbi periculum. libro sexto. Et
 idem de dominis Rectoribus & officiali-
 bus ciuitatis qui imminente ipsa electio-
 ne non seruauerint ipsam constitutio-
 nem. Vndecimus de his qui grauant ali-
 quos: qui cum pro vno rogabantur elige-
 re noluerunt. de elect. sciant cuncti. lib. vj.
 Duodecimus de rectoribus ad regimē vr-
 bis Romanæ electis: & de fautoribus qui
 fecerunt cōtra constitutionem super hoc
 factam. vt de electi. fundata. lib. vj. Trede-
 cimus de his qui vocantur ad eligendas
 moniales in electionibus nisi abstineant
 ab his per quæ possit in eis discordia ori-
 ri vel nutrirī. vt de electi. indemnitatibus.
 Decimus quartus de his qui procurant cō-
 seruatores dari: & intromittunt se de his
 quæ non licent. de offi. delega. statuimus.
 libro sexto. Decimus quintus de his qui
 absolutionem de aliqua excommunica-
 tione: vel reuocationem eius: aut etiam
 suspensionis vel interdicti extorquent per
 vim aut per metum. Nam hæc absolutio
 non valet: & incurritur noua excommu-
 nicatio. vt de his q̄ vi. metusve causa fiunt.
 ca. vnico. libro sexto. Decimus sextus qui
 fingit fraudulenter aliquem casum per
 quem aliquis iudex vadat ad aliquam mu-
 lierem pro testimonio. vt de iudicijs. mu-
 lieres. Decimus septimus de his qui præ-
 latorum vel capitula: vel aliàs personas eccle-
 siasticas compellunt ad submittēdum lay-
 cis: vel alienandum dona immobilia eccle-
 siarum. Et similiter layci qui vsurpant si-

bi huiusmodi illicite: nisi admoniti desti-
 terint. de rerum alienatione. hac consul-
 tissima. libro sexto. Decimus octauus: qui
 cūq; à psonis ecclesiasticis vel ecclesijs per
 se vel per alium suo nomine: vel alieno p
 personis: vel rebus quas non causa nego-
 ciationis deferunt vel deferri faciunt: seu
 transmittunt: exigūt aliquod pedagium.
 de censibus. quanquàm libro sexto. De-
 cimus nonus de his qui impediunt iudicium
 delegati: vel cuiuscunque iudicis ecclesia-
 stici. de immunitate ecclesia. quoniā. Vi-
 gesimus de his qui iubent subditis suis ne
 personis ecclesiasticis vendant aliquod bla-
 dum vel similia de immu. eccle. cap. fina.
 libro sexto. Vigessimus primus de religio-
 sis qui habitum suæ religionis dimittunt:
 vel qui accedunt ad studium sine licentia
 sui prælati vel conuentus: vel qui coram
 talibus legit scienter qui dimiserunt ha-
 bitum. ne clericus vel monachus. &c. nec pe-
 riculoso. libro sexto. Et sicut recitat. Ioan-
 an. in nouella super regula. libro sexto re-
 ferens Guiller. de lata Petri disputasse de
 monacho qui bene differt habitum mo-
 nachalem sed opertum habitu clericali
 quod sit apostata. Quod hodie videtur ap-
 probatum. de vita & hone. cleri. quoniam
 in principio. in cle. in ver. à religiosis. quæ
 omnia vera sunt secundum Ioannem. an.
 quando monachus iustam causam trans-
 formationis non allegat. Vigessimus se-
 cundus qui hæreticos seu fautores, cre-
 dētes: receptatores: vel defensores eorum
 sciēter tradiderint ecclesiasticæ sepulture.
 de here. quicunq; lib. vj. Ne tales debent

absolui nisi prius talem sepultum proprijs manibus extumulent. Idem de illis laycis qui publice vel priuatim de fide catholica disputant. vt dicitur ibidem. Dicit tamen Ioan. and. q̄ in istis casibus est canon ferēde & no latē sentētiā: & hoc est tenendū. Vice simus tertius: quicumq; rector secularis vel quicūq; officialis eius cognosceret de crimine hæresis, aut captiuos liberaret, vel dioecesanorum inquisitorū officium impediret. de hæreti. inquisi. lib. vj. Vice simus quartus qui per assisinos vel assassinos aliquem christianū interfecerit. Dicuntur autem assisini vel assassini quidam infideles qui ex quibusdam falsis opinionibus quibus fuerūt enutriti facile mittebantur ad occidendum quēcunq; christianum non curātes, nisi ob hoc ipsi occidendi essent. de homicidio pro humano. lib. vj. Vice simus quintus de clericis qui manifestis vsurarijs ad foenus exercendum domos locant, vel alijs titulis cōcedunt. de vsuris vsurarum. lib. vj. Vice simus sextus de his qui concedūt represalias cōtra personas ecclesiasticas specialiter siue generaliter. vt de iniurijs & dāno. data, & si pignorationes. lib. vj. Dicūtur autem represaliæ quando vnus oriundus de vna terra spoliatur ab alio de alia terra oriūdo. ita videlicet si debitum nō soluitur ei tunc datur potestas ipsi spoliato q̄ satisfaciāt sibi cōtra quem libet de terra illa vnde est ille debitor vel spoliator. Vice simus septimus si dominus vel rector tēporalis nō fecerit ea obseruare quæ statuūtur contra infecutores cardinalium seu alicuius de familia eorū vel

papæ. de pœnis. ca. foelicis. lib. vj. Vice simus octauus quicumq; dat licentiam occidendi seu accipiendi, vel alias in personis vel ī bonis suis vel suorū grauādi eos qui contra reges, barones, nobiles, vel quoscunq; tulit excōmunicationis suspensionis vel interdicti sentētiā, siue istos quorū occasione sunt prolatē, vel eos qui eos obseruāt, aut eos qui taliter excōmunicatis cōmunicare volunt, nisi licētiā ipsam reintegraliter reuocēt, & si qua sunt ablata restituāt, siue pro illis satisfaciāt. Et similiter qui dicta licētiā vsi fuerint, vel etiā sine licētiā suo motu hoc fecerint excōmunicationē incurrūt. In qua si permanserint per duos menses: nō nisi per papam absoluūtur. de sentē. excōm. quicūq;. lib. vj. Vice simus nonus quādo quis ab excōmunicatione fuit absolutus in mortis articulo vel alio impedimento, si cessante articulo vel alio impedimēto nō præsentet se quāto citius poterit illi à quo absolui debuerāt: reincidit ipso facto in eādē sentētiā. de sentē. excōmuni. eos. lib. vj. Tricesimus quādo aliqui absoluūtur à sede apostolica vel à legatis, & iniūgitur eis q̄ se re presentēt ordinarijs vel alijs suscepturi poenitētiā & passis iniuriā, seu vt eis qb̄ obligati sunt satisfaciāt, si hoc nō faciūt quum primū poterint, reincidūt in eandē sententiam. vt in dicto. ca. eos qui. lib. vj. Tricesimus primus de his qui in cimiterio sepeliunt corpora tēpore interdicti, vel vsurarios manifestos scienter sepeliunt, à qua excōmunicatione non debent absolui, nisi prius ad arbitrium dioecesani satisfice

DE SENTENTIA

rint, quibus præmissa fuit iniuria irrogata. de sepulturis. eos in cle. Tricesimus secundus de religiosis qui decimas Ecclesiæ debitas sibi appropriant vel usurpāt, siue qui non permittūt solui ecclesijs decimas quibus tenentur iuxta tenorem clementinæ. de decimis. religiosi. Tricesimus tertius de monachis siue canonicis regularibus qui nō habent administrationes, & conferunt se ad curias principum sine licentia prælatorum, vt damnum aliquod inferant prælatis suis aut monasterio. vt de statu mo. in agro. in cle. Tricesimus quartus de monachis qui intra septa monasterij arma tenent. &c. vt in dicto. ca. ne. in agro. Tricesimus quintus de his qui impediunt visitatores monialium vel canonicorū, nisi moniti destiterint. vt de statu monachorum. accidētes. in cle. Tricesimus sextus de quibusdam mulieribus quę dicuntur beguine, similiter & religiosi qui eas in tali statu fouent. de religiosis domibus. cum de quibusdā. in cle. Tricesimus septimus de illis qui scienter cōtrahunt matrimonium in gradu cōsanguinitatis vel affinitatis prohibitis, vel cum monialibus, vel contrahentes qui sunt religiosi vel moniales: siue etiā clerici in sacris. vt de consan. & af. eos. in cle. Tricesimus octauus de inquisitoribus hæreticorum qui prætextu inquisitionis officij quibusuis modis illicitis pecuniam extorquent, vel etiam bona ecclesiarū ob delictum clericorū applicant fisco. de hæreticis volētes. in cle. Tricesimus nonus potestas, capitanei, rectores, consules & iudices, consiliarij, & alij officiales qui statuta

scribunt, faciunt & dictant per quæ quis compellitur soluere vsuras, vel solutas nō repeterē, & qui secundum ea iudicant; & qui habent super hoc potestatem, nisi statuta ipsa deleuerint sunt excōmunicati. vt de vsuris. ex graui. in clemē. Quadragesimus de religiosis mendicantibus qui domos ad habitādum de nouo recipiunt, vel receptas mutāt seu alienant. de exces. præ la. ca. vno. lib. vj. & de poenis. ca. cupientes. in clemen. Quadragesimus primus de religiosis qui dicunt aliqua verba quibus retrahunt audientes à solutione decimarū. vt in dicto. ca. cupientes. Quadragesimus secundus qui confitētibz sibi non faciūt conscientiam de decimis soluendis, qui suspensi sunt à prædicationis officio donec si commode possunt faciant eis conscientia. Et si interim prædicent, excommunicati sunt. vt habetur ibidem. Quadragesimus tertius de religiosis quibuscunq; qui non seruāt interdictum quod seruat mater ecclesia. de sentē. excom. ca. j. in cle. Quadragesimus quartus de fratribz minoribus qui tempore interdicti recipiunt ad officia diuina fratres vel sorores de tertio ordine qui continentes dicuntur. de senten. excommu. cum ex eo. Quadragesimus quintus opponens seu impugnās litteras papæ nouiter electi, etiam ante coronationem suam, excommunicatus est per extrauagantē. xj. benedicti. quæ incipit. quia non nulli. Quadragesimus sextus verberās clericum diabolo instigante, puta ex ira, aut animo vindicandi vel vlciscendi se in eo, ipso facto est excommunicat⁹. xvij. q. iij. si

quis suadente diabolo. & de senten. excō. cum illorum. Et notāter dicitur instigāte diabolo: & ex ira. secus si iocose aliquis clericum in ludo honesto offenderet nō animo iracundo, nec ex malo proposito non incidit in excommunicationem. de sentē. excō. cū volūtate. Dicitur etiam animo vlciscēdi se in eo, quia secus si mandato superiorū quis capiat clericum incorrigibilem, vt ad iudiciū eū pertrahat: talis enim nullam sententiam incurrit. vt de senten. excō. vt famæ. Nam tales possunt etiā ab Ecclesia extrahi violenter. vt dicit glo. ibidē. Super hęc dicta possunt excusari magistri, prælati, consanguinei: & alij in iure expressi quibus permittitur correctio clericorum, qui si etiam animo iracūdo clericum verberant, & de correctione actu nō cogitant, excusantur. secundū Host. Non enim possunt dici ex ira corrigere clericos cum dolus nō assit, & per consequens nec violentia: sufficit enim q̄ correctionem habeāt in habitu. Quadragesimus septimus de istis laycis qui collectas tallias & onera imponūt ecclesiasticis personis, ab ipsis suorum prouētuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicesimam extorquētes. de immu. eccle. clerici. lib. vj. Quadragesimus octauus de prælatis & de illis personis que huiusmodi laycis eleemosynas vel collectas quascunq; persoluunt. vt habetur ibidem. hodie vero solum locū habet in exigentibus laycis qui soli incidunt in excommunicationem: non tamen habet locum in soluētibus vel recipiētibus à sponte soluētibus. vt de immu. eccle. quoniā. in cle.

Quadragesimus nonus percutiens aliquē qui nouiter est religionem ingressus: licet nondum sit professus incidit in excommunicationem. de sentē. excō. religiosi. lib. vj. Quinquagesimus de illo qui licet non mādauit percutere clericum aliquis tamē nomine suo, puta familiaris eius vel cōsanguineus percussit clericum, & ille ratū habuit postea, excommunicationem incurrit ipso facto. de sentē. excō. cum quis. lib. vj. Alios casus quære supra in. c. de sacramento poenitētiæ. Et quia dictum est in. xlvj. casu. q̄ nō omnis percutiēs clericū incidit in canonem latae sentētiæ. Ideo vidēdum est breuiter q̄ quatuordecim sunt casus in quibus percutiēs clericum nō incidit in excommunicationem. Primo quando quis ignorabat an clericus esset, puta quia comam nutriebat. de sen. excō. si vero. Secundo si non defert habitum vel tonsurā, nec aliquid de clericatu ostendit, si tertio ammonitus nō se corrigat. de sentē. excō. ca. contingit. & ca. audientia. Tertio in clerico qui cōtempto habitu fert arma, & tertio monitus nō corrigitur. vt in prædicto. ca. in audientia. Et etiam si nō monitus sit & se immisceat tyrannidi. de senten. excommuni. cum non ab homine. Quarto in clerico exercente negocia secularia. vt in. ca. sacerdotibus. ne clerici vel monachi, & prius requiritur monitio. vt in. c. in audientia. de vita & hone. cle. ca. fina. Quinto in clerico coniugato si non fert habitum clericalem. de cleri. coniuga. lib. vj. Sexto in clericis Buffonibus, Macellarijs, Goliardis: qui si per annū exercuerint artem

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

suam, vel si minori tempore admoniti non destiterint. de vi. & hone. cle. lib. vj. cap. fi. Septimus in illis qui non ex ira, sed iocose se percutiunt. vt de senten. excōmu. ca. j. debet tamen attendi qualitas ioci, & ratio fallendi. de præsum. ca. j. Octauus in magistro qui tamen hoc facit leuiter causa disciplinae. de sentē. excom. cum voluntate. ca. fi. Nonus est in eo qui vim vi ex incontinēti repellit temporate. de sentē. excō. si vero. Dicimus quādo quis cum vxore inuenit clericum turpiter agere, vel cum matre vel sorore vel filia. vt in dicto. ca. si vero. & ca. nec ille. Vndecimus si fiat à prælato aut mādato ipsius causa correctionis vt in dicto. ca. cum voluntate. & ca. ex tenore. Et si non fiat causa correctionis tam verberans q̄ præcipiens incurrūt excommunicationem. de sentē. excom. vniuersitatis. Quod si causa subest potest clericū capere & incarcerare etiā per laycum. de sentē. excom. si laycus. lib. vj. Sed percussio non debet fieri per laycū: alioquin ambo incurrūt excommunicationem. vt in dicto. cap. vniuersitatis, nisi clericus esset a deo, id est intātum incorrigibilis q̄ aliter eapi & corrigi non potest. de senten. excō. vt facit. Duodecimus in turbās diuina officia quem presbyter vel alius ad quem spectat potest eijcere de ecclesia. de sentē. excōmu. veniens. Similiter cum quis ratione officij quod in ecclesia obtinet percutit clericum: aut etiam cum senior causa deuotionis hoc facit: aut dominus & pater siue propinquus familiariter corrigit. Hęc omnia intellige cum sint in minoribus ordi-

bus constituti. vt in dicto. ca. cum voluntate. Tredecimus, si clericus sit depositus siue degradatus. vt de iudicijs. cum ab homine. & de pœnis. degradatio. in fi. lib. vj. & hoc intellige si talis clericus depositus est incorrigibilis, & noluit viuere sub regula clericali. vt notatur in ca. cum cōtingit. j. de sentē. excommuni. & nouellator super regula delictum. lib. vj. & Ioan. and. xvij. q. iij. si quis deinceps. & xxij. q. v. ex cōmunicatorum. Aliter autem si est corrigibilis, nō licet eum percutere licet esset excommunicatus vt in iuribus prædictis. Et ratio quia adhuc licet excommunicatus sit dummodo sit corrigibilis & nondū degradatus, retinet priuilegium canonis. si quis suadente. quod est concessum in fauorem ordinis & non personarum. vt in dicto. ca. contingit. verum tamen Innocē. v. credit quod verberans hæreticum clericum non incidit in canonē. & hoc ipse notauit. de sentē. excommuni. si vero. quod tamen intelligendum est de hæretico deposito per sententiam. Quod etiam sentit Goffre. Vincen. & Bern. Dicit tamen Archi. xvij. q. iij. si quis deinceps. q̄ laycus iudex potest expellere, percutere, capere & occidere clericum, si omnino est incorrigibilis, & aliter corrigi nō potest: recepta tamen licentia ab Ecclesia, alias nō licet. xvij. q. j. si quis. xxij. q. v. vbi de liguribus. cap. circuncelliones. Quartusdecimus: quādo clericus transfert se ad actum profusorini contrariū, vt puta erat in minoribus, & factus est miles vel bigamus. lxxxij. distin. ca. quisquis.

DE EFFECTV EXCOMMUNICATIONIS.

DE secundo, scilicet de effectu excōmunicationis. Sciendum est, q̄ excommunicatus maiori excōmunicatione non potest eligere neq; eligi, neq; beneficium ecclesiasticum acquirere, nec de beneficijs suis aliquid percipere. vt de appellationibus. pastoralis. in fi. Et hoc quando est in mora petendæ absolutionis. de concessione præbendarum, quia diuersitatem. Item nemo debet sibi participare loquendo, orando, salutando, bibendo, comedendo. xj. q. iij. sicut apostoli. Item non potest constitui procurator, neq; procuratorem constituere ad agendum nec ferre aliquā sententiam. Item si impetrat aliud rescriptum præterq̄ super articulo excōmunicationis non valet. de rescrip. ipso iure. lib. vj. Item si cōfert aliquod sacramentum cū solēnitate, aut se ingerat diuinis, irregularis est. vt de cele. ex ministrāte. ca. apostolicę. Nec potest per eum dispēfare nisi per papam. de senten. & re. iudi. cum æterni. lib. vj. Item excōmunicatus est suspensus tam ex officio q̄ ex beneficio. vt in glosa. vlti. c. cum bone. de eta. & quali. xj. q. xiiij. rursus vbi dicit Archi. q̄ etiā solus lapsus anni absq; sententia canonis à beneficijs sufficit. Et vltius non audiatur super beneficijs, & ita videtur loqui istud ca. rursus. secundū Inno. qui hoc notat in dicto ca. cum bone. Omnibus enim beneficijs tam habitis ante excommunicationem q̄ postea acquisitis: debet spoliari per sententiam. Si per annum in excōmunicatione

vel interdicto permanserit, & post talem sententiā latā post annū sup̄ amissione beneficiorū agere velit, nō audiatur vltius super eis. vt dicit. ca. rursus. Quæ autē dicuntur in excommunicatione eadem intellige in suspēfione. ar. prædicti. cap. cum bone. vbi sic notat Inno. Et etiam intellige de illo qui excommunicatur pro cōtumacia. & qui citatus super crimine nō cōparuit. Talis enim habetur pro conuicto vel pro cōfesso. Et priuatur beneficijs post annum, & vt hereticus condēnatur. vt de hæreticis. Cū cōtumacia. lib. vj. Item effectus excommunicationis est quod licet sit iniusta ex ordine vel causa: tamē ligat. xj. q. iij. ca. j. & de offi. lega. cum contingat. de sentē. excom. cum per tuas. & c. secrete. vbi de hoc. Sed dices nonne iudiciū Ecclesię debet se cōformare iudicio Dei. xj. q. iij. Tunc vera. ij. q. j. Deus omnipotēs. de sentē. excom. à nobis. sed Deus nullum ligat iniuste. de poeni. distin. iij. si ex bone: ergo Ecclesia nullum debet ligare iniuste. Item deficiente causa propter quam aliquid debet fieri iuste, deficit & effectus. lxj. dist. his omnibus. de biga. debitum. de appel. cum cessante. sed causa excommunicationis debet esse peccatū mortale. xj. q. iij. nemo episcoporum. hoc autē cessat in excōmunicatione iniusta ergo non debet ligare. Dicendum est ad hoc q̄ licet nullus debet excōmunicari iniuste: tamen si excommunicetur, tenet excōmunicatio apud Ecclesiam militātem, licet non apud Deum, & hoc fit ideo vt ecclesiastica censura eo plus timeatur. & vt homo crescat

DE SENTENTIA

per obedientie meritum iniuste sententia parens. Vnde dicit glos. xj. q. iij. Nihil. q. licet iniusta sententia sit timenda & tenenda quantum ad militatis Ecclesie iustitiam: nec mirum q. apud Deum non tenet qui non fallit, sed apud Ecclesiam tenet que fallitur & que fallit. de sent. excom. a. no. bis. Non est tamen intentio Ecclesie aliquem iniuste excommunicare: immo punit acriter iniuste excommunicates. vt patet. xj. q. iij. illud. de sen. excō. cum medicinalis. lib. vj. Quando ergo dicitur q. excommunicatio est eterne mortis dānatio, intellige si continentur, alias non. Et ita solus contemptus inducit dānationē. xxiiij. q. iij. notandum. & habetur in glo. nemo episcoporū. x. q. iij.

DE PARTICIPATIONE cum excommunicatis.

Consequenter de tertio, scilicet de participatione cum excommunicatis: est sciendum q. quedam participatio est illicita, scilicet cum quis participat excommunicato in crimine propter quod excommunicatus est, scilicet dādo ei cōsiliū, auxiliū, vel fauorē, & talis incurrit eādem sententiam. de sen. excō. si concubinæ. & c. nuper. Secūdo quando participat in crimine mortali, sed non in illo propter quod excommunicatus est, & talis mortaliter peccat, sed non incurrit eādem sententiam excommunicationis. Tertio quando participat ei in diuinis, scilicet recipiēdo eum ad diuina officia vel ad sacramēta, vel ad sepulturā, & licet talis non sit irregularis prima vice, tamen propinquus est irregularitati, & si

celebrauerit in tali peccato erit irregularis. de senten. excom. is qui. lib. vj. Quarto quando quis participat, non in crimine, sed in loquēdo, orando, vel bibēdo secum. & de tali participāte dicit sanctus Tho. probabiliter posse dici q. non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel cōtra prohibitionem superioris. Vnde regula est q. participans pertinaciter excommunicatis, peccat mortaliter, & potest excommunicari maiori excommunicatione. Non sic autem est de participāte quadam leuitate in verbo vel in cibo aut potu. & c. cū valde graue esset q. quis pro vno leui verbo incideret in excommunicationē, vel mortale peccatum. Per hoc potest solui illud dubiū quod cōmuniter inter dētes multorū voluitur. Vtrū scilicet participans excommunicato, vt iam dictū est, peccat mortaliter, & an sententiā incurrit. Hosti. videtur tenere q. tunc peccat mortaliter quando hoc facit pertinaciter in contemptum, & cōtra prohibitionem superioris specialiter vel generaliter factā. Nam in hoc casu est excommunicandus participans alijs secūdo ipsum: vt de cle. excom. minist. si celebrat. in fine. & de sent. excom. statuimus. in fi. & eo. ti. constitutionē. lib. vj. Ex quibus infert hoc salubre documētum & salutare cōsiliū, q. ex quo ante ammonitionē factam participans excommunicari non potest: vt dicit Archid. vbi supra. restat quod venialiter peccat. Ex quo autē post ammonitionem factam & spretā excommunicari potest, planum est q. tunc peccat mortaliter: nā etiā excommunicationis sententiā non est feren-

da nisi pro mortali peccato. Si ergo secundum Archi. pertinacia est causa pro qua sola fertur hæc sententia: sic intelligit Hostiē. ca. sacris: de his quæ vi metus ve causa. fi. Et ex his patet, q̄ si quis excommunicatus est pro cōtumacia vel alio crimine, vel vt satisfaciatur, & ex processu non est prohibitio generalis, vel specialis participatibus facta, participans cum tali in locutione, comestione. &c. non peccat mortaliter, sed venialiter. Ratio quia nō facit contra prohibitionem superioris, cum adhuc non sit prohibitum. Ideo dicendum est secundum Archi. vbi supra. si quis communicat excommunicato cōtra prohibitionem canonum peccat venialiter, nisi forte nimis frequenter vel in cōtemptum canonum, quia tunc esset mortale. Sic potest intelligi. xj. q. iij. excellētissimus. & xxxv. dist. c. alias. Sed contra prohibitionē hominis mortaliter peccat. Vnde consuevit dici q̄ mitius agitur cum lege q̄ cum ministro legis. ff. de arbi. l. celsus. Item notauit Hosti. in. ca. q̄ in dubijs. de sentē. excom. & de hoc teneas. Nec aduertas illum monachū Raymun. cum lata cappa & stricta conscientia qui in summa sua dicit: q̄ si aliquis cōmunicat excommunicato in casu non cōcesso sciēter, si nouit ius, vel si est clericus, semper peccat mortaliter. quē secutus est Innocen. iij. vt ipse notauit de dolo & cōt. veritatis. in glo. vlt. iuxta fi. & in. ca. sacris. quod metus causa, applicando textualia prout potuit pro sua opinione facienda. Contra quos est hodie tota schola iuristarum & theologorū: qui sequētes beatum

Tho. in. iij. sentētiarum. dicunt pro cōclatione q̄ quis quis sciēter excommunicato communicet non peccat mortaliter, nisi in tribus casibus, scilicet quādo cōmunicat in crimine vel in contemptum superioris, aut in contēptum clauium, vel si cōmunicat in diuinis, quod teneas secundum Archi. Vbicunq; ergo inuenies in iure q̄ cōmunicare excommunicato est peccatū mortale, intellige cum hoc ex studio fit & in contēptum, ita intelligitur. ca. excellētissimus. xj. q. iij. vt Hugo ibidem notauit. Similiter in diuinis communicare est mortale. vt dicit Hugo. xj. q. iij. rogo. Similiter in crimine est mortale: vt de senten. excō. nuper. Præterea sciēdum q̄ nō dicor communicare excōmunicato: licet ego & ipse sumus in eadem domo. Ego pro meis negocijs: excommunicatus autem, pro suis. Sed si ego & excommunicatus iremus ad papam vel ad alium dominū, vt pro eodē rogaremus, bene inciderē excommunicationē. &c. Item si ego & excōmunicatus habemus vnā cameram cōmunem: bene licet mihi cum excommunicato esse in eadē camera & iacere & comedere, sed non in eadē mensa vel in eodē lecto, quia hoc non potest esse sine volūtaria cōmunionē. secundum Archi. quia ita notauit. xj. q. iij. apostoli. Si diceret tamē sanctus Ioā. euā. exiuit balneū propter cerinthū excōicātū. xxiiij. q. j. omnis qui. Dicendum q̄ illud fuit ex superabundātia iustitiæ, & cū hoc quia aliud est dimittere delicias, ppter presentiam excōicati: quod est bonum sicut fecit beatus Ioannes. aliud ius suum dimit-

DE SENTENTIA

tere, quod nō est bonum secūdum Inno. qui ita notauit de senten. excom. nuper. Præterea sciēdum q̄ si excommunicatus intrat Ecclesiam omnes exhibunt Ecclesiā. secūdum glo. xj. q. iij. sicut apostoli. Sacerdos autē si incipit, missam nō exhibit, quia non relinquet officium in expletū. vij. q. j. nihil. Hugo autem notauit in ca. cum excommunicato. ibidem. xj. q. iij. q̄ sacerdos remanebit cū duobus. Hosti. vero in summa. de sentē. excom. ca. fi. dicit q̄ si excōmunicatus eijci non potest de Ecclesia, & presbyter nōdum incoepit canonē, vestes exuat & recedat. Si vero incipit, perficiat missam, & ab ipso excommunicato oculos auertat, & tutius est vt statim sumpta communionē sacramenti vadat ad sacrificiam, & ibi missam compleat. de cōse. dist. ij. relatum. Concordat Hostiē. & Goffre. Dicit tamen Inno. de sentē. excō. nuper. q̄ si in Ecclesia esset excōmunicatus: non tamen causa orādi, sed pro alio suo negotio nō videt ipse Inno. quare in eadē Ecclesia orare nō possem cum non participo sibi in oratione, ex quo non orat, licet alij contradicāt. Dicit etiam si excommunicatus esset extra Ecclesiā & audiat missam: statim sacerdos debet cessare & alij orantes recedere, nisi forte incoepisset canonē missæ, vt dictum est, & hoc ne relinquat officium in expletum. Sciat etiam excommunicatus q̄ non licet sibi ingredi Ecclesiam aliqua hora. Et ad hoc facit. xxv. dist. ca. j. post principium. xxiiij. q. iij. clericus. & j. q. j. non licet. Nisi causa audiendi verbum Dei. de senten. excom. responsio. de

cōse. distin. j. episcopus. xxxv. q. iij. de his. secūdum Hosti. qui ita notauit de clerico excommunicato illud. Vnde dicit Aegidius cardinalis, q̄ si excommunicatus sicut priuata persona vult dicere horas canonicas, debet hoc facere extra Ecclesiā & non intra, ex causa supradicta, quia separatus est ab ingressu ecclesiæ. Sed circa præmissa est sciēdum q̄ quia multi ex leuitate, & ex causis vel signis leuibus vitāt alios tanq̄ excommunicatos: ideo expedit scire quādo quis est vitandus. Pro quo sciendum secundum Hosti. de sentē. excom. cum non ab homine, à communionē illius qui pro sacrilega manuum iniectiōe in clericum, in edictum seu canonem excommunicationis incidit, licet denunciatus non sit debet abstinere dummodo in iudicio sit vel hoc sciat, scilicet quia vidisti quādo clericum percussit, & publica super hoc laborat infamia donec se purgauerit. Pro quo allegat. cap. cum desideras. de sen. excom. & hoc vult etiā glo. j. prædicti. ca. cum non ab homine. quæ dicit q̄ q̄ cito scio vnū excommunicatum debeo ipsum statim vitare, quā quis non sit denunciatus, nisi solus hoc sciam. Et hoc est contra Ioannem fauentinum secūdum Hosti. & glo. supradicti. ca. qui dicūt q̄ excommunicatus non est vitandus quousq; denunciatus sit, quod omnino falsum est. Denunciatio autem non fit nisi propter ignorantes. ar. de iudicijs. ita quorūdam. Et eum qui certus est certiorari non oportet. de regu. iur. eum qui. lib. vj. Deus eum ligat in hac sententia & non homo. xj. q. iij. nemo. Vnde & secum

trahit executionem, nec amplius ligatur per denunciationē. de appellationibus. pastoralis. Debet ergo vnusquisq; vitare excommunicatum, & si denunciatus non sit dūmodo sciat hoc taliter q̄ ipsum cōvincere possit: vel etiā si famosum sit vt dictū est, secus vbi occultū est. Et hoc est verum de excōmunicato in specie, id est nominatim: non autem in genere. Et etiā vbi tibi cōstat tanq̄ homini: vel si sit infamatus de hoc publice. Secus si tibi constaret tanq̄ Deo, puta in cōfessione, quia tunc nec in publico, nec in priuato ipsum vitare debes. Item si audis hoc ab alijs, non sis facilis ad credendum, nisi prælatus hoc tibi nūciet. tunc omnino credendum est. xj. q. iij. cure. Scire tamen debes q̄ aliquis propter famam publicam vitatur tanq̄ excommunicatus: licet excōmunicatus non sit. secundum Hosti. in. ca. cum desideras. de sentē. excom. vt etiā dicit glo. Quod si fama est aliquē esse excōmunicatum vitandus est. Et ita fama facit probationem. Et ista omnia intellige quoad publicam vitationem: nam si quis solus nouit aliquem excōmunicatū, & hoc probare non potest de facili, ipse solus eum vitabit, alioquin si nec per aliquem probare poterit, nec ipse eum vitabit publice, sed tātum occulte, & vbi poterit facere sine scandalo. Vnde tene pro regula secundum Raymun. q̄ si manifestū est aliquem esse excōmunicatum: alij tenentur exire de Ecclesia vel procurare q̄ exeat. Si vero nō est manifestum, tunc illi qui sciunt exhibent caute & secrete: & tamen q̄ non sequatur manifestatio illius, si

commode possunt: alias si timetur manifestatio eius non exhibunt. vj. q. ij. si tantum episcopus. Occulte namq; excommunicatus debet occulte moneri vt exeat. Cōcordat Goffredus. Hodie per statutum Constantiē. bene prouisum est q̄ nullus aliquem vitare debet vel pro excōmunicato habere, nisi denunciatus sit & declaratus. Et hoc intellige quātum ad publicam vitationem, alias si tibi constat aliquem incidisse in canonem latæ sententiæ, debes eum vitare non expectando aliquam denunciationem per iura superius dicta, eo tamen modo quo dictum est supra. Idem dicendum est si fama publicā est, vel audio à fide dignis aliquem excōmunicatum. secundū Raymundum teneor eum vitare. Et vt melius ista recolligas ponuntur quinque regulę de hoc. Quarum prima talis est, excōmunicato participans in crimine incurrit eandem sentētiā excommunicationis. vt de sentē. excom. ca. si eōcubinæ. & ca. nuper. Quod intellige sic, si dat consilium, auxilium, vel fauorem sine quibus ille non fecisset. Secūda regula: participans excommunicato non in crimine: in contemptum tamen clauium incurrit mortale peccatū. Tertia regula: participans excōmunicato in diuinis, scilicet admittēdo eū ad diuina, vel ad ecclesiastica sacramenta vel ad sepulturam, peccat mortaliter. Et licet prima vice non sit irregularis, vt de sentē. excom. is qui. lib. vj. tamē ingressus Ecclesiæ est ei interdictus. Vnde ingerens se secundo ad diuina fit irregularis. de sentē. excō. is qui. lib. vj. Et si sic decedit non

DE SENTENTIA

debet in cimiterio sepeliri vt dicitur ibidē. immo vt in vltimo casu sepeliens excommunicatum in casu non cōcesso, excommunicatus est. vt de sepulturis eos qui .in cle. Quarta regula: participās excommunicato in contēptum superiorum peccat mortaliter. xj. q. iij. nemo. Quinta regula: participans excommunicato, bibendo, comedendo, loquendo semel tantum vel ex casu necessario: nō tamē in contemptum peccat venialiter, sed patet quia veniale fit mortale dum placet, & frequentia delicti facit contemptum. vt dicit August. de fide christiana. Tunc enim dicitur quis ex contemptu facere quando voluntas eius ordinatur ad obuiandū legi. Sciendum tamen circa præmissa q̄ in omnibus casibus præterq̄ in primo talis participans potest absolui à proprio sacerdote, sed in primo casu quando cōmunicat in crimine non potest absolui ab alio nisi ab illo qui excommunicauit principalem. tamen si ille excommunicans commode non potest accedere ad excommunicatorem, potest absolui à proprio sacerdote. vt dicitur in ca. nuper. de sentē. excom. In articulo tamē mortis potest ab omni excommunicatione maiori per simplicem sacerdotem absolui, seruata tamen forma de qua habes supra, circa sacramentum poenitētiæ. Præterea sciendum q̄ quinq; personæ excusantur à peccato participationis cum excommunicato. Primo si quis causa vtilitatis participat. vt si loquitur de his quæ sunt de salute excommunicati, vel ad salutem propriam si alium non habet vt loquatur pro debitis,

quæ tenetur sibi excommunicatus. Secūdo excusatur vxor participans viro excommunicato vel ecōuerso: tamen quantum ad additionem debiti non excusatur, quia non tenetur viro excommunicato reddere debitum. ille tamen excommunicatus tenetur vxori petenti reddere. xj. q. iij. quoniā multos. in glos. super ver. vxores. & c. fi. Tertio excusantur serui, ancillæ, filij, rustici, seruiētes, & omnes familiares qui nō dederunt causam domino propter quam excommunicatur. Et intellige de seruis qui ante excommunicationē domini seruire coeperūt. & de filijs non emācipatis, id est nō diuisis à patre, qui sunt adhuc in paterna potestate. Rusticos intellige colonos agrorū suorum dominorum: & alios qui tamen in his laboribus ad quos de iure tenentur possunt participare domino. patres tamē nō excusantur participātes cū filijs excommunicatis, nec domini cum seruis: secūdum Raymundum, qui tenentur suos corrigere minores. Tamen dicit Hosti. q̄ domini seruis mercennarijs quos suo magno incommodo vitare nō possunt, possunt communicare, similiter socij habētes aliquid in cōmuni. Quarto excusantur illi qui ignorāter communicāt excommunicatis. Quinto excusantur illi qui in necessitate eis cōmunicāt, vt si quis cōmunicans iret per terrā excommunicatorum, & non haberet alibi emere victualia, potest in tali necessitate ab excommunicatis emere, & cum illis etiā comedere. Vltimū sciēdum q̄ sepe episcopi vel eorū officiales committunt plebanis obsoluere aliquos

excōmunicatos: ideo de modo & forma absoluēdi talium est vidēdum. Vbi est notādum q̄ in absoluteione à maiori excommunicatione quatuor sunt seruāda. Primū vt excōmunicatus prius iuret stare mādati Ecclesie, licet hoc non sit de substantia absoluteionis. Secūdo si quis pro manifesta offensa excommunicatur, nō absoluatur nisi prius satisfaciatur. Si autē est occulta sufficit iuratoria cautio. Tertiū est vt absoluatur per eū qui tulit sententiam cum psalmis & orationibus circa hoc consuetis. Primo prēmittēdo. Deus misereatur nostri. vsq; ad finem. vel secūdum aliquos. Miserere me de⁹. deinde. kyrieleyson. Pater noster. Saluum fac seruum tuū domine sperantem in te. Mitte ei auxiliū de sancto, & de syon tuere eū. Esto ei turris fortitudinis à facie inimici. Domine exaudi orationē meā. Oremus. Presta quæsumus omnipotens deus huic famulo tuo dignū poenitētiæ fructum: vt ecclesie tuæ à cuius veritate deuiauerat peccando admittorū reddatur innoxius veniam consequēdo. Per Christum dominū nostrum. Tūc sequitur forma absoluteionis. De omnipotētis Dei gratia & misericordia confusus auctoritate domini nostri Iesu Christi & beatorū apostolorū Petri & Pauli, nec nō auctoritate ordinaria mihi in hac parte cōcessa à sentētia excommunicationis quā incidisti propter iniectionē manuum in clericū ordinatum: ego te absoluo & restituo te in sinū sanctæ matris ecclesie, & participationi sacramētorum & communioni fidelium. In nomine patris & filij &

spiritu sancti amē. Et idē modus seruandus est circa mortuū excommunicatum absoluēdo, nisi addendo versiculos & psalmos qui fiūt circa commēdationem mortuorum addēdo collectam. Inclina domine aurē tuam. cum illa. Da quæsumus domine animæ famuli tui refrigerij sedem, quietis beatitudinē, veri luminis claritatem. per Christum dominū nostrū. Quartum est, vt præcipiat illi sic absoluto, si erat absolutus à sentētia canonis, vt nunq̄ contra illum canonem excedat, scilicet vt nō percutiat clericum aliquem vel consimile.

DE SUSPENSIONIS

sententia.

Circa suspēionis sententiā est sciendum, q̄ suspēio est prohibitio qua quis astringitur abstinere ab aliquo certo actu legitimo. Et est multiplex. nam tot sunt singulares suspēiones quot sunt act⁹ legitimi. vnde potest quis suspēdi à beneficio & officio & iurisdictione, ab ingressu ecclesie. &c. Pro quo sciēdum, q̄ Ioan. an. in cle. cupiētes. de penis. in glo. magna enumerat. xxv. suspēionis species. Est autem suspēio à communione fratrum simplex. xvij. dist. si quis autem. Alia determinata per duos mēses. ea. dist. ca. si. est autē suspēio à cōmunionē eucharistie donec poeniteat. de elec. ocus. de his quæ fiūt à maiori parte capituli. ca. j. in fi. Itē ad oblationes altaris. xvij. q. iij. Miror. Itē à perceptione sacramentorum. xj. q. iij. sicut apostoli. & ca. seq. de cle. excō. mi. ca. si. Itē à cōsecratione episcoporū simpliciter de trāslatio-

DE SENTENTIA

ne. c. ij. & determinate ad annum. de elec. prouida. lib. vj. Item à collatione ordinū omnium, & simpliciter de tēporibus ordinatio. ca. vel non est. & c. dilectus. & cum determinatione anni. eo. ti. eos qui. lib. vj. & ad triēnium. de simonia. ca. pe. Quandoque certorū ordinum tātum. de tēpo. or. ca. literas. quādoq; clericalis tonsurę tantum. eo. ti. nullus. lib. vj. Itē ab eorū executione quādoq; simpliciter. eo. ti. nullus. li. vj. quandoq; certi ordinis tātum simpliciter. eo. ti. literas. vel ad tēpus. eo. ti. vel non est. de fimo. ca. penul. Quādoq; à pontificalibus tantū. de transla. ca. ij. quandoque ab officio sacerdotali. de offi. dele. sane. ij. & eo. ti. c. ij. lib. vj. quādoq; non à toto sacerdotali officio, sed solum à celebratione missarum: quandoq; tantū per duos. menses. de clerico percusso. præterea quādoq; per annū. lv. dist. nullus. de conse. dist. ij. relatū: quandoq; per duos annos. de cle. percuf. præsentium. Item est suspensio ab ingressu Ecclesię: quandoq; simpliciter. xvj. q. iij. nullus. & c. si quis deinceps. de poeni. & remis. omnes. de offi. dele. ca. ij. li. vj. quādoq; determinate ad mēse. de sen. excō. sacro. quādoq; quousq; satisfecerit. de censibus. exigit. lib. vj. quandoq; suspenditur quis ab ingressu Ecclesię & diuinis p̄m̄sem habetur. de senten. excō. c. j. lib. vj. Et quid importat suspensio ab ingressu Ecclesię habetur. de sentē. excom. as cui. lib. vj. Item est suspensio ab officio quādoq; simpliciter. de vsu. quia in omnibus. in fi. cle. de rebus eccle. non alie. ca. j. quandoq; per annū. de offi. dele. ca. vlti. s. vt autē. lib. vj.

de re. iudi. cū æterni. eo. lib. quandoq; per triennium. de clā. despō. c. fi. & de hære. c. fi. in cle. ad fi. Item est suspensio à voce capituli: donec quis ordinetur supra eadē consi. de æta. & quali. or. vt hi q. ij. respōsione. Item à beneficio simpliciter. de elect. nihil est. Et determinate puta ad sex menses & annū. in cle. de vi. & hone. cle. c. ij. ad triennium. de rebus eccle. nō alie. c. ij. lib. vj. de elec. cum in cūctis. eo. ti. c. j. & c. cupiētes. s. cæterum. lib. vj. Ad tēpus incertum, scilicet q̄diu tacuerit. de elect. generali. lib. vj. determinate etiā quo ad partem distributionum. vt in prædicto decre. vt hi qui secunda responsione. Suspenditur etiam quis à beneficio obtinendo per sex menses & per annum. vt in prædicta decre. ij. de vi. & hone. cle. quādoq; per annum & bienium. de statu monachorum. ne in agro. s. si quis. Suspenditur etiam quis à beneficio obtinendo per septem menses, & per annum. vt in prædicta decre. ij. Item est suspensio ab officio & beneficio simpliciter de testa. tam literis. in fi. de se. nup. cap. de priuilegijs. tuarum. quandoque determinate ad tēpus satisfactionis, vel restitutionis. de elec. quia sentētia de sensibus exigit. lib. vj. Et quādoq; hæc suspensio dicitur ab ordine & dignitate. de scismaticis. c. j. in fi. Et quādoq; sumitur alternatiue, vt puta aut ab officio suspendatur aut à beneficio. de vi. & hone. cle. à crapula. Item suspenditur quis ab administratione simpliciter. vt de solutionibus. ca. ij. & cum determinatione triennij. de re. eccle. nō alie. ca. ij. Interdum suspenditur ab officio administra-

tionis: & à beneficio vsq; ad satisfactionē. in clemē. de decimis. ca. j. Item suspēditur quis à priuilegio clericali, quādoq; in persona: quādoq; in rebus. de vi. & hone. cle. ca. vlti. & in cle. eo. titu. ca. j. Item suspenditur quis à collatione beneficiorum simpliciter. de præbēdis. c. graue. ne sede vacante. ca. vnico. lib. vj. Etiā cum determinatione anni vel biennij. in clemē. de statu monachorum. ne in agro. s. si quis. Item suspenditur quis à confirmatione episcoporum simpliciter. de trāslatione. ca. j. Quādoq; per annum. de elect. prouida. lib. vj. Et quādoq; à confirmatione inferiorum. de elec. nihil est. Item suspenditur prælatus regularis à perceptione professionis. de regu. iur. nō solum in fi. lib. vj. Item suspenditur officium legati minoris præsentate legato maiore de latere. de offi. legati. volentes. Item suspenditur status canonicorum Alemanix. de elect. indēnitatibus s. penulti. lib. vj. & in cle. de statu. regularium attendentes. s. illos quoq;. Item suspenditur quis ab officio aduocationis & notariæ. De hære. si aduersus. Item à collatione magistris. in cle. de magistris. cū sit. Item ab officio prædicandi: vt in clem. cupientes de poenis. Vt autem facilius ista materia capiatur, notāda sunt regulę subscriptæ. Prima regula. Suspensus ab officio & iurisdictione, siue ab homine siue à canone, nec excommunicat, nec beneficia confert. de concess. præben. quia diuersitatē. Ex quo enim talis caret iurisdictione excommunicare non potest de excess. præla. tanta. Secunda regula. Suspensus ab

ingressu Ecclesiæ tātum, talis excommunicat & absoluit. Ratio, quia adhuc retinet iurisdictionem: vt in. ca. sacro. de sen. excommuni. iuncto. ca. ab excommunicatis, & de rescriptis: vbi ad talem suspensum qui incidit in suspensionē ab ingressu Ecclesiæ, quia excōmunicatus contra nullum casum. cap. sacro. fieret remissio pro absolutione. Tertia regula. Suspensus à beneficio potest bene eligere: vt in cap. cum in cūctis. de electione. Quarta regula. Suspensus ab officio si talis est suspensus quo ad se & quo ad alios, nec eligit nec eligitur. vt in. ca. cum dilectus. de consuetudine & de elect. cum nunt. Et hoc est verum quādo eligit ratione priuati officij. Si autē eligit ratione publici officij potest eligere dū modo sit occultus. facit de re iudicata. approbandū. Quinta regula. Suspensus quo ad se tantum: vt ille qui est suspensus propter participationem excōmunicati talis eligit, sed non eligitur. de cleri. excommu. minist. si celebret. Sexta: suspensus ab ingressu Ecclesiæ in ea celebrans, irregularis est. de senten. excommu. is cui. lib. vj. Septima: suspensus ab officio tam à celebratione missæ quā à collocatione sacramentorum & à quolibet actu sacerdotali: puta à baptizando solenniter intelligitur suspensus, & contra faciens fit irregularis. Octaua regula. Sacerdos suspensus sacerdotalibus officijs ministrans in inferiori ordine non est irregularis. Quando vero est suspensus à collatione sacramentorum, conferens aliquod sacramentum solenniter fit irregularis. Nona regula. Licet

DE SENTENTIA.

suspensus non perdit iura spiritualia nec possessionem beneficij: tamen fructus beneficij sui perdit. secundum Innocen. de appella. pastoralis. Et hoc si est suspensus ab officio & ex graui causa, puta propter scādalum populi vel infamiam solam. secundum Hostiē. de quo plene per Ioan. and. cap. cupientes. de poenis. in glos. magna ad finē. Decima regula. Suspensus à canone propter participationē excōmunicati potest eligere, & alia facere quæ sunt iurisdictionis. Sed si ab homine vel à iure, vel alias ex alia causa, tunc non potest, secundum Ioan. and. in glo. magna. vbi supra.

¶ DE FORMA FERENDÆ excommunicationis.

Restat nūc videre de quarto scilicet de forma ferendæ excommunicationis. Pro quo sciēdum quod ad ferendā sententiā excommunicationis nō debet festinare iudex sed mature procedere, nec pro quolibet delicto debet eā ferre, iuxta illud poeticum. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore nullus erit. De quo in glosa. magna. xxxiiij. dist. valentino. Debet igitur præmitti triplex monitio vel vna pro tribus: alias iniusta est excōmunicatio, & iudex est suspensus per mensem, qui si ingerat se in officio suo, scilicet in diuinis agens sicut prius irregularis efficitur, & per solum papam est absoluendus. Et idem est de sententia suspensionis & interdicti. de sentē. excō. ca. medicinal. lib. vj. hæc tamē poena non tãgit episcopos: cū de eis nō loquatur ex-

presse. Præterea est sciēdum quod sententia excommunicationis ferēda est ex tribus causis. Prima est cōtumacia: quando quis fuerit admonitus vel citatus per iudicem tribus vicibus sine edictis, vel vno pro tribus & ipse fuit inobediēs vel cōtumax. Secūda causa quādo pro aliquo certo dāno vel offensa aliquis nō vult satisfacere: tunc enim potest licite excōmunicari. & est ratio secundum Tho. in. iij. sen. di. xvij. quia talis peccat in proximū cui facit iniuriā. & ideo merito est excōmunicandus. Tertia causa quādo persona ignoratur sic excōmunicatur in generali. vt quicumq; furtū fecerit restituat, vel qui scit & nō reuelat. de sen. excō. à nobis. Nemo autē debet excōmunicari pro peccato alterius. xxxiiij. q. iij. si. ab his licet bene potest interdici. Sūt autē quinque casus in quibus sententiā excōmunicationis nulla est ipso iure. Primus est si ille qui tulit eā nō habuerit potestatem ferēdo sententiā. vt quia nō erat eius iudex, vel quia erat excōmunicatus. Secundus quia est lata post appellationē legitimā in quo casu etiā notat Archid. xj. q. iij. cure. dicēdo: quod licet sit ordinarie credendū denūciant aliquē excōmunicatū, tamen si scis pro certo denunciatum ante excōmunicationē appellasse, secure illi potes communicare. vt de appel. ad nostrā. secundum Goffre. quod ita notauit in prædicto. c. dilectus. Istud vltimum intellige. vt notatur de sen. excō. solet. lib. vj. s. vlti. cōcordat ad hoc glo. antiqua Bern. de appel. pastoralis dicēs, quod si quis excōmunicatur post appellationē probabilem, licet excōmunicatus

fit: non tamē est pro excōmunicato habē-
 dus quin liceat ei cōmunicare in omnib⁹
 sacramentis. Hoc idē sentit glosa finalis in
 ca. dilectus. ibidē dicēs. q̄ licet pro sentētia
 sit præsūmēdum in dubio: magis tamē stā-
 dum est appellationi q̄ denunciationi ex-
 cōmunicationis. Tertius casus est quādo
 sentētia cōtinet intollerabilē errorē. vt de
 sen. excō. per tuas. vt si excommunicatur
 quis ideo, quia nō furatur, vel quia nō du-
 cit episcopo aliquam meretricem, & sic de
 alijs. pro vt exēplificat glo. ibidē. Quartus
 casus: quādo aliquis excōmunicat maiore
 excōmunicatione illos qui excōmunica-
 to participant, nō in crimine, sed in locutio-
 ne. Nam talis sentētia non tenet, nisi præ-
 missa trina monitione vel vna pro tribus,
 & cum hoc nisi nominatim exprimantur
 participātes. de sen. excō. statuimus. & c.
 cōstitutionē. & c. statutū. lib. vj. Quintus
 casus, quādo prelatus interdicit suis subdi-
 tis ne exponāt suis superioribus ab inqui-
 sitoribus statutū ecclesiarū suarū sub pœ-
 na excōmunicationis: nā talis excōmuni-
 catio nulla est. vt de offi. ordi. quia pleriq̄.
 lib. vj. Vltimo sciēdum q̄ secundū emeri-
 cū in summa sua regulariter episcopus &
 quilibet inferior parrochialis presbyter
 potest absoluere à sentētia excōmunica-
 tionis etiā maioris lata à iurē, vbi sibi supe-
 rior. absolutionē nō reseruat. Nec obstat
 dictū Ioan. an. in glo. in. ca. si episcopus. de
 pœ. & re. lib. vj. vbi ipse dicit q̄ absoluere
 excōmunicatos à maiori excōmunicatio-
 ne nō competit simplici sacerdoti, sed epi-
 scopo. vt de sen. excō. nuper. Sed tu dic au-

dafter q̄ verū est q̄ nō competit hoc sim-
 plici sacerdoti simpliciter, & etiā ibi prohi-
 betur specialiter. secus autē vbi nō prohi-
 betur. Sic etiā dicimus de episcopo q̄ non
 cōpetit sibi absoluere à sentētia excōmu-
 nicationis maioris: vbi scilicet papa specia-
 liter reseruauit, in cæteris nō prohibetur.
 Similiter dicitur de episcopo & simplici sa-
 cerdote. Istud tamē indigeret meliori de-
 claratione per papā ppter simplices. Scias
 etiā q̄ absens potest absolui ab excōmunicatio-
 ne p procuratorē. secundū Guil. nazonē.
 tamē solēnis recōciliatio in introductione
 in ecclesiā nō potest fieri eo absente. & ita
 intelligitur dictū Inno. qui prolixè de hoc
 scripsit. de sentē. excom. cum desideras.

¶ DE ECCLESIASTICO IN- terdicto qualiter sit obseruandum.

Inem opusculo imponere cupiētes, de
Fecclesiastico interdicto aliqua subijcia-
 mus. Circa q̄ sciēdū q̄ interdictū se-
 cūdum Inno. nō est nisi prohibitio homi-
 num habitātium in loco à sacramētis ibi
 accipiēdis & à sepultura. & ne clerici cele-
 brēt diuina vel ministrēt sacramēta, & est
 duplex, quoddā generale, quoddā specia-
 le siue particulare. Generaliter interdici-
 tur regnū siue prouincia siue etiam ciuitas
 vel castrū. Particulare vero interdictū est
 quādo de multis ecclesijs vna duę vel tres
 interdicūtur. vt habetur. de verb. sig. cū in
 partib⁹: sic etiā speciale dicitur quādo oēs
 ecclesię ciuitatis vel prouincię interdicūtur,
 vt fit per executores gratiarū, vnde gene-
 rale dicitur. ideo quantum ad illū locū vbi
 nullus excipitur. vnde secundum dominū

DE ECCLESIASTICO

Aluarū licet persona interdicator. vt scilicet quādiu in tali loco moratur, vel ad quēcunq; peruenit quādiu ibi fuerit seruatur interdictū in hoc, licet propter personam specialem cēseatur interdictū: tamen quo ad obseruationem generaliter intelligitur interdictū prolatū. vnde omnia quę seruātur tēpore interdicti generalis: tunc etiā obseruabūtur. Speciale autem est in quo aliquę Ecclesię excipiuntur, & vbi solum terra eorū quę interdicitur specificatur. Potest tamē poni interdictū ex rationabili causa propter culpā domini loci alicuius, siue capituli, siue cōmunitatis: nō tamen potest poni per ordinariū vel per delegatū pro pecuniario debito vel cuiusuis pecunię quātitate, nisi de auctoritate sedis apostolicę speciali, & expressa per extrauagātem Bonifacij octāui, quę incipit. prouidere attendē. & hoc intellige de interdicto generali, quia speciale bene potest poni propter debitū pecuniarum, vt quia plebanus nō soluit aliquā collectam sedi apostolicę vel episcopo potest interdicti tātum illa Ecclesia illius plebani: non autem alia in illa ciuitate. Ita notauit Ioan. an. in nouella de sen. exco. si. vj. Et differt interdictū ab excommunicatione vel suspensione, quia excōmunicatur vel suspenditur persona, sed interdicitur locus vel regnum, vel prouincia, castrū, ecclesia, villa, ciuitas, cōmunitas, clerus, vel populus. Potest etiā hoc interdictum poni per episcopum. de casu episcopi potest capitulum interdiceret: videlicet quādo procedit ex merito officio: alias autem sine casu capituli po-

test interdiceret sup notorijs delictis. Hoc idē potest facere electus confirmatus licet nondū cōsecratus, quia hoc est iurisdictionis, & nō ordinis: vacante vero sede potest hoc etiā facere capitulū. De omnibus istis sunt iura quę obmitto causa breuitatis. Forma autē interdicti hęc est. Nos propter talem causam, scilicet occisionis sacerdotis in ciuitate factę ipsam ciuitatē supponimus interdicto ecclesiastico. His premisponuntur aliquę regulę de obseruatione interdicti. Prima regula est. Interdicto clero specialiter non propter hoc populus intelligitur interdictus, nec ecōuerso. Vnde in tali casu laici possunt audire diuina. vt de senten. excommunicata: si sententia. lib. vj. Cum vero alicuius ciuitatis vel terrę populus est interdictus singulares personę intelliguntur esse interdictę. Secunda regula. Licet generale interdictum clerici teneātur obseruare: tamē eorū personę non sunt interdictę. Et ideo alibi existentes possunt celebrare. Tertia regula. Interdicta terra propter delictum domini subditi ipsius alibi possunt audire diuina nisi culpabiles existant, vel nisi ipsi fuerint interdicti propter dominū in eis puniēdum. de sentē. excom. si ciuitas. lib. vj. Quarta regula. Ciuitate vel castro interdicto vel villa: suburbia illorum & contentia edificia intelliguntur interdicta. vt in dicto cap. si ciuitas. Suburbia autem secundum Ioan. de Deo. intelliguntur loca extra ciuitatem: vt ipsa edificia quę sunt extra vltimam portam ciuitatis, siue sit porta clausa siue aperta, quod alio nomine dici-

mus ingressum vel introitum ciuitatis principalem vel finalem: de quibus edificijs vocantur omnes homines ad cautionem ciuitatis: & soluunt communes pensiones census vel tributa: vel quascunque exactiones cum ciuibus ciuitatis. Quinta regula. Interdicta ecclesia: nec in ipsa nec in eius capella potest celebrari: nec in eius cimiterio contiguo poterit sepeliri. vt dicitur in dicto capitulo si ciuitas. li. vj. Sexta regula. Interdicta ciuitate pro peccato ciuium quamquam ciues non sunt proprijs nominibus expressi: tamen quocunq; vadunt interdicti sunt: nec debent admitti ad diuina: quia interdictus in vna ecclesia interdictus est in alia. iij. q. v. quisquis. Si autem propter peccatum principum: tunc populus non est interdictus nisi in eadem ciuitate. secundum Ioannem de Deo. Similiter etiam in tertia regula superius dictum est. Septima regula. Tempore interdicti generalis: puta cum locus est interdictus: vt ciuitas: castrum, villa: singulis diebus in monasterijs & alijs ecclesijs possunt celebrari missae submissa voce, ianuis clausis. excommunicatis & interdictis exclusis: campanis etiam non pulsatis. Tempore etiam praedicto canonici debent conuenire ad ecclesiam: alias amittunt distributiones quotidianas quae interessentibus tantum dantur si non esset interdictum. Possunt etiam tunc solum in festiuitatibus natalis: resurrectionis domini: Pentecostes: assumptionis beatę virginis: pulsatis campanis: ianuis apertis: alta voce diuina cantari: excommunicatis expulsis: sed interdictis admissis: ita tamen quod illi propter quos

latum est interdictum altare non appropinquent. Quod sic intelligitur secundum nouellatorem. in. ca. alma. de sen. ex com. lib. vj. quod reliqui non culpabiles possunt orare ad altare: & oblationem super altare offerre & similia facere. Hodie etiam per extrauagantem Martini papę. v. moderni extenditur ista indulgentia ad festa corporis Christi: ita quod tempore interdicti generalis licet etiam celebrare: etiam alta voce & pulsatis campanis: sive ad octauas: nullum tamen praemissorum potest fieri quando ecclesia specialiter est interdicta. Octaua regula. A tempore generalis interdicti in sollempnitatibus quatuor: scilicet natalis paschę, Pentecostes, assumptionis Marię, licitum est cantare vespers primas & secundas: sed non completorium: alias incurret irregularitatem per errorem opinione fulcitum: eo quod doctores in hoc discordant. Ex quo non in contemptum clauium facit esse dispensabile per legatum. vt in cle. dicitur de clerici. ex mini. clerici. hæc Ioan. an. in nouella. in ca. alma. de sen. ex. lib. vj. Sabbato vero magno, scilicet resurrectionis domini, non possunt in hoc casu vespere primę cantari. Ratio quia terminant cum completenda missa: & ita quodammodo sunt pars missae. Sed in festo corporis Christi, tam primę quam secundę vespere cum omnibus horis missis & completorio usque ad octauam inclusiuę possunt celebrari: praeter tamen completorium ipso die octauo quod videtur ad diem sequentem pertinere. Nullum tamen praedictorum potest fieri tempore specialis interdicti. Nona regula. In festiuitatibus quatuor praedictis non pos-

DE ECCLESIASTICO.

sunt sani percipere corpus Christi: nec etiā homines mortui sepeliri, secundum Ioan. an. in nouella. in dicto. c. alma. Et notatur hoc de sepul. eos qui in cle. in glo. qui hoc dicit. Et idē Hostiē. in. c. & placare. de priuile. super. vers. de functorum. quāuis Ioā. cal. tenet contrarium: cuius dictū non preualet tanquā singularē. Decima regula. Tempore generalis interdicti possunt ista sacramenta conferri. baptismus paruulorum & adultorum: poenitentia tam sanis quā infirmis: viaticum seu corpus Christi pro infirmis tantū. confirmatio in fronte & cōsecratio crismatis feria. v. magna p̄ episcopum. vt notatur in glos. magna sup. ver. sacramentis. in dicto. c. alma. Undecima regula. Licet quidā antiqui vt Petrus de samprana: & alij opinabantur tempore generalis interdicti in ecclesijs modo supra dicto non posse celebrari diuina: nisi à proprijs clericis ecclesiarum. s. vt non nisi in ecclesijs parochialibus plebani cum vicarijs deberent celebrare diuina submissa voce: & ianuis clausis: & quod clerici extranei non possunt ibi celebrare nec eis interesse tamen secundum Ioan. an. in nouella. c. alma. possunt extranei clerici hæc omnia facere, quia nimis durum est quod beneficia tus vnius ecclesie in alia tunc celebrare nō possit: & in his secundū ipsum nimis emūgit vel elicit sanguinem. immo secundum Ioā. cal. quod plus est, possunt clerici diuersarum ecclesiarū secundum cōsuetudinem quam habent conuenire in festiuitatibus: vel diebus certis anniuersarium, tēpore interdicti seruata forma decretalis alma. sci-

licet vt submissa voce celebrēt: & sine pulso & ianuis clausis. hæc Ioan. cal. in tractatu de interdicto. q. lxxxv. Duodecima regula: quādo ecclesia specialiter est interdicta: tūc in eadē in his dieb⁹. s. quatuor festiuitatib⁹ & alijs durāte interdicto nō poterit celebrari: etiā bassavoce & ianuis clausis: sed extra eā in loco alio etiā posset alta voce celebrari sub tentorio: vt in alia ecclesia si est ibi non interdicta. secundum Ioā. an. in nouella dicti. ea. alma. Tredecima regula. Interdicto populo vel vniuersitate: & non loco nec ecclesia poterūt clerici ianuis apertis & pulsatis cāpanis singulis dieb⁹ alta voce celebrare. interdictis tamē & excōmunicatis expulsis cū hoc nō sit prohibitum: sed interdicto loco nō potest ibi celebrari nisi modo supra expresso. Ergo illa que ibi dicta sunt intelligēda sunt de locali interdicto quando locus est generaliter interdict⁹. Quartadecima regula. Existens culpabilis: vt puta cōciliarius vel procurator: vel capitaneus cuius cōsilio vel auxilio latum est interdictū: licet ab eo cautio recipiatur de satisfactioe & ei poenitentia iniungatur: non tamen propter hoc relaxabitur interdictum nisi principalis satisfecerit: quo satisfaciente tolleretur interdictum. per glo. dicti cap. alma. super. ver. relaxatio. Quintadecima regula. & si in periculo mortis aliquis interdictus accipiat poenitentiam tempore interdicti: & iuret stare mandatis ecclesie: nō tamen admittitur ad ecclesiasticam sepulturam: cum hoc sit contrarium iuri. de pœ. & re. quod in te. secundū Ioan. de Deo. Sedecima re

gula. tempore interdicti non debent audi-
re confessionem illi quorum culpa vel do-
lo latum est interdictum: vel qui præbue-
runt consilium auxilium vel fauorem. nisi
prius satisfecerint: vel de satisfaciendo de-
derint idoneam cautionem: vel si hoc nõ
possunt: saltem iurabunt quòd cum pote-
rint satisfaciant: si ad satisfactionem faciē-
dam per illos qui tenentur dabūt consiliū
vel fauorem: & laborabunt pro posse: non
tamen erit relaxatio interdicti. vt in dicto.
cap. alma. Decima septima regula. tempo-
re interdicti nõ debent decedētes tam cle-
rici quàm layci extrema vnctione inungi.
de poeni. & remis. quòd in te. Decima octa-
ua regula tempore interdicti possunt ma-
trimonia per interdictos contrahi: tamen
sine solennitate: quia etiam ab excommu-
nicatis contracta tenēt. vt de eo qui dixit
in mati. significasti. ita notat Ioan. and. in
dicto cap. alma. in glo. super. ver. Sacramē-
ta. Ioan. tamen de lignano dicit. q̄ in festo
assumptionis Marię possunt matrimoniū
solenniter benedici. Decima nona regula:
licet secundum quosdam tempore inter-
dicti poterit vna campana pulsari pro con-
uocandis canonicis ad horas canonicas. vt
dicit dominus Aluarus. melius tamen &
securius est si non pulsetur: ne populus re-
laxationem credens interdicti conueniat
ad diuina. vt dicit Ioan. cal. Vigesima re-
gula. Tempore interdicti potest campana
pulsari pro dicenda oratione pro pace: fei-
licet pro Aue maria: siue de mane siue se-
ro. secundum Ioan. cal. Vigesima prima re-
gula. Tempore interdicti clerici possunt

ad vltiores ordines promoueri: sed non
specialiter interdicti. Layci verò interdi-
cti non possunt promoueri. Vigesima se-
cūda regula. Tempore interdicti licet lay-
ci sepeliri non possunt in cimiterio: etiam
qui non dederunt causam interdicto: pos-
sunt tamen clerici sepeliri: sed sine pulsu
campanarum & sine omni solennitate. de
poeni. & remis. quàm in te. Potest tamen
submissa voce pro clericis decedentibus
dici requiem & vigilię: & orare ianuis clau-
sis. prout notauit Bartholomeus de pis. in
summa sua de interdicto. s. iij. Idem dicen-
dum est de laycis qui non dederunt cau-
sam interdicto: vel si dederunt sufficienter
emēdauerunt & poenituerunt. Nam pro-
talib⁹ potest orari in secreto: & eorū mor-
tuaria sunt recipienda: licet non sepelian-
tur in cimiterio: quia tales sunt in statu sal-
uandorum: secundum dominum Alua-
rum. Dicit tamen Ioan. an. in clementina.
j. de sepul. quòd hoc intelligendum est de
mortuarijs quæ ipse moriens reliquit lo-
co interdicto: vel etiam de illis quæ postea
data sunt cum fuerūt sepulti in cimiterio
post relaxatū interdictū. De funeralibus
vero quæ dantur cū funere sepulto defun-
cto tempore interdicti non putat clericos
licite recipere posse, quia videntur partici-
pare delicto. Idem dicit Stephanus. Et ad-
dit Ioan. and. in nouella. in fine glosæ ma-
gnæ. quòd si recipiuntur non tenētur sol-
uere quartam. vt in cle. dudum. de sepul-
turis ibidem. Pro quo allegat Oldradum
inducentem legem. ff. pro socio cum du-
dū. vbi socius omniū bonorū non cogitur

DE ECCLESIASTICO.

conferre ea que ex causis prohibitis acqui-
 fruit. Vigesima tertia regula. Sepulti ex-
 tra cimiterium in quib⁹ apparuerunt signa
 contritionis tempore interdicti: relaxato
 interdicto sepeliuntur in cimiterijs. si au-
 tem fuerint sepulti in cimiterio: non sunt
 relaxato interdicto extumulandi. secun-
 dum dominum aluarum. Vigesima quar-
 ta regula. Quando terra aliqua singulari-
 ter est interdicta in poenā: & si ex eis mul-
 ti non deliquerint, vel forsitan vniuersitas
 vel magna pars vel forte deliquit domin⁹,
 & in hoc tunc puniuntur parrochiani nō
 possunt in aliena ecclesia etiam non inter-
 dicta alibi eligere sepulturā nisi forte etiā
 ex priuilegio. vt de priui. vt priuilegia. Si
 verò est interdicta propter delictū clero-
 rum tantum: vel propter hoc quia violata
 fuerit: tunc parrochiani possunt in alia nō
 interdicta eligere sepulturam: & audire di-
 uina. hæc Inno. Vigesima quinta regula.
 Si alicui personæ concessum est vt tempo-
 re interdicti possit celebrare aut audire di-
 uina voce submissa: tūc eius familiares ad
 audiendum cum illo & celebrandum sibi
 admittuntur. In absentia tamen domini
 tales familiares hoc facere non possunt se-
 cūdm Ioan. an. in nouella de priuilegijs.
 licet. lib. vj. Non sic autem de familiaribus
 alicuius collegij: quia nisi priuilegiati fue-
 rint non admittuntur. Tali enim concessio-
 ne gaudere non potest qui dedit causam
 interdicto: vel cuius consilio, culpa, frau-
 de, dolo, latum est interdictum. vt de priui-
 legijs, licet. lib. vj. Familiares autem intelli-
 ge non solum perpetuos sed etiam merce-

narios. secūdm Archi. Illi etiam qui suc-
 cesserunt alijs qui non fuerunt tempore
 dati priuilegij: sed ex causa necessaria sunt
 assumpti: censentur familiares: secundum
 Egidium de cremona: sed non illi qui vo-
 lūtate nuda sunt assumpti. Vigesima sex-
 ta regula. Tempore interdicti possunt epi-
 scopi quocunque ierint coram se facere
 celebrare diuina: sed tamen submissa voce
 & hostio clauso. vt de priuilegijs. lib. vj. in
 vlti. glos. nec possunt per alios diocesanos
 in eorum diocesi prohiberi. secūdm Ioan-
 nem. an. in nouella ibidem. Vigesima se-
 ptima regula. Religiosi exempti in capella-
 nijs suis quas habēt in locis non exemptis
 tempore interdicti nō possunt facere nec
 per se celebrare diuina. vt de priuilegijs. au-
 ctoritate. lib. vj. Hodie autem religiosi vio-
 lantes interdictum positum per sedē apo-
 stolicam vel ordinarium loci: vel generalē
 cessationē diuinorum factam per prouin-
 ciale concilium sunt excommunicati ipso
 facto: non obstantibus priuilegijs & exem-
 ptionibus quibuscumque per clementinā
 primam. de sentē. excō. Vigesima octaua
 regula. Tempore interdicti non licet secu-
 laribus extra ecclesiam auscultare seu au-
 dire diuina quæ fiunt in ecclesia nec licet
 fenestras nec foramina facere ad vidēdum
 in figura huiusmodi diuina & corp⁹ Chri-
 sti: vt colligitur de poeni. & remis. quod in
 re. de sen. excō. ca. j. in cle. Vigesima nona
 regula. Clericus non solū celebrās: sed etiā
 agens aliquid in suo officio publice tempo-
 re interdicti violat interdictum: vnde non
 solum cantans missam vt sacerdos: sed etiā

afferens calicem vt subdiaconus violat interdicitum. Similiter celebrando principaliter vespervas vel matutinū. xj. q. iij. si quis episcopus. Idem Guillel. in speculo ti. ij. s. iuxta propositionis. ver. quid si. Si quis tamen interest diuinis etiam cantans cum alijs: non tamen agens in suo officio: non credit Hostien. talem irregularitatem incurere vel suspensionē, nisi faceret ex cōtēptu. Clericus tamen in minoribus agēs in suo officio: irregularis est secundum ipsum. de priuilegijs. tanta. & c. fi. per Inno. Trigesima regula. Tempore interdicti potest mensa benedici: similiter aqua cū sale sub silentio: non tamen sacerdos populum debet aspergere publice: si tamē aspergat nō est irregularis: quia aspergio nō est alicui ordini annexa: non obstante dicto Inno. & Guillel. in speculo: quia loquuntur secūdum antiqua tempora. Hodie autem ex quo permittitur missa sub silentio: quod maius est: ergo & benedictio aquæ quod minus est. Trigesima prima regula. Tempore interdicti clerici bini & bini expressa voce horas dicētes ambulando vel sedendo in ecclesiā: vel iuxta ecclesiam vel alibi: vbi ab astantibus laicis audiuntur creduntur violare interdicitum. secundum Ioan. cal. Ex quo sequitur quod tūc clericus volēs dicere horas debet à se remouere familiam laycalem: potest tamen cum alio clerico dicere horas in secreto vbi à nemine audirentur. Trigesima scđa regula. Tēpore interdicti possunt tam clerici q̄ laici publice orare priuatas oratiōes in ecclesia: nisi ipsis specialiter esset prohibitus

ingressus ecclesię. secundū Monaldū. Melius tamē faciunt clerici abstinētes ab oratione communi cum laicis propter suspicionem. Illi tamen qui sunt propter culpam interdicti vel excōmunicati nō possunt in ecclesiā orare, immo nec ecclesiā intrare. secundū Archidia. xj. q. iij. si quis. Si tamen excōmunicatus est in ecclesia: sed non orat non videtur Inno. quare nō possum eo præsente orare: cum non comunico sibi in oratione. Ita recitat Archidia. xj. q. iij. sicut. quod si ego in eadem domo pro meo negotio: & ille pro suo non sibi comunico. Sed si in eodem negotio: vt puta ambo imus ad regem ad pētendū pro aliquo: tunc dicor communicare. Dicit insuper ibidem quod possum cum excōmunicato in eadem camera comedere: sed non in eadem mensa. similiter dormire: sed non in eodem lecto. Trigesima tertia regula. Licet tempore interdicti layci pulsantes funeri vel pro alia causa: non fiunt irregulares: non tamen habeant orationem. Tamen ex quo violant per hoc interdicitum: grauiter sunt puniendi. secundum Inno. & Hostien. Clericus tamē pulsans tēpore diuinorum, irregularis est. Secus si ibi non celebrantur de facto diuina. Trigesima quarta regula. Tempore interdicti possunt prælati excōmunicare & absoluere, cū hoc sit iurisdictionis: sed nō cum solēnitare, id est, sine stola psalmis & orationibus. nec possunt excōmunicatum in ecclesiam introducere: quia hoc est ordinis. Vnde hoc faciens est irregularis, secundum Inno. Hostien. & Guil. Nec

DE INTERDICTO.

etiam possunt mulieres post partū intro-
 ducere in ecclesiam. secundum Bern. quod
 intellige cum psalmis & orationibus. Pos-
 sunt tamen introducere tantum præmis-
 sa confessione nihil dicendo, nec stola utē-
 do. Trigesima quinta regula. Tempore in-
 terdicti specialis quando ecclesia est specia-
 liter interdicta potest in ea baptizari &
 chrismani: honestius tamen hoc fiet ex-
 tra, propter suspicionem chrismatism. Trige-
 sima sexta regula. Sacerdos celebrans sub
 missa voce & ianuis clausis tempore inter-
 dicti potest habere secum vnum scolarem
 ad hoc deputatum administrandum sibi.
 secundum Inno. de sen. ex. nuper. de quo
 etiam per Archidia. xj. q. iij. sicut apostoli.
 Caueat sacerdos tamen ne vocet aliquos
 literatos laycos de sua parrochia ad mini-
 strandum: hodie istum: cras illum. &c.
 quia hoc esset ad fraudem interdicti. vnde
 solum magistrum scholæ vel campanato-
 rem qui sibi consuevit ministrare pro tūc
 tantum habeat: & hoc siue sit clericus siue
 minister: & ipso recedente potest aliū sub-
 stituere: dum tamē sit de loco non interdi-
 cto. secundū Ioan. cal. Si tamen laycus mi-
 nistrat sacerdoti qui nō fuit ante hoc suus
 minister: licet nō sit irregularis: tamen gra-
 uiter peccat: possunt tamen sine dispensa-
 tione promoueri poenitētia peracta. Vbi
 tamē sunt plures sacerdotes, melius fieret
 si vnus alteri ministraret exclusis clericis
 vel campanatoribus, si commode fieri po-
 test. Ista est intētio Io. cal. in suo tractatu
 de interdicto. Trigesima septima regula.
 Tempore interdicti non potest sacerdos

officium pro baptismo in sabbato sancto
 facere cum solēnitate. Chrisma tamen in
 die coenę potest confici. Nec etiam fiat be-
 nedictio candelarum in purificatione: aut
 etiam palmarum in dominica palmarum.
 secundum Ioan. cal. nec consecratio eccle-
 siarum, altarium, & calicum: nec etiam via-
 ticorum. Trigesima octaua regula. Licet
 tempore interdicti potest dari viaticum,
 id est corpus Christi sanis dānatis ad mor-
 tem: non tamen in trantibus mare vel pu-
 gnantibus in bello: aut obsessis in ciuitate:
 nec etiam prægnantibus mulieribus par-
 tui vicinis. cum secundum Io. cal. & Ioan.
 and. non possint in hoc casu dici deceden-
 tes quibus solum hoc permittitur à iure.
 Si tamen prægnanti mulieri imminet gra-
 ue periculum: vt quia per foetum in vtero
 fatigata laborat graui infirmitate: de qua
 verisimiliter timetur, potest procurari sa-
 cramento: dum tamen hoc in fraudē non
 fiat. Hoc videtur velle Ioan. cal. dum dicit:
 nisi periculum immineat. Trigesima nona
 regula. Tempore interdicti potest verbū
 Dei omnibus indifferēter tam interdictis
 quā non interdictis: quā etiam excō-
 municatis prædicari. de sen. excommuni.
 respondeo. Indulgentiæ autem quæ dan-
 tur, hominibus audientibus prædicationē
 excōmunicatis & interdictis: propter quo-
 rum culpam latum est interdictū: nō sunt
 dandę: cum earum capaces nō sint, donec
 absoluantur. secundum dominum Alua-
 rum. & vt etiam per hoc compungantur.
 Et potest etiam dari exhortatio: sed tēpo-
 re exhortationis debēt exire interdicti &

excommunicati culpabiles qui nō sunt capaces confessionis generalis quæ ibi fit: & etiam cū exortatio fit non debemus cum excōmunicatis orare: potest etiam pulsari campana pro hortādo seu vocādo populo ad sermonem. tutius tamen est dimittere pulsum, & dicere populo certā horā: puta primam vel tertiam qua conueniēt. Quadragesima regula. Tempore interdicti, potest corpus Christi portari ad infirmū per sacerdotē cum cāpana & lumine præcedētib: potest etiam dari in præsentia astantium. vt dicit Ioan. cal. Indulgētia tamen quæ cōcessæ sunt sequētibus & comitātibus corpus Christi nō sunt dandæ excommunicatis & interdictis culpabilibus: sed alijs oībus qui nō dederūt causam interdicto. secundum Aluarū & Ioan. cal. q. xxvij. Quadragesima prima regula. Licet tēpore interdicti clerici nō sepeliāt aliquē proprijs manibus: tamē si permittāt solū intercedere & sepelire in cimiterio, incurrunt poenā. clemēti. eos qui. de sepul. f. excōicationē ipso facto. Et si sunt exēpti: etiam ad huc est suspēsus ab ingressu ecclesiæ. vt de priuile. li. vj. Quadragesima secūda regula. Interdicto loco quādiu quis ibi morabitur ipso recedēte relaxabitur: & nō est necessaria alia relaxatio. vt de vsuris. cap. j. in glo. quādiu. li. vj. Quadragesima tertia regula. Interdicta terra alicuius domini intelligitur de terra quæ est sua quoad dominiū iurisdictionis: & quā tenet in feudū vel emphiteusim: & quam habet nomine dotis vxoris suæ: & illa quam habet in vsu fructuum. Sed pignorata nō intelligitur: si

dicitur, interdico terrā tuā. Secus si dicitur terrā istā quā tenes in pignore: vt si habet terras in diuersis prouincijs p parte & pro diuiso: omnes illæ partes subiacēt interdicto: scilicet & si terrā istā vēdidit vel perdidit: non propter hoc tollitur interdictu: sed si nouā acquirat, illa nō intelligitur interdicta. Hæc Ioā. cal. q. xxvij. Quadragesima quarta regula. Si clericus tēpore interdicti interest diuinis ex quadā simplicitate: nō est irregularis: sed si facit contemnēdo vel præstādo auctoritatē, vel faciēdo corā se celebrare: est irregularis secundum Ioā. cal. q. xxix. Quadragesima quinta regula. Interdicto collegio seu vniuersitate: postea factus aliquis de vniuersitate interdictus cēsetur secundū Ioā. cal. q. xix. Quadragesima sexta regula. Clericus non seruās interdictū: vt puta celebrās in loco interdicto sciēter vbicūq;: irregularis efficitur & est suspēsus. de cle. excō. ministrāte. postulāte. s. vlti. de senten. excōmu. is qui. li. vj. Et hoc teneas. secundū Archid. xj. q. iij. si quis etiā si nulla sentētia super hoc sit lata. vt de cle. ex. mini. apostolicæ. & de postu. præla. ca. ij. Qui enim celebrat in loco interdicto non à canone. sed latore intelligitur esse suspensus. vnde cū sit irregularis non potest dispēdari cū eo. vt dicit ibidem Archi. Talis etiam non potest eligere nec eligi. vt de consuetudine. cū dilectus. s. qua nobis. & in dicto. cap. is qui. Nec postulare. de postu. ca. j. Nec beneficia cōferre. de concess. præben. quia diuersitatē. & de excess. præla. quia tanta. immo remouendus est à suo beneficio. de cle. excō. minist. pō-

DE INTERDICTO.

stulat. s. vlti. Quadragesima septima regula. celebrans scienter in aliqua ecclesia que non proprie dicitur interdicta: sed potius violata seu polluta semine aut sanguine: non incurrit irregularitatem. de sen. excō. is qui lib. vj. vnde talis grauius peccat. vt ibidem dicitur. Idem Guillelmus in speculo. ti. ij. s. iuxta propositionis. ver. illud quoque. & Bern. de priuil. tuarū. in glo. Idem dicit Guill. Si episcopus propter patronorū discordiā clauerit ecclesiam: celebrans in ea non fit irregularis: secus si dicitur: interdico talem ecclesiam: quia tunc fit irregularis. Quadragesima octaua regula. celebrans in ecclesia non interdicta presentibus personis interdictis vel excommunicatis: licet grauius peccet celebrando coram eis: non tamen fit irregularis: quia hoc non habetur in iure. Sed tamen talis secundum Archidia. xj. q. iij. sicut apostoli. censeri debet: sicut ille qui communicat excommunicato in oratione: qui tantum minore excommunicatione est excommunicatus: & de isto constat: quia non est irregularis. vt de cle. ex. mini. si celebret. Nam hec interpretatio siue extensio de irregularitate non est facta vsque ad excommunicatos siue celebrantes coram excommunicatis: immo econtra statutum est quod non sunt irregulares. & cum ista irregularitas non fit nisi per constitutionem ecclesie: & de celebrantibus coram excommunicatis non fit statutum quod sint irregulares: non debent haberi pro irregularibus. secundum Inno. qui ita notauit. de excels. prela. ca. fi. Si tamen talis ingerat se secundo officio suo

sicut prius, erit irregularis. vt dicit glof. ij. de sen. ex is qui. li. vj. Quadragesima nona regula. Si publice excommunicatus vel interdictus propter culpam intrat ecclesiam: omnes debent exire si commode non potest expelli. xxiiij. q. j. omnes qui. &. xj. q. iij. sicut in glo. si ergo. Sacerdos tamen propterea non dimittat missam inexpletam: si iam incepit canonem: quia debet communio cum sequentibus orationibus in sacristia fumere. Si autem occultus sit ille qui scit eum solus: caute exire debet: ita tamen quod crimen non prodat. Facit ad hoc. vj. q. ij. si tantum. & quod ibi notatur in prima glo. Quinquagesima regula. quilibet quantumcunque exceptus celebrans scienter: siue in loco interdicto: siue coram personis interdictis ab ordinarijs delegatis vel a iure similiter recipiens interdictos publice ad diuina officia siue sacramenta siue sepulturam, est interdictus ab ingressu ecclesie: ultra alias poenas in iure positas. vt de priui. ca. episcoporum. li. vj. Et si se ingerat officio suo sicut prius fit irregularis. de sen. ex. is qui. li. vj. Et non intellige quod isti sic delinquentes in omnibus predictis casibus tantum puniantur poena interdicti ab ingressu ecclesie: sed quod ultra poenas alias ista eis infligitur. vnde licet celebrans in loco interdicto: vt supra dictum est in casu non concesso fit irregularis. de sen. ex. is qui. li. vj. Tamen ultra illam poenam irregularitatis prohibetur sibi ingressus ecclesie quod non fit alijs irregularibus. Similiter celebrans coram excommunicato vel interdicto publice: licet non sit irregularis prima vice: ta-

men incidit in excommunicationem minorem: vt de cle. excōm. in il. si celebrat. Vnde de posset poenitentia peracta post hoc ministrare in ecclesia: si nō est poena istius capituli: quæ tamen obstat eis: quia tales nō possunt ministrare in ecclesia quātūcūq; poeniteat: cum nihilominus est eis ingressus ecclesie interdictus: donec de trāsgressione huiusmodi ad arbitrium cuius sententiam contempserunt satisfaciāt cōpetenter. Licet autē ista procedant quoad exemptos: vt dicunt quidā: tamen quoad illam partem. s. de amissione diuinorum. Ioan. monach. Archi. & Ioan. an. in nouella dicunt non exemptos non ligari ista poena. Vnde ipsi volunt quod non exemptus admittens interdictum ad diuina officia non incurrat hanc poenam. s. vt non arceatur ab ingressu ecclesie: licet peccet grauius vt dictum est: quod probat Ioan. an. in nouella dicta. c. episcoporum. concludēs post multa: quod ex quo non potest exemptis suffragari: ignoscant sibi sciētes quod oculis ipsorum nequam non erit: cum etiam habeant maiora remedia pro minore super absolutionibus & dispensationibus ipsas ab apostolica sede concessa: & compromissiones quæ facile suis maioribus circa talia fieri solent. hæc illæ.

DE IRREGULARITATE.



AD habēdam aliquam notitiam de irregularitate notandæ sunt aliquæ regulæ, prius premissa breui descriptione irregularitatis. Sciendum igitur est quod irregularitas est nota, id

est infamia vel impedimētum canonicum ex vicio suo defectu proueniens quæ quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri: & in eisdē ministrare. Ita diffinit Guill. durandus in speculo. ti. de dispensationib⁹. s. iuxta. propositionis. Dicitur autem canonicum impedimentum: quia ortum habet à iure canonico: licet inceperit à veteri testamento. quo ad laicam: quia dictum est Dauid. Non ædificabis mihi templum: quia vir sanguinis es. j. Paral. xxvii. c. & in cano. xlix. dist. Hinc etenim vbi habetur: quod in leuitico etiā multi à sacerdotio repellebantur propter defectus naturales: sicut propter scabiem & gibbositatem. &c. Et dicitur irregularitas ab in, quod est hæc, & regula, quasi contra regulam ecclesie natus: siue propter factum vel defectum extra ecclesiam positus. sumitur autem tripliciter. Primo pro defectibus quæ sunt in homine sine peccato. puta qui est bigamus, vel maritus viduæ: vel illegitimus & huiusmodi. vt de renūcia. nisi cum pridē. s. personæ. Secūdo dicitur irregularitas personæ vbi generaliter prohibetur qui libet ordinari: vel celebrare in ordine iam suscepto sine dispensatione domini Papæ ne patiatur defectum. &c. de quibus infra patebit. Tertio dicuntur irregulares omnes illi qui non possunt remanere in susceptis ordinib⁹. nec ad maiores promoueri: etiā post actam poenitentiam sine dispensatione domini Papæ & aliorum prelatorum: de quo dantur regulæ. Prima regula. Omnis furiosus, ebriosus, illiteratus, impudicus, percussor, illigiosus: neophytus: & genera-

DE IRREGVLARITATE

liter quilibet in membris naturalibus defectuosus: irregularis est ad sacros ordines suscipiendus. patet hoc decre. late incipiendo à. xxvj. dist. vsque ad. lxxix. per totum vbi ista sigillatim probantur. Secunda regula. Accusans & deferens aliquem de crimine coram iudice pro quo poena capitis debetur vel truncatio membri, irregularis est. v. q. vj. delatori. & vj. q. j. in sum. de accusa. accusasti. Tertia regula. Percutiens aliquem in propria persona: siue per alium eius mandato si sequatur inde homicidium vel membri mutilatio: si hoc facit absque ineuitabili necessitate irregularis est. de homici. presbyteri. Petrus. l. distin. miror. Quarta regula. Percutiens absque mortis periculo vel sanguinis effusione vel truncatione: habens ad hoc potestatem non est irregularis. vt de raptoribus in archiepiscopatu. & xxij. que. viij. saepe. Quinta regula. Iudex actor & procurator notarius, siue dictator vel promulgator: si in membris secunda est mutilatio irregularis est. l. distin. si quis. ne clericus vel monachus sententiam. de homicidio postulasti. l. dist. cap. j. Et generaliter purgationem vulgarē quæ fit in torneamentis: vel alio modo: & quicumque vindictæ sanguinis auctoritatem benedictionē seu patientiam sui exhibentes: irregulares sunt. de exce. præla. ex l. teris. Sexta regula. Licet clericus non debeat interesse vindictæ sanguinis: si tamen ex sola curiositate vel leuitate interfuerit vbi latro suspenditur: vel vbi quis in duello occiditur: licet peccet grauiter: non tamen fit irregularis: si nec auxilium vel cō-

silium vel auctoritatem præstiterit. secundum Guillel. in speculo. ti. de dispensatione. s. iuxta propositionis. Septima regula. Iudex vel officialis seu aduocatus qui tractauerunt causam criminis dātes operam vt sanguis effunderetur, licet nec mors nec sanguinis effusio fuerit subsecuta: irregulares sunt: potest tamen in talibus per episcopum dispensari. secundum Guillelmum: similiter cum illo qui ex officio suo: sed ex odio dedit operam: & fecit quod potuit vt occideretur: non tamen occiditur: vel mutilatur: indiget enim talis dispensatione. secundum Guillelmum. Octaua regula. Exercens artem cyrurgie si propter imperitiam & negligentiam eius sit mors subsecuta ab incisione adustione vel portione quam dedit infirmo irregularis est. vt de homici. tua. s. j. Si tamen peritus existēs se ubi otomat sanguinem vel secat adhibens omnem diligentiam non est irregularis: etiā si mors fuerit subsecuta: quia potius præsumitur casu & culpa patientis euenisse. xxij. q. v. de occidentis. Secus si per eius negligentiam. secundum Guillel. Nona regula. Licet laycus exercēs autem cyrurgie non fiat irregularis: si non propter eius incuriam multi obierunt: clericus tamen si sub eius cura aliqui etiam preter eius culpam obierunt: irregularis est. secundum Inno. qui hæc notauit in. c. tua. de homici. nec cle. vel mona. sententiam. Decima regula. Extrahēs sagittam vel telum vel gladium infixum in corpore alicuius si propter hoc vulneratus citius moritur irregularis est. de homicidio tua. Vndeci-

ma regula. Custodiens infirmum & dans ei bibere imperite: vel aliquid aliud contra consilium medicorum faciens propter quod mors sit subsecuta: irregularis fit propter imperitiam & negligentiam dissolutam: si tamen quis facit bona fide: circa ægrotum non debet esse facilis ad faciendam conscientiam scrupulosam: quamuis in aliquo sit erratum: si sibi non sit lata culpa cum negligentia dissoluta quæ propèdolum est: & huiusmodi scrupulum de facili deponere debet ad consilium sapientis. Si tamen tanta culpa fuerit vel negligentia dissoluta: & certum est quod mors sit inde subsecuta: irregularitas contrahitur: si verò non sit certum: tunc distinguendum est. aut enim dubitatur probabiliter secundum iudicium medicorum & tunc abstinendum est ab officio: si autem non dubitatur: tunc deposita erronea conscientia poterit administrare: & etiam promoveri. alias non secundum Ray. l. dist. in hi qui arborem. & c. sepe. Et secundum quosdam solus Papa cum talibus dispensat. Duodecima regula. Consulens aliquid unde sequitur homicidium: irregularis est: ut si suaserit iactum baliste machine lapidis: vel quod quis iret ad capiendum castrum quod capi non potest sine hominis morte. Unde si sequitur mors ex illo consilio: irregularis est secundum Guillel. Idem si facit vel consulit furtive vel proditoriè capi castrum si mors inde sequitur irregularis est: quia debuit verisimiliter præsumere hoc evenire posse. In talibus enim ponuntur qui remotam causam homicidio dedit: sicut qui

propinquam. ut notatur de homicidio presbyteris. Tredecima regula. Mandans aliquem verberari: si verberans occidit verberatum: irregularis est qui mandavit: nisi expressisset ne occideretur. de homicidio. Significasti hodie. de homicidio. is qui mandavit. l. vj. in. si. ultimo. gloss. Secus tamen de illo qui consulit aliquem capi: ut puta malefactorem: quia tunc non fit consulens irregularis etiam si capiens occidit illum: quia non consulit. ar. de homicidio. c. si. Absit enim ut ea quæ propter bonum facimus: si præter voluntatem nostram quicquid mali occiderit nobis debeant imputari. xxij. quest. v. de occidendis. semper tamen fit irregularis dans directe consilium in mortem alterius: ut ne clerici vel monachi sententiam. Nec interest siue is cui datum est consilium statim fecerit homicidium: vel etiam diu post: nisi prius consilium reuocauerit & contrarium suaserit. ut de homicidio. Petrus. immo nisi firmiter & probabiliter credat quod post reuocationem consilij non reuocetur is cui datum est consilium à proposito occidendi: necesse est ut denunciaret illi de cuius morte tractatum est quod caueat sibi: in eo autem quod mandavit se fieri homicidium: videtur sufficere si consilium mandatum tantum: de regulis iuris, omnis res: vel si sciente eo cui mandatum est iuit eum occidendo. ut. xxij. d. j. Omne quod vel parentelam vel amicitiam cum eo contrahat licet ei hoc non significauerit: quia qui est certus certiorari non debet. de ele. inter varias. Quartadecima regula. Consulens alicui ut occidat aliquem: si ipse cui consul

DE IRREGULARITATE.

tum est occidere occidatur ab illo occiden-
do: secundum opinionem mitiorem non
iudicatur ille consulens irregularis. Ratio
quia fines consilij excessit ex quo egressus
est ad occidendum: nec sibi bene cauit: nisi
excitaret eum ad occidendum alium: for-
te in tali loco ubi periculum esse posset: tunc
esset irregularis: etiam si is cui consuluit oc-
cidatur. secundum Guillelmum. vbi supra
secundum rigorem tamen iuris. hodie ta-
lis consulens irregularis est per Ioan. an. in
nonella de homicidio. is qui mandauit. li.
vi. Quintadecima regula. Si quis suadet ali-
cui quod pro patria, vel pro proximo suo:
vel pro iure suo: vel pro iure ecclesie sue.
periculo se exponat: non ob hoc fit irregu-
laris: etiam si ibi moritur. xxiii. q. ii. pro me-
bris & ca. sequenti. Si tamen sciret vel cre-
deret eum ibi moriturum: tunc videtur quod
fiat irregularis. secundum Guill. Si autem
consulat quod indubitata morte se expo-
nat pro honore Christi vel fide vel statu ec-
clesie: non fit irregularis: etiam si mors in-
de sequatur. xxi. q. j. sunt quidam. xj. q. iij.
non solum. Hac ratione excusantur inquisi-
tores hereticorum prauitatis sciētes quod sta-
tim postquam aliquē pronūciauerint he-
reticum esse: ille morti tradetur. hoc etiam
alias multipliciter procurādo. Ad hoc etiam
accedit. xxii. q. viij. legi. & q. v. si audieris.
Illi tamen clerici qui portauerunt ligna cau-
sa indulgentiarum ad hereticos combu-
redos irregulares sunt: nec cum eis dispen-
satur nisi per papā. Sedecima regula. Dans
operam rei licite: ut puta edificando eccle-
siam, vel domum, adhibita omni diligen-

tia quam potuit habere: si occidat ali-
quem casualiter, non efficitur irregularis.
Si tamen dat operam rei illicitae: nec adhi-
buit omnem diligentiam quam debuit: fit
irregularis. ut de homicid. lator. & c. ex lite-
ris. & c. sit dignum. & ca. presbyterum. &
c. continebatur. & c. ad audientiam. Hinc
est quod medico operanti secundum regu-
las artis suae non imputatur ei si quis sub
eo moritur: sed si sine diligentia commisit
consulitur sibi ut non promoueatur ad or-
dines de quali. ordi. ad aures. Sed quid de
illo medico qui vertit infirmum ad aliud
latus ut citius moratur. Respondeo quod
irregularis est tam ipse qui fecit quam ipse
qui consuluit: si ex hoc mors fuit subsequen-
ta: qui forte via anhelitus precluditur vel
apostema rumpitur ex violentia motus:
vel suffocatur. Si autem non citius mori-
tur ex hac causa: non fit irregularis: sed
penitere debet de facto. Decima septima
regula. Non solum est irregularis quis si
ex eius percussione est mortuus aliquis:
sed etiam si ex hac percussione infirmita-
tem contraxit unde mortuus est. ut de ho-
mi. presbyterum. & c. ad audientiam. & ap-
dist. studeat. Decima octaua regula. De-
fendens se in casu euitabili & occidens ali-
quem irregularis est. l. dist. si quis viduam:
& talis ad superiora non ascendat: & in su-
sciptis non facile dispensatur. Sed si neces-
sitas fuit inuitabilis: datur consilium ei ut
non ministret. l. dist. de his clericis. non ta-
men propter hoc deponitur: immo in suo
ordine administrans toleratur de iure cōi
absq; dispensatione. secundum Lauren. l. di

quia tua. Sic loquitur de homi. ca. ij. pro ut
 prosequitur ibi Hostien. Et quidam dicunt
 episcopum posse in tali casu dispensare: li-
 cet hoc non possit secundum Ioan. de deo.
 qui dicit solum Papam hoc posse. Hodie di-
 citur simpliciter irregularitatem nullam in-
 currere ille qui personam suam defenden-
 do in casu inevitabili occidit. de homi. si fu-
 riosus. in cle. Decima nona regula. Infans
 furiosus committens homicidium non est
 irregularis. ut in cle. si furiosus. de homi.
 Idem est de dormiente si aliquem occidat:
 qui tamen non habuit propositum occide-
 di eum. Vigesima regula. Potens hominem
 liberare a morte: & non faciens, irregula-
 ris est: quia qui potest defendere & non de-
 fendit: occidit. de homi. sicut dignum. quod
 intellige secundum glo. c. iij. de senten. ex-
 com. de illo ad quem ex potestate ex offi-
 cio vel dignitate pertinet realiter defende-
 re: & non simpliciter de quocumque. ubi di-
 citur ibidem glo. quod si ego non habeo ali-
 quam potestatem: video quod aliquis vult
 verberare clericum sine auxilio meo aut
 consilio. non credo quod sim excommunica-
 tus si non prohibeo illam: licet alias forte
 peccem: quia non defendo cum possem.
 Vigesima prima regula. Retrahens a pro-
 posito liberandi hominem a morte irregu-
 laris est: quia quodammodo indirecte ho-
 micidium commisit. l. dist. si quis viduam.
 & de poe. dist. j. periculose. Vigesima secun-
 da. Percutiens animo occidendi latronem
 si ex aliquo vulnere latro obiit: irregu-
 laris est. ut colligitur de homi. significasti.
 respon. j. Idem etiam si non percussit: sed

aliquid operis impendit in mortem eius: pu-
 ta quia latronem detinuit: vel contra eum
 clamavit. alias autem si clamasset contra
 eum non in mortem eius: sed quod capere-
 tur vel detenuit eum: vel se leuem osten-
 dit: irregularis non est de morte eius: vel
 etiam si in neglectu: alias si malicia eius per-
 petretur homi. domini. & idem si negligē-
 tia eius committatur. l. dist. si qui. Et ideo
 si clamat contra latronem: siue eum capiat:
 siue alias quocumque modo potest intelli-
 gere ex clamore suo vel alio actu homici-
 dium sequitur irregularis est: nisi forte fa-
 ciat propter periculum corporis sui: ut si
 videt quod aliquis eum occidere vult: tunc
 enim potest bene invocare & clamare pro
 auxilio: quia non intendit in aliorum mor-
 tem: sed in suam liberationem. secus si hoc
 faciat propter periculum rerum suarum si
 fugæ præsidio euadere potest. de homici.
 suscepimus. Vigesima tertia regula. Cleri-
 cus ligans cum socio latronem: si postea ti-
 mes ne occidatur a latrone: ipse potius oc-
 cidit eum: irregularis est. de homi. ubi su-
 pra. Vigesima quarta regula. Si clericus
 non valens aliter recuperare res suas tenet
 furem ne eum rebus fugiat: donec eum ex-
 hibeat iudici: vel eius auxilium invocet ad
 res suas recuperandas: non est irregularis,
 licet postea fur a iudice puniatur: dum in-
 tentio eius non sit corrupta intendendo
 ad furis mortem vel mutilationem. &c. Idem
 dicendum est si clericus credit vel tradit se-
 culari potestati latronem petens quod eum
 puniat citra sanguinis effusionem: vel pe-
 tens rem subtractam sibi restitui, si potestas

DE IRREGVLARITATE.

in latronē animaduertat, id est, puniat eū morte non propter hoc clericus erit irregularis. vt de homici. delatores. lib. vi. nec etiam nocet illi si ad conuincendum latronem tradidit inter signa. Et idem si simpliciter deponit quærelam de iniuriantibus sibi & ecclesiæ suæ: quam uis tales uix absque sanguinis effusione valeant coarctari. de homicidio. tua nos. s. ultimo. & cap. postu. xxiii. q. iij. Maximianus. & q. v. ca. v. vnū. & cap. poena. Et hæc omnia vera sunt quando non intendit ad mortem: sed in hoc animo gerit: sed protestatur publice quòd citra sanguinis effusionem castigetur: nō est ergo irregularis curialiter agēs contra furem non criminaliter ad mortē uel sanguinem: licet eum iudex causa probabilis suspendet ab officio suo. vt de homici. postulasti. Ex quo ulterius patet quòd nullus notam irregularitatis incurrit qui per extortores. siue exactores alicuius curiæ curauit aliquem capi propter delictū tale propter quod nec mori nec mutilari posset: licet iudex inueniēse eum alia commisisse propterea suspendit eum, si tamen nec ille crediderit. nec cogitauit illud contingere posse. Vigesima quinta regula. Si iudex officialis insequitur furem fugientem: & quærit à me utrum uiderim illum: & ego sciens quòd fur ille ad mortē quæritur instruo eum, si per meam responsionem fur inuētus est & occisus: sum irregularis. Secus si nec sciur nec suspicatus sum quòd ad mortē uel poenā sanguinis quæritur. unde consultitur in casu hoc cum aliquis scit aliquē ad mortem quæsitū fuge-

re nō posse nisi alteram de duabus uis, nō debet dicere per hanc non fugit: quia sic proderet eū per alteram fugientē: sed aut taceat aut quærentem curialiter euadat: dicendo. nunquid ego custos illius sum? uel alio modo. Vigesima sexta regula. Si clericus qui egit ad res suas recuperandas: expost facto ratum habet quòd suspensus latro est: & hoc sibi placet si talis nullum cōsensum habuit in mortem illius: nec quicquam cooperatus est: non est irregularis secundum Guillel. & hoc si gaudet quòd maleficium est punitum: nō autem persona: cum secundum ipsum irregularitas ex homicidio solo nō contrahatur: nisi culpa uel uoluntas precedat: uel scādalum sequatur. vt notatur. l. distin. hi qui. & de homici. ex literis. & c. uerantamē. Hodie uerò iure cautum est quòd si quis absque mandato meo manus uolentis iniecit in clericū meo nomine: si hoc ratum habeo excommunicationis canonē incurro. & hoc propter rati habitionem, quæ retrahitur & mandato comparatur. Si aut hoc meo nomine non esset factum: licet ratum haberem: peccarem: sed non incurrerē excommunicationem: ut dicitur expresse in. ca. cum quis. de sen. ex. li. vi. Ut intelligas pono tibi casum. Aliquis amicus uel seruator tuus sciens aliquem clericum tibi fecisse iniuriam uerbalem uel realem percussit eū quē tu postea receptando magis amicum habuisti uel gauisus es: & hoc factū cōmēdasti uel laudasti: tu es excommunicatus propter rati habitionem ac si mandasses. Sed vnus extraneus percussit clericum: & tu

audiēs gratū habes & gratulares de hoc: si non es excommunicatus, tamen peccas ad minus venialiter secūdum Ioan. an. in nouella supradicti. c. cum quis. li. vj. Vigesima septima regula. Si quis mādat capi vnū clericum de tribus simul incedentibus: & alios duos non grauari: sed mandatarius excedit fines mandati alios duos capiēdo: iste mandans non erit excommunicatus secūdum Io. de deo. li. iij. suarum quæstionum. q. xiiij. Et est ratio quia captio cōtra voluntatem eius est facta. Petrus tamē de samprana: alias sanfona. putat quōd de dāno tenetur, quōd ille passi sunt. de iniurijs cap. si. xxiiij. q. viij. ppter ea. Ex hoc infert per simile de irregularitate: quōd irregularitas ratione homicidij nō contrahitur sola voluntate: nisi homo actu occidatur: de homici. sicut dignum. s. j. vbi de hoc in glo. ex corde. xv. q. j. si quis nō iratus. Sed nec fit quis irregularis propter solum homicidium: nisi culpa vel voluntas præcedat: vel alias sequatur scandalum. vt notatur. l. di. hi qui prioris. de homici. ex literis. de cle. egroto tua. Ex hoc dicto soluitur quæstio: qua quæritur. an clericus qui volebat interficere hominē: sed nō potuit: quia inuenit eū iā mortuū: qui volēs nihilomin⁹ satisfacere iræ suę amputauit caput mortui, fit irregularis? Dicendum q̄ licet voluntas occidendi fuit: tamen non est irregularis secūdum Archidia. xv. q. j. si quis. Ratio quia ad hoc quōd homicidium committatur requiritur quōd homo animatus occidatur. de homi. sicut dignū. xxxij. q. ij. Moyses. vbi aborsus foetus inanimati

nō imputatur ad homicidium: sicut etiam notant Aluarus. Inno. Bern. de homici. si aliquis. Vigesima octaua regula. Si quis in rixa mortuus est: nescitur tamen quis illum interfecit: licet secūdum quosdam. s. Ioannem. omnes irregulares sunt quoad promotionē ad ordines propter incertitudinē. vt. xxiiij. q. vltimo. c. si. tamen probabilius est quōd in tali casu quilibet sue cōscientiæ est relinquendus. secūdum Guill. in speculo. & Hostien. in summa. de homici. s. qua poena. Vigesima nona regula. Si amici mei occidunt aliquem mihi iniuriā tem me inuito: & contra meā prohibitionem, mihi non nocet. vt de homicid. Petrus. iij. q. iij. quia præfulat⁹. Idem est si me ignoratē. de symonia nobis. & ca. de regularib⁹. Sed si turbata cōsciētia sit: puta quia nō expresse cōsensi: nec cōtradixi: imputabitur argu. de symonia. Mattheus: immo etiam dicunt quidam quōd si sciens cōtractum de morte habitum non reuelauit: nō sum irregularis: quia homicidium non cōmisi factō, mandato, consilio vel defensione. l. di. si quis viduam. & de homi. Petrus. Alij dicunt contra: si credidi quōd non obstāte meā prohibitionem vel intuitu interficeretur: & hoc est tenēdum. Nam in tali casu tenebar reuelare illi contra quem contractum est. Trigesima regula. Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem & tu ei scienter consentias: non tamen eum incitas ad homicidium perpetrādum: nec cū eo super hoc aliqua verba habuisti: vel si habuisti: semper ex animo hoc ei dissuasisti: sed cum nollet tibi acquiescere timēs

DE IRREGULARITATE.

de ipso eum associas eo proposito: vel si forte eum quis inquireret defendas: & tunc homicidium perpetrat: verè irregularis est, secundum Hostien. ad quod facit. de homi. sicut dignum. s. illi qui. Trigesima prima regula. Clericus ministrans arma pugnantibus: si aliquis interficitur irregularis est ar. xxij. q. j. Nisi bella. c. si. nomine autem armorum intelliguntur fustes, lapides, ligna. &c. Trigesima secunda regula. Index ecclesiasticus potest hortari brachium seculare contraviolentos & hereticos vel paganos: non ut occidat vel mutilet: sed ut de terris fidelium expellantur: nec etiam est irregularis. si aliqui hinc inde sunt occisi. xxij. q. v. de occidendis. & xxij. q. iij. maximianus. immo secundum Innocen. de homi. petitione: licet aliquis in bello iusto aliquos percussit: si tamen inde nullus est mortuus: non fit ex hoc irregularis. Idem si quis accedit ad bellum iustum causa pacificandi: vel ex alia iusta causa: licet ex eius presentia aliquod robur accrescit suis: vel timor incutiatur aduersariis, non est sibi imputandum, dummodo dolus: & etiam lata negligentia absit omnino. secundum Guillel. Trigesima tertia regula. Clericus qui interest iusto vel iniusto bello in armis vel sine armis si aliqui sunt hic inde interfecti irregularis est: licet ipse non occidat. li. dist. si quis. xij. q. iij. Porro. xxij. q. ultimo. qui cunque. j. q. j. cap. fina. Trigesima quarta regula. Clericus defendens se vel suos: licet tunc ex defendentibus aliquis interfectus est ex aliqua parte, non est irregularis: ut illi qui non interfece runt: nec interfecto-

res non adiuuabant, sunt irregulares: licet voluntatem occidendi habuissent: quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. si quis non iratus. Trigesima quinta regula. Clericus in bello iusto quod non ad occidendum: sed ad defendendum geritur ministrans sagittam balistario suo ad sui defensionem: si ille ballistarius aliquem interfecerit: sed ille clericus non intendebat quod ipse aliquem interficeret: sed quod illos detinuisset: & sua defendisset aut recuperasset: non est irregularis secundum Guillel. Idem dicit de illo. qui in bello iusto prepositus fuit exercitui: & sumptus facit & cuncta disponit: si forte eum contingat lanceas vel sagittas emere & ministrare: & ad exercitum vel ad custodiam castris mittere: vel si hortatur ad currendum post hostes ut eis preda hominum vel animalium auferatur: & tunc forte aliquis interficeretur dummodo solum intendit ad recuperationem prede non ad vindictam: talis enim causa remota non nocet. Trigesima sexta regula. Qui mulierem facit ne concipere vel generare: vel post conceptum parere possit: & qui pregnantem mulierem percutit ita quod facit abortiuum: si foetus iam fuit viuificatus irregularis est: sed si nondum fuit viuificatus: solum mortaliter peccat. de homici. si aliquis. ij. q. v. consuluit. vel si probabiliter dubitat vel credit an sit mortuus vel viuus foetus ex illa percussione, vel utrum conceptus fuit animatus vel non: ita tali dubio debet a promotione & a ministerio abstinere: nec periculo se committere. Si vero leuem vel te-

merariam habet opinionē, deponat eam si potest, & sic poterit promoueri & administrare: alias non. ar. de senten. excom. inquisitio. & de symonia. per tuas. ij. Tricesima septima regula. Licet clericus aliquem occidens pro defensione rerū suarum, irregularis est. de homi. suscepimus. vbi dicitur per tunicam relinquendum est palliū, & melius est rerū iacturam pati, q̄ pro seruandis vilibus rebus ac transitorijs acriter in alios exardescere. Clericus tamen personam propriam defendendo necessitate inuitabili repellens vim vi cum moderamine inculpate tutelę percutiēs aliquem: si inde mors sequitur nō imputatur ei. vt notatur de homici. significasti. ij. &. iij. ca. interfecisti. Vnde dicit Archi. xxij. q. iij. ca. j. q̄ clericus etiam interficere potest vt non interficiatur. ar. de fur. ca. iij. dum tamen hoc faciat pro persona propria. Hodie expresse in cle. si furiosus. de homi. & dico personam propriam. nam fecus est secundum Ioan. an. in nouella. super cle. Si furiosus. de homi. si non valens vitare mutilationem: licet mortē posset euitare mutilauit vel occidit aliquē inuaforem. Et idē specialiter nō valens saluare res suas eum occiderit qui deportare volebat: secus etiam secundum glo. diēte cle. super. ver. suo. de illo qui occidit illū, qui occidere volebat, patrem, filium, cōiugem, vel personā coniunctam, quam aliter iuuare non potuit. Quod putat Ioan. an. quasi casus ille non includatur sub necessitate inuitabili. Intelligitur autem necessitas inuitabilis secundum Ioan. and. ibidem super. ver. non

valens, vt quia angustiatus erat, vel sic arctatus q̄ fugere non poterat nec clamore iuuari. Intelligitur autē cum moderamine inculpate tutelę si fiat ex incontinenti non ex interuallo, & causa defensionis nō vltionis, & si æqualiter se defendat sicut infestatur, vt si gladio percutitur, & ipse gladio percutit, vel si ligneo baculo, & ipse e cōuerso baculo ligneo aut ferreo baculo percutitur, & ipse e cōuerso ne amplius percutiatur ad mortem. Si autem percutiatur paruo ligneo baculo à quo non timeatur mors vel depilatur vel per vestem trahitur, & ipse repercutiēs ferro occidit suū inuaforem, irregularis est, quia nō est moderamine inculpate tutelę. debuit enim se moderate tueri, & non excessiue vltra violentiam sibi illatam: aut si percussus est semel & sic dimissus est, nec vltius se credit percuti: si etiam incontinenti repercutit & occidit, irregularis est: nam nō debet occidere inuaforem, ex quo ab eo nō credebatur se occidi. vnde excessit in moderamine, quia pro vna percussione nō lethali occidit. Hæc omnia colliguntur in glo. significasti. ij. de homici. Tricesima octaua regula. Prælati spiritualis habens iurisdictionem temporalem in suo dominio, si fur vel latro deprehensus in furto vel maleficijs adducitur ad præsentiam eius, & petitur puniri iuxta condignum sui excessus, nō debet ipse personaliter de hoc cognoscere, iudicare aut sententiarē, sed debet hoc committere suo procuratori, dicēdo ista verba. Fiat iustitia, generaliter nō descendēdo specialiter qua morte sit mori-

DE IRREGULARITATE.

turus. ne cle. vel mona. c. vlti. li. vj. Nec per hoc etiā est irregularis si sequatur sanguinis poena. vnde potest fieri specialis commissio super tali casu, sed nō expressa poena. secundū Goffre. Idē tenet nouellator in dicto. c. vlti. li. vj. Dicit tamē nouellator in nouella ibidem, q̄ si episcopus vel prælatus mādāt notario suo vt in tali casu scribat cōmissionem procuratori episcopi, vt super his faciat iustitiā, talis notarius est irregularis. quod probat ex eo quia talis nō habet facere quicq̄ ex officio suæ iurisdictionis, quod requirit illa decretalis. Sit ergo episcopus cautus vt nō iniuriat laqueū clericis, vnde committat istam iurisdictionem layco per seipsum immediate & per alium laycū: non autē per clericū. Et scias q̄ hoc nō solum veritatē habet in prælato habēte iurisdictionem tēporalem ratione beneficij: sed etiā ratione patrimonij, secundum nouellatorē ibidē. & quod plus est, dicit idem q̄ ex quo clerici tales causas sine metu irregularitatis possunt alijs delegare, satis videtur q̄ si laycus talem iurisdictionem habēs sed probabilem, causas sanguinum terminat, poterit hoc nō obstāte ordinari, quia non fit irregularis ea ratione. Caueat ergo prælatus cū interrogatus fuerit à iudice ne respondeat, malum est si ille malefactor remāserit impunitus. nam tunc esset irregularis. vt de excels. prælat. ex literis. Tricesima nona regula. Si iudex habens latronem captum quærit de aliquo clerico quid debet fieri de tali. & ille respōdet talem esse morte puniēdum vel simile. iudex autem secutus eius cōsiliū

latronem punit ad mortē, irregularis est consulens, quia fuit in culpa in casu qui de facto non erat respondendus. vt de excels. prælat. ex literis. si tamen nō est casus de facto, sed iudex quærit simpliciter qualiter sint tales puniendi. & clericus respōdet q̄ ad mortem vel ad sanguinē, si respondens respōdet secundum veram iuris sententiā vt expertus iuriscōsultus, non est irregularis. & maxime si extra iudicium. vt dicit glo. in di. c. ex literis. Si autem errās in iure dixit: cum tamen aliter iura disponant, irregularis est. vt colligitur per Guillel. in speculo. ti. ij. s. iuxta propositionis. Si autē qui non reputatur iuriscōsultus interrogatus, respondet non vt iuriscōsultus, sed simpliciter dicit quid de talib⁹ sentiat, nec præsumit q̄ iudex eius sequatur respōsionem, nō est irregularis, ex quo nō respondet ad casum qui fit de facto. Nam si consuleret ad casum de facto irregularis esset. secundum Raymū. Quadragesima regula. Suspensus ab officio celebrādo, fit irregularis. vt. xj. q. iij. si quis dānatus. & c. si quis episcopus in cōsilio. Et licet illi canones loquātur de excōmunicato scienter & in cōtemptum clauū celebrāte: hodie tamē idem irregularis est in suspensione à diuinis. vt de re iudi. cum æterni. & de senten. excō. cum medicinalis. lib. vj. & in hoc casu solus papa dispēsat: vt notauit Guillel. in speculo. ti. ij. s. nunc de episcoporū. ver. est inquā. Suspēsus autem à beneficio tantum non fit celebrando irregularis, quia hoc nullo iure cauetur. secundum Inno. de elec. cum in cunctis. s. clerici. & ca. statui-

mus. de cōces. præben. quia diuersitatem. Minori quoq; excōmunicatiōe propter participationē excommunicati in locutione vel similibus ligatus. licet celebrādo gra uiter peccet: nō tamē efficitur irregularis, quia hoc nullo iure cauetur. secūdu Inno. immo si medio tēpore postq̄ communicat excōmunicato celebrauerit, bene potest pœnitētiā peracta sine papæ dispensatione celebrare. vt de cle. excō. mini. c. si. xj. q. iij. si quis presbyter. Inno. tamē & Hosti. dicunt q̄ tales non propter suspensionem à iure celebrare prohibentur cum non sint suspensi à iure nec suspendendi, sed solum propter peccatū prohibētur cū fuerint suspēsi quoad Deū à sacramētis & à promotione. si enim à iure suspēsi essent celebrādo fierent irregulares. per. ca. cū æterni. de re iudi. li. vj. & de sen. excō. cū medicinalis eodē lib. vj. Ex quibus omnibus hoc colligitur secundum abbatē in distinctionibus suis. & c. si celebrat. & c. de cle. excō. mini. q̄ celebrās in mortali peccato nō incurrit irregularitatē post pœnitētiā & reconciliationem obtentā, super peccato mortali, vel excōmunicatiōe minori, ex quibus celebrās poterit sine aliqua dispensatione superioris celebrare. nec obstat noua iura scilicet. ca. cum æterni. de re iudi. & c. cum medicinalis. de senten. excō. lib. vj. quæ loquantur de illis qui sunt ingressu Ecclesiæ priuati, & à diuinis suspēsi quod non est in istis, cū isti nec ingressu Ecclesiæ sunt priuati, nec etiā à collatione sacramētorum, sed solū à perceptione sunt suspēsi. Quadragesima prima regula. Notorius forni-

cator à iure suspensus celebrās non fit irregularis. secundum Guillel. in speculo. ti. ij. s. iuxta propositionis. nec obstat q̄ quidam dicunt quodlibet peccatū notorium facit hominē irregulārē. vt de tēpo. or. ca. quæsitū. Hoc enim verū est si ibi nō intelligitur irregularitas talis quæ requirit papæ dispensationem. Vnde dicit abbas vbi supra, q̄ in illa irregularitate quā quis incurrit ex notoria fornicatione si in tali celebrat: potest episcopus dispēsare post pœnitētiā. per. ca. ac si. delitis contest. Et ita hodiē seruatur. Et quis quidā nimis rigidi. vt Hostiē. & Inno. dicunt contrarium, tamen non sunt audiendi, quia qui nimis mūgit, elicit sanguinē. iij. dist. deniq; Nec aduertat rationē illam qua dicūt. Omnis suspensus ab officio per canonē celebrando fit irregularis. vt dicitur in. ca. cum clerici. de re iudi. & ca. medicinalis. de senten. excom. lib. vj. sed talis est fornicator notorius. vt patet in. ca. quæsitū. de coha. cle. & mu. & xxxiiij. dist. propter hoc ergo efficitur irregularis celebrādo. Ad hoc responde audacter secūdu Franciscum de sara bel. in. c. vestra. & c. quæsitū. de cohabitatione clericorū, q̄ suspensus à canone celebrās: tunc solum incurrit irregularitatem quādo per modū sententiæ sit à canone suspēsus. vt in di. ca. cū æterni. lib. vj. Sic autē nō est in fornicatore notorio & symonia- co; quia nō per modū sententiæ sed nunciatiue dicūtur à canone q̄ sint suspēsi. vt patet in. c. quæsitū. de cohabitatione clericorū. ergo celebrādo non fiunt irregulares. de sen. excō. li. vj. Tene ergo secūdu

DE IRREGULARITATE.

Franciscum, quod si in canone dicitur poenam imponere quod talis suspensus ab officio vel dicitur suspensus talis ab officio si hoc fecerit: tunc taliter suspensus celebrans fit irregularis. ut in dicto. c. cum aeterni. Sed si dicitur in canone poenam approbante vel enunciate seu recitate aliquem esse suspensum, sicut dicitur de fornicatore notorio in. ca. quaesitum. ubi tamen recitat notorium fornicatorem esse suspensum, talis celebratio non fit irregularis. Pro isto dicto est famosissimus ille doctor Guido de bayro. Archidiaconus nuncupatus. xxxij. dist. Ad haec vero: ubi ipse notat in fine glo. quae incipit istud intelligit, quod notorius fornicator non est principaliter suspensus a canone, sed a Deo, quod patet ex eo quia quicquid poenitet licite celebrat. de cohabitatione cleri. cap. vlti. licet in odium criminis per canones aliquid additum quoad vitiationem eorum. ut scilicet non audiatur ab eis diuina. ut in. ca. vestra. & in. ca. tua. de coha. ele. xxxiij. dist. nulla. & ca. praeter haec. & hoc secundum Inno. Licet autem Hosti. notavit contrarium in spe. ti. ij. s. iuxta propositionis. & s. nunc de episcoporum. ver. xxvj. & hac via tanquam mitiorem puto complectendam. Quadragesima secunda regula. Suspensus a canone non propter crimine, sed propter aliquem defectum, ut puta illegitime nati & corpore vitati non incurrunt nouam irregularitatem si ante obtentam dispensationem celebrant. secundum Guil. in speculo. xi. ij. s. iuxta propositionis. ver. porro. & idem notatur per Archid. lvi. dist. apostolica in prin. & hoc seruat curia, quia quando dispen-

sat cum talibus simpliciter, dispensat super defectu nulla facta mentione de irregularitate: quia nullam incurrunt. lvi. dist. apostolica. & ca. cenomanensem. de si. pres. veniens. Ideo dicitur intelligendum esse specul. de illis qui propter infamiam suspensi sunt a canone, sicut sunt illi quorum crimina sunt notoria, & qui etiam post peractam poenitentiam celebrare propter scandalum & infamiam prohibetur. ut in. ca. si. de coha. cle. & mu. & de homi. ex literis. ca. si. & tamen ante dispensationem celebratio nouam irregularitatem non incurrunt, quia hoc non inuenitur iure cautum secundum Guil. in speculo. ubi supra. & Archi. lvi. dist. apostolica. & c. Quadragesima tertia regula. Suspensus a confessionibus audiendis celebrans ante reconciliationem: non efficitur irregularis secundum Guillel. quia hoc inuenitur iure cautum. xi. q. iij. s. euidenter. De hac suspensione habetur. xxvj. q. j. & v. q. vj. per totum. Quadragesima quarta regula. Recipiens beneficium in irregularitate impetrata absolutione super irregularitate non indiget alia dispensatione super beneficio obtento secundum Raymum. & Guil. in speculo. Caueat tamen quilibet ne in peccato mortali vel suspensione beneficium recipiat. unde securius est ut talis confiteatur ante receptionem ne collatio sit viciosa. secundum Guillel. in. ca. si celebre. de. ele. ex. comuni. minist. Licet hoc sit perdurum: est tamen verum propter rationem ibi positam, quia scilicet eligi non potest in peccato mortali ad illa a quorum perceptione a sanctis patribus est priuatus. Verum tamen abbas

ibi moderatur hoc dicens, q̄ si cui existen-
 ti in occulto collatum sit, sed ipse recipit il-
 lud post peractam poenitentiam poterit re-
 tinere. allegat de tēpo. ordi. quæsitum. de
 sentē. excom. ca. vlti. Sed propter peccatū
 enorme: vt puta propter homicidiū, ipso
 iure perdat beneficiū. vt notatur per Ar-
 chid. l. dist. studeat. quæ incipit in glo. hic
 dispensat. vbi dicit glo. quia de iure debet
 eo carere. quod exponit Archi. per sentē-
 tiam non ipso iure. Nam homicidium nō
 inducit ipso iure priuationem beneficii. se-
 cū dum Bern. cōpostellanum qui ita nota-
 uit. de electione. q̄ sicut in glo. j. §. si vero.
 ver. alia autē. Et idem sentit Inno. dicēs q̄
 in homicidijs irregularibus cadere potest
 ius cuiuslibet dignitatis, quia etiam iuste
 habent eam, si cum eis fuerit dispensatum.
 Et etiā sine dispensatione iuste tenēt præ-
 dicti dignitates suas, quousq; renuncient
 vel deponāt. secū dum Inno. qui ita nota-
 uit de excessi. prælati. cum in principio. Cō-
 tra tamen istud dictum faciūt multa iura.
 vt de cleri. pugnante in duello. capitulo
 Henricus. in fine. Item. lv. distin. Si euāge-
 lista. vēr. in loco cum dispensatio requira-
 tur, vt homicida beneficiū recipiat, vide-
 tur secus de iure communi. Item cum ho-
 micida ministrare nō potest: etiā post poe-
 nitentiā sine dispensatione. de tēpo. ordi.
 quo suspensus est à beneficio quod datur
 propter officium, & sic etiā accedit lxxxj.
 distin. eos. & notatur de consuetudine. cū
 dilectus. in glo. suspēsus enim. Tu dic bre-
 uiter q̄ hic nulla est cōtrarietas. Nam Ber-
 nardus & Innocētius intelligunt, q̄ homi-

cida iuste tenet, & recipit beneficiū quo-
 usq; deponitur per sententiam. Iura autē
 in contrarium inducta dicunt q̄ debet ca-
 rere & priuari beneficio de iure, quia de
 iuris rigore est inhabilis ad illud. Non ta-
 men hoc negat quin hoc fiat per senten-
 tiam, & sic idē sentiunt. Quadragesima
 quinta regula. Presbyter excommunica-
 tus vel suspensus simpliciter ab ordinibus
 suis administrās in ordine accolitatus effi-
 citur irregularis: secū dum Guillel. Secus si
 tantum à missarū celebratione fuerit su-
 suspensus. Quadragesima sexta regula. Cle-
 ricus in minoribus cōstitutus excommu-
 nicatus ministrās sacerdoti ad altare, por-
 tando aquam, lumen, & alia similia, non est
 irregularis. secū dum Guillel. Idem putat
 de presbytero diacono & subdiacono. ra-
 tio ista nulli ordini sunt annexa cū & per
 layeos literatos expediuntur. Quadragesi-
 ma septima regula. Episcopus suspensus à
 pontificalibus celebrādo in eis, non fit ir-
 regularis, quia pōtificalia non sunt de sub-
 stantia, secū dum Guillel. Quadragesima
 octaua regula. Suspensus ab ingressu Ec-
 clesie, si in ea celebrat, irregularis est, & si
 in tali suspensione decedit, non sepelitur
 in cimiterio. vt de sentē. excom. is qui. lib.
 vj. Notat tamen nouellator in nouella, q̄
 potest in Ecclesia audire diuina sine metu
 irregularitatis, sed non sine peccato. licet
 Hugo & Raymundus aliud notauerunt,
 quorum opinio refutatur per modernos.
 Quadragesima nona regula. Excommu-
 nicatus vel suspēsus baptizās solēniter in
 superpellicio & stola publice, irregularis

DE IRREGULARITATE.

efficitur secundum Guillel. Secus si aliter, scilicet simpliciter baptizatur & maxime in necessitate. Quinquagesima regula. Quicumque non potest promoueri ad ordines sine dispensatione, nec etiam ad honores, & quicumque est illegibilis irregularis est. secundum Guillel. Idem intellige de omnibus casibus qui impediunt promouendos vel deiciunt tam promotos, vel qui poenam depositionis merentur. Unde regula est: quod quicumque post peractam poenitentiam non habent ordinis executionem, irregulares sunt sicut homicidae. l. di. s. j. erga. de symonia tarta. Item excommunicatus interdictus suspensus in contemptum clauium se faciens ordinari. de sent. exco. cum illorum. Item si etiam presumit celebrare. xj. q. iij. si quis. de vi. & hone. cle. ut clericorum. s. si quis igitur. Item violans interdictum. de exce. prela. tanta. Item falsarius literarum papae. de crimine falsi. ad falsarium. s. j. talis tamen secundum Inno. si occultus est post absolutionem & poenitentiam potest ordinari, quia nullo iure caueatur quod sit infamis ipso iure. Item haereticus de purgatione. ca. inter sollicitudines vel exhibentes haereticis sacramenta. de haereticis excommunicatis. si vero. Item sodomita. de exce. prela. clerici. Item presbyter denudans confessionem. de poe. & remis. omnes. ca. sa. Item incorrigibilis in contumacia perseverans. de dolo & cotu. veritatis. s. si. Item notorium crimen de iure vel facto. de tempo. or. c. fi. Item utens officio assassinorum vel defendens, receptans, occultans eos, licet mors non sequatur inde. de homi. pro humani. lb. vj. Item apostata.

De apostatis. ca. si. Item scismaticus. de scismaticis. ca. j. Item intrusus voluntarie per potestatem seculari. vij. q. j. factus. de elect. quisquis. Item omne crimen quod ipso facto inducit infamiam civilem. ij. q. vij. s. porro. Item infamia descendens ex delicto per sententiam declaratoriam, quia poena potest deinde culpa permanente. ij. q. iij. s. hic colligitur. Infamis enim est irregularis, siue infamis sit iuris, siue facti. ut de actu. omnipotens. de testi. testimonium. Quinquagesima prima regula. Excommunicatus maior excommunicatione, siue ab homine siue a iure scienter. durante excommunicatione celebrans semper fit irregularis, & est deponendus. de cle. excom. mi. latrones. secus si ignorantes. ut eo. ti. ca. apostolica. Si autem dubitaret probabiliter de sententia excommunicationis: praesertim quando conscius est de culpa sua propter quam iuste potuit excommunicari, nescius tamen exponit de discrimine, & celebrat cum sit excommunicatus, irregularis est, & indiget dispensatione papae secundum Guil. ut in dicto. c. apostolice. Crassa autem ignorantia in talibus iudicatur. ut si citatus peremptorie nec iuit nec misit ad terminum, & sic celebrat, licet nihil de excommunicatione sciat. Circa praemissa sciendum quod suspensus a iudice, siue ad certam diem siue perpetue, siue quousque poeniteat semper si celebrat est irregularis, quia talis non deberet celebrare, nisi prius sententialiter absolueretur sicut sententia suspenditur. In ultimo tamen casu quidam contradicunt. ut ij. q. v. presbyteris ubi dicitur quod talis ad arbitrium suspendentis

facere debet, & si ante absolutionem celebrat, irregularis est, & idem de re iudi. dilectus. de excels. praelat. apostolicæ. Suspensi vero à Deo, vt sunt omnes peccatores celebrantes in peccatis non fiunt irregulares, licet peccent nisi celebrarent in criminalibus. vt in homicidio, in symonia & similibus, & qui etiam acta poenitentia executio interdicitur. vt supra dictum est. Suspensi autem ab officio à canone propter crimen, si celebrant irregulares sunt. Et hoc intellige, si suspēduntur à canone poenā imponēte: nō autem approbante. vt in. ca. cū æterni. de re. in. lib. vj. quia etiā in minori excommunicatione existētes, suspensi sunt à canone nō imponēte poenam, sed approbante, & q̄ cito poenitet potest celebrare. de senten. excom. nuper. vnde potius dicitur suspēso Dei q̄ canonis. secūdum Guil. Et nota secūdum Ioan. an. in cle. j. de decimis in glo. super. ver. donec. q̄ cū aliquis suspēditur donec satisfecerit, sufficit iudicis declaratio super satisfactione sine alia absolutione. In excōmunicatis vero est necessaria absolutio post satisfactionē. Concor. ad hoc glo. Ioan. an. in. c. sepe. quia de elec. lib. v. super. ver. donec plene. vbi dicitur q̄ illi qui occupāt bona ecclesiarū vacantiū, & ea distrahunt tādū sunt à beneficijs & officijs suspēsi. donec ea plene restituerint: ipsis autem restituētibus ipso iure sine alia sentētia restituti erunt. vt notauit Ioan. and. lxxj. dist. si qui. Propterea sciendū est q̄ secūdum glo. xxvj. dist. deinde infamia & irregularitas cōtracta ante baptismum tollitur post baptismum. & hoc si proue-

nit ex proprio delicto, quia dona baptismi sunt sine omni poenitentia & satisfactione. vt de conse. dist. iij. sine. Si enim peccatum non deletur quātum ad infamiam: adhuc post baptismum obesset. quod negat Ambro. xxvj. dist. vna. vnde si aliquis occidit mille homines ante baptismum, omnis infamia & irregularitas tollitur. vt. l. j. distin. si quis post acceptū, vt patet de Paulo qui ante baptismum fuit homicida: & tamen postea factus est apostolus. vt. l. dist. s. econtra. Huic tamen dicto aduersantur doctores. nam Archi. in dicto. ca. deinde. dicit q̄ bene infamia ex quo non descēdit nisi ex peccato deletur in baptismo sicut & peccatum, sed non irregularitas quæ non fundatur super peccato. Vnde ita irregularis est qui occidit cum peccato sicut qui occidit sine peccato. vt iudex. ne cle. vel mo. cap. sentētiā. & bigami & corpore viciati. & ita ipse Inno. notauit. de diuortijs. gaudeamus. Ipse tamē notauit. de homi. presbyterum. q̄ homicida ante baptismū, siue ex officio siue ex volūtate fecerit homicidiū non est post baptismum irregularis, quia omnis sequela peccati deleta est. Sed Gofredus de conuersione infidelium. ca. j. notauit. q̄ peccatum & sequela peccati bene delentur in baptismo, sed non defectus siue impedimentum. Prima via communiter approbatur. Speculator tamen in titulo de dispensationibus. s. iij. ver. is autem. videtur declinare. &c.

¶ CAUTELAE CIRCA
prædicta obseruandæ.

CAUTELAE SERVANDAE.

Prima cautela est. episcopus & qui libet iudex non potest neq; debet excommunicare vniuersitatem vel collegium, & hoc ideo ne innocētes puniantur cum nocentibus. vt dicitur in. ca. romana. de senten. excom. lib. vj. Interdici tamen possunt innocētes cum nocētibus. de spōsalibus. non est. Et hoc ideo quia ibi nō est tātum periculum animæ sicut in excommunicatione quæ est æternæ mortis damnatio, per quam quis traditur Sathanæ. vt supra dicitur. Secunda cautela. Cauēat iudex ne ferat sentētiā excommunicationis nisi præmissa monitione: si tamen hoc fecerit, licet sentētia sit iusta, sed tamen punitur lator pœna. ea. sacro. de sentē. excō. scilicet suspēsiōne ab ingressu Ecclesiæ infra mensem. Tertio caueat ne ferat sentētiā excommunicationis, suspēsiōnis vel interdici p̄ futuris delictis, puta si tale quid fecerit, nec pro præsentibus sub ea forma fide illis infra talem terminum minime satisfecerit. vt in. ca. romana. de sentē. excō. lib. vj. Vnde secūūm Ioan. an. in nouella super dicto. ca. valde ridiculosum esse si diceret prelatus. excommunico Petrum si surtum fecerit, si adulteriū cōmiserit: cum tamen ad talia paratus sum vel suspectus, si tamen mora causa vel culpa præcessit, bene potest excommunicari sub illa forma. **E**xemplum vt quia de mora cōdemnatus in actione personali non soluit intra quatuor mēses vt debuit. postea iudex debet præcipere vt soluat infra certū tēpus: alias sit excommunicatus. hic enim mora præcessit. Similiter de culpa vt negligētes fuerūt

clerici in diuinis officijs dicendis poterit iudex dicere. Excommunico omnes qui non intererūt canonicis horis: hic enim culpa præcessit. Similiter de offensa vt in coniugato qui tenuit concubinam separetur ab ea ne excommunicetur si vltius redeat ad ipsam. Alias præter istos casus iudex non debet ferre sentētiā excommunicationis sub certo termino. &c. Vnde male faceret si statim post condēnationem factā in personali iudex præciperet infra certum tēpus ferēdam sentētiā excommunicationis: cū tamē non præcessit mora. Et in hoc sæpissime iudices nostri tēporis excedunt modū. Ideo hæc dixi pro generali doctrina. Circa dispēstationem prædictarū censurarū est sciēdum: q̄ licet secundū quosdā doctores episcopus nō potest dispēsare super irregularitate & alijs defectib⁹, nisi vbi expresse sibi à iure permittitur. secūdum Guill. nazonem. Goffre. Ioan. de Deo. & Inno. alias secūdum istos episcopus dispēnsans in casibus sibi à canone expresse non permittis, videtur impugnare canones vel eos tollere. Tu dicas q̄ vbi cūq; expresse à canonibus potestas dispēsandi non prohibetur episcopis: episcopi possunt dispēsare. Et hoc dictū per doctores cōmunis approbatur. Ita dicūt Ioan. Lauren. Hugo. Tan. Bern. Guill. in speculo. ti. de dispēstationibus. s. nūc de episcoporum. & ille famosissimus doctor dominus Arch. l. dist. de præmissis. vbi late profequitur istā materiā improbādo opinionem cōtrariam. qui etiā dicit dominū suum Hosti. dixisse pro in his in quibus peccatum mortale est

CAVTE LAE SERVANDAE

secundum legem diuinam: sicut in furto rapina. vt. xliij. q. v. poenale dispēlare non potest: nec etiam papa: vt aliqui dicūt, nisi poenitentia agāt & restitutio fiat. de vsu. cum tu. & xliij. q. v. si quid. & ca. multi. & ca. q. vj. si res. In his vero in quibus peccatū mortale est secundum ius positū: vbi est episcopis vel inferioribus papæ interdicta dispensatio: nullus dispensat nisi solus papa: vel is cui specialiter comiserit. Si vero non est interdicta potestas dispensandi: tunc potest. Hæc archid. Pro ista sentētia faciunt multa iura. vt de hæreticis. excōmunicamus. s. sane. de sentē. excōi. nuper. & c. à nobis. & c. cum illorū. & de despōsa libus. cum apud. xvj. q. j. sunt nonnulli. ff. ex quibus causis maiores. l. nec non. s. j. Nā & apostolus dicit. Omnia mihi licent. xj. q. j. aliud. Et ex his patet quā lata sit potestas episcoporū: quia omnia possunt nisi expresse prohibeatur. Sunt autē multi casus in iure expressi: in quibus eis conceditur auctoritas dispensandi quos licite scripsit Guil. in speculo iuris. de quibus hic super sedere censuit scribentis sedulitas: sciens quia episcopi non egent vt quis eos doceat: sed ipsi aliorum sunt doctores. j. q. vj. conueniētibus. præsertim cum præsentis opusculi principalis intentio fuerit simplicibus simplicia tradere rudimenta non perfectis subtilia: vt cum apostolo lac potum daret nō escā paruulis: propter quod etiam stilus eiusdem nō indoctus aut persuabilibus humanæ sapiētiae verbis: sed in doctrina spiritus excurrit: eo quod iuxta Isido. de sum. bono. li. iij. Horret sacra scri

ptura spumeum sapientiae ambitū. Ignoscant igitur doctores super stili & materie ruditate: quæ non ipsis: sed simplicibus dirigitur. Grati sunt simplices quorum profectui præsens opusculum destinatur. Sed & ipsi reuerendissimi patres & domini archiepiscopi, episcopi. cæteri que prelati doctores & magistri si qua bene scripta in præsentis tractatu inueniant approbare gaudentur gratiose: quæ vero dubiosa, vndosa. aut perplexa declarent: dilucident & interpretentur. Insuper quæ minus bene posita fuerint: & corrigant & emendent occupationi potius quā ignoratiæ ascribentes errorem. Testis enim deus est: & sancti angeli eius me grauibus & arduis non solum diuersis: verum etiam sibi inimicis aduersis pro tunc occupatū fuisse negochs: & nisi pia duxisset manū sedulitas: nisi diuinæ gratiæ miseratio animū lacessitum confortasset: nequaquā naufraga imbecillis animi cimba proprijs conatibus sub anhelō pectore salutarem euecta fuisset ad portū. Hortor postremo vt quis quis ista legeris mei peccatoris recorderis: exorans dominum: vt non pro tam indusioso labore quā pie mentis deuotione & bonæ voluntatis effectu: quo cunctis Christi fidelibus proficere conabar mercedem perpetuam omnibus fideliter in vinea sua laborātibus promissam largire dignetur tempore oportuno.

Suscipe completi laudes, o Christe, laboris,
 Quas cordi læti vox subdita reddit amoris.
 Sit merces operis oratio sancta legentis.
 Quæ iungat superis nos toto robore mentis.

TABVLA HVIVS TRACTATVS.

¶ De sacramentis in genere. folio.	ij.	firmos. folio.	xxxv.
Quid sit sacramentum & quot sint. folio.	ij.	Regulæ quibus peccata mortalia atque venialia sunt cognoscenda. folio.	xxxvj.
De sacramento baptismi. folio.	iiij.	De sacramento extremæ vnctionis. folio.	xxxviiij.
Baptismus quomodo diffiniatur.	iiij.	De sacramento ordinis. folio.	xl.
Quod triplex est baptismus. folio.	v.	De cautelis obseruandis.	xliij.
De baptismi accidentibus. folio.	v.	De sacramento matrimonij. folio.	xliij.
De cautelis circa hoc sacramentū seruandis. folio.	v.	De sponsalibus. folio.	xliiij.
De cathecismo & exorcismo. folio.	vij.	De diffinitione matrimonij. folio.	xlviij.
De modo baptizandi. folio.	vij.	De cautelis huius sacramenti. folio.	xlviij.
De sacramento confirmationis. folio.	x.	De expositione missæ. folio.	xlviij.
Quæ sunt de substantia huius sacramenti. folio.	x.	De prima parte missæ. folio.	lj.
De accidentibus circa sacramentum confirmationis. folio.	xij.	De secunda parte missæ. folio.	liij.
Cautelæ huius sacramenti. folio.	xij.	De tertia parte missæ. folio.	liiij.
De sacramento eucharistiæ. folio.	xij.	De quarta parte missæ. folio.	liiij.
De credendis circa hoc sacramentum. folio.	xv.	¶ Sequitur secunda pars canonis. folio.	lix.
De cautelis seruandis circa hoc sacramentum ex parte fumentium. folio.	xvij.	Sequitur tertia pars canonis. folio.	lxj.
De cautelis seruandis ex parte sacerdotis hoc sacramentū conferētis vel cōficiētis. folio.	xx.	De quinta parte principali missæ. folio.	lxiiij.
De contritione quæ est prima pars poenitentiæ. folio.	xxiiij.	De sexta parte missæ. folio.	lxv.
De confessione nunc sequitur. folio.	xxiiij.	Cautelæ seruandæ in celebratione missæ. folio.	lxvj.
De modo audiendi confessores. folio.	xxiiij.	De dicendis horis canonicis.	lxvij.
De casibus ad papam pertinentibus. folio.	xxv.	De modo dicendi horas canonicas. folio.	lxxj.
Casus episcopales nunc sequuntur. folio.	xxvj.	Cautelæ in dicendis horis canonicis seruandæ. folio.	lxxiiij.
De satisfactione quæ est tertia pars poenitentiæ. folio.	xxvij.	De excommunicatione. folio.	lxxiiij.
De poenitentijs iniungendis secundum canones. folio.	xxvij.	De effectu excommunicationis. folio.	lxxviiij.
De restitutione ablatorū in satisfactione. folio.	xxxij.	De participatione cum excommunicatis. folio.	lxxviiij.
Cautelæ ex parte confitētis seruandæ. folio.	xxxij.	De suspensionis sententia. folio.	lxxxj.
De cautelis seruandis ex parte cōfessoris. folio.	xxxiiij.	De forma ferendæ excommunicationis. folio.	lxxxiiij.
De poenitentijs infirmorum & decedentium de hac vita. folio.	xxxv.	De ecclesiastico interdicto qualiter sit obseruandum. folio.	lxxxiiij.
Quomodo sacerdos se habere debeat erga in-		De irregularitate. folio.	lxxxviiij.
		Cautelæ circa prædicta obseruandæ. folio.	xcv.

¶ Laus Deo.

Incipit opus tripartitum præstantissi-

MI VIRI IOANNIS DE GERSON, DE PRAE-
ceptis decalogi: de confessione, & arte bene moriendi, ad
quendam episcopum Epistolare exordium.



Reuerende in Christo pater ac
domine metuende conuer-
tur dominus per prophetam
Isaiam. Propterea inquit du-
ctus est populus meus in captiuitatem, quia
non habuerunt scientiam: & nobiles eius in-
terierunt fame: & multitudo eius siti exu-
aruit. Hæc scientia non alia accipiendâ est
quàm cognitio legis dei & suorum mada-
torum ad salutem consequendam necessaria siue
proficiens. De qua itidem scientia verum est il-
lud apostolicum. Ignorans ignorabitur: nam
eum qualibet alia ignorantia potest stare sa-
lus. Et quoniam multi sunt ex simplicibus
quibus non prædicatur verbum: aut non taliter
prædicatur quàm ad præfatam scientiam
deueniant agere hoc vel ignorantia vel ne-
gligentia prædicantium: commodum fore existi-
maui: si velut in tabula quadam tenorem no-
stræ legis: & suorum præceptorum rememo-
rationem sententiosam cõpendio depinge-
re: aut velut in breui speculo cernentibus
obijcerem: quatinus ipsi haberent curati-
minus instructi aliquod solidum: & aptum
quod in toto vel per partes diebus domi-
nicis & festiuis legere possent suis plebibus
vt scirent & intelligerent ad quid: & pro-
pter quid: & à quo facta sunt: quid insu-
per credere: quid agere: & quid obmittere
diuina lege tenentur: & quem admodum

à peccato resurgere. Et forsan simile opus
attentatum est iam à peritioribus: & sa-
lubriori breuitate compositum. Quod si
ita est certe non inuideo. Tantummo-
do reuerende pater, dignetur animaduer-
tere vestra pastoralis sollicitudo: siue isto
modo siue alio fiat: quod singulis diebus
dominicus & festiuis diuine legis tenor
per vestram diocesim vbi libet publice tur-
ne per ignorantiam eis plebs vestra pe-
reat & ducatur in captiuitatem peccati.
Ne præterea à speculatore qui non domi-
ciauerit interitum: vel gladium sanguis
requiratur: sed liberaretur denunciatio-
ne tali: & rebelles soli in suo sanguine de-
pereant.

Mittit autem mea deuotio
opusculum præfatum: quod si dignum
ad hoc putetur poterit vestra liberalis cha-
ritas cum paucorum scriptorum labore & le-
uibus expensis bene expositis facere illud
multiplicari: & correptum ad singulos cu-
ratorum vestrorum destinari cum edicto
de publicando: vt tactum est in absentia
sermonum: & quantum gratia dei eos ad-
iuuauerit exponendo.

Denique si quid addendum aut rescin-
dendum aut corrigendum esse distauerit:
vestra prudens dominatio iure suo id fa-
cere fas habebit. Scio tamẽ quod post mul-
tam à me: & multis alijs peritioribus exa-

TRIPARTITVM.

minationem nihil deprehendi quod videatur posse à beniuolo interprete salua fidei & morum puritate sustineri. Et adijci longe ampliora potuerat: sed breuitas moderne amica desidia secuta est. Bene valente scriptum Parisius:

PRAEFATIO IN OPUS- culum Tripartitum.



Christianitati suus quascunque zelator prosperum ad virtutes vitij depulsis incrementū. ¶ Salubre duxi sequens opusculum tripartitū de praeceptis, de cōfessione, de sciētia mortis breuitate qua potui tradere. quatuor praesertim Christianorum generibus profuturum. Primo sacerdotibus & curatis illiteratis atque simplicibus qui confessiones audire debent. Secundo indoctis qui huiuscunque personis secularibus aut religiosis: quae ecclesiae solitis sermonibus aut praedicationibus pro diuinorum praecceptorū noticia interesse non possunt. Tertio pueris & iuuenibus qui à rudimentis infantiae circa fidei nostrae generalem tenorem & principalia puncta primitus debent erudiri. Quarto personis domos Dei & hospitalia loca frequentantibus, & infirmorum sollicitudinem gerentibus.

¶ Quo circa ad huius doctrinae publicationem quadruplex personarum status debet vigilare. Primo praelati quos inferiorum curatorum regimen de propinquo cōcermit: quibus insuper curatorum ignorantia crassa diuinæ legis & insuffi-

ciens eruditio simplicis populi imputabitur in peccatum. Secundo parentes pro filiis apud scholarum rectores instare deberent. Tertio domorum Dei & locorū hospitalium gubernatores & magistri. Illi quarto generaliter, qui in verbis aut factis & alijs signis: alios ad peccandum induxerunt: quique ex officio alios docere debuerant: & id agere negligunt. Hi namque sumptibus suis & negligentis per huius aut similis doctrinae publicationē debent aliorum correctionem procurare. hoc enim agere poenitentia quaedam: hoc est satisfactio. Hoc opus misericordiae, Deo acceptius quam esse elemosina corporalis. ¶ Agant igitur praenominati quae doctrina huius libri inscribatur tabellis: affigatur tota vel per partes, in locis communibus: vt pote in parrochialibus ecclesijs: in scholis, in hospitalibus, in locis religiosis. ¶ Denique expediens videtur vt super hoc fieret à principantibus edictum: aut quae ab ecclesiae praelatis indulgentiae cōferentur. Auctor vero seipsum exonerat apud te christianitatem sanctissimam: agat quilibet qui in te & de te gloriatur quod bonum esse cōgnouerit.

¶ Gloria sit altissimo deo in cuius nomine praesens aggredior opus: ad salutem fidelium animarum ordinatum, ad eruditionem praecipue rudis & idiota populi: & eorum quibus consuetis Ecclesiae sermonibus & praedicationibus minus interesse aut informari conceditur. In quo veluti tabella quadam & compendio breui tenorem fidei Christianae lucide poterūt inspi-

DE PRAECERTIS DECALOGI.

cere. & diuina praecepta prohibitionesq; vt ex his quid agere quidve fugere debeant, possunt distinctius agnoscere. ¶ Cōtinet autē presens tractatus capitula .xviii. quorū quodlibet in duas vel tres vel quatuor particulas cōuenienter subdiuidi possit.

¶ PRIMVM CAPITVLVM

affirmat mundum à Deo fuisse creatum. Et quod ipse Deus vnus sit & trinus. Cur etiam aut ad quem finem, homo creatus sit.



Liberrime credendum est & nulatenus dubitandum q̄ solum vnus est Deus omnipotēs omnia sciens, & omnē perfectionē habens in tribus personis distinctus, quae sunt pater & filius & spiritus sanctus. Qui mundum creauit & creatū regit & gubernat sola sua liberrima volūtate & dignantissima bonitate. Speciali autē prouidētia humanam gubernat & dirigit creaturam: dans viris & mulieribus animas immortales creās eas tēporaliter, tunc cum eas corporibus infundit: & ad imaginē & ad similitudinem suam formās eas: vt creatus homo suum conditorem Deum cognoscat, diligat, veneretur: & eius praeceptis in hac mortali vita obediens per opera bona & meritoria vitam tandē immortalem beatitudinis plēnam in anima & corpore perpetuo consequatur: & ita sit bonis angelis sociatus: & in loco malorum angelorum siue dæmonum substitutus. Qui dæmones propter peccatū in has inferiores par-

tes terrae corruerunt, damnationis sententiam sustinentes. Cum quibus etiā iustissime damnabūtur homines iniqui: diuinis praeceptis inobedientes: & more bestiali quasi non haberent animam rationalem suis voluptatibus seruietes.

¶ SEC VND VM CAPITVLVM

ostendit humanum genus propter primorum parentum transgressionem & peccatum multiplicem incurrisse miseriam.

Ideiveritate credendū est primos parentes nostros Adam & Euam qui ad tam nobilem finem consequendae beatitudinis creati fuerant: clausisse paradisi ianuam & beatitudinis introitum toti suae posteritati generis humani. Quoniam per peccatū inobediētia: donū iustitiae originalis quadā hereditaria possessione pro se & suis posteris acceptum à Deo: ipsi proditores perdiderūt. Quo dono gratuito originalis iustitiae conseruato nos omnes à culpa immunes fuisset: & ab omni miseria famis & sitis aut infirmitatis absoluti: & ab alia qualibet poenalitate liberi, adeo quod omnis alia corporalis creatura nobis pacifice subiecta fuisset: & tandem absq; mortis poena in paradysum fuisset translati. Hoc autem dono per peccatum primorum parentum: vt praemissum est perditum: nos moriendi necessitatem & vniuersam quam patimur poenam atq; miseriam incurrimus: quia nascimur in peccato originali: scilicet in praedicto originalis iustitiae carentia, contra

TRIPARTITVM.

quod peccatum tanquam remedium effi-
cax à Christo institutum est baptismi sa-
cramentum.

¶ TERTIVM CAPITVLVM.

Declarat qualiter à Deo redēpti fueri-
mus: quis etiā sit generalis tenor Chri-
stianæ fidei & credēdorum à singulis.

Quoniam omnipotens Dominus ac piissimus
pater: nolens humanum genus tot
& tantis subiectum miserijs in æternū peri-
re: & à regno paradisi in perpetuum exu-
lare: concurrēte iustitia simul & misericor-
dia: his remedium decreuit adhibere. Vo-
luit siquidem idem piissimus pater vnige-
nitum filium suū absque corruptione car-
nem sumere & hominem fieri intra inte-
meratæ virginis Mariæ immaculatū vte-
rū. Tantaque & tam mirabilis vnio fa-
cta est duarum naturarum diuinæ & hu-
manæ in vna persona filij dei: vt vere deus
homo diceretur & homo deus. Ipse est Ie-
sus Christus saluator noster pariter & re-
demptor. Qui antea quidem à patriarchis
& prophetis denūciatus: nouissime in fine
temporum in hac vltima mundi ætate: cō-
ceptus & natus: à pastoribus est cognitus: à
tribus regibus oriētis adoratus: à Simeone
sene & alijs quàm pluribus prædicatus: &
à beato Ioanne baptista digito demonstratus.
Idem Deus & dominus noster Iesus
Christus circiter annorum trium spacio:
legem diuinam christianamque religionē
prædicauit & docuit: eam innumerabili-
bus miraculis confirmando, quam & in

scripturis quatuor Euangeliorum nobis
per suos ministros exhibitam obseruan-
dam reliquit. Ordinauit in super septē sa-
cramenta ecclesiastica: quæ sunt, bap-
tismus, confirmatio, ordo, eucharistia, poeni-
tencia, matrimoniū, vnctio extrema. Ipse
postremo vt nos redimeret & saluaret:
sub pontio Pilato supplicio crucis acerbis-
simam sustinuit passionem & mortem: se-
pultus deinde: & tertia die resurgēs, spatio
dierum .xl. discipulis suis veritatem suæ re-
surrectionis declarans frequēter apparuit:
& tandem videntibus apostolis coelos ascē-
dens: sedet ad patris dexteram in excelsis.
venturus est postremo idem Dei filius Ie-
sus Christus in fine mundi per ignē finien-
di & in melius immutandi iudex genera-
lis hominum cūctorum in anima & cor-
pore resuscitandorum: redditurus singu-
lis præmia meritorum: bonis siquidē coele-
ste regnū perēnis beatitudinis. peccatori-
bus vero poenale supplicium ignis æterni.
¶ Hic est generalis tenor orthodoxe fi-
dei christianæ: quā firmiter credere tene-
tur catholicus quilibet ratione vtēs absq;
curiositate: pure atque sinceriter sine falli-
tate, & certitudinaliter reiecta dubietate,
& nolens plus sapere quàm oportet: sed oc-
currentibus difficultatum dubijs humili-
ter se submittat credulitas simplicium in-
temeratæ fidei sanctæ matris ecclesiæ: sa-
pientum prælatorū & doctorū ac omnium
sanctorū qui in testimoniū huius inuio-
læ fidei vsq; ad mortē dimicauerunt. Con-
tra hanc fidē illibatū grauissime peccāt hæ-
retici, scismatici, idolatræ, sortilegi, incan-

DE PRAECEPTIS DECALOGI.

tatores & magici: cæteri que artibus à lege diuina prohibitis vt têtes: aut dæmonū inuocatores: & generaliter qui articulos fi dei nostræ: totaliter aut in parte palam vel occulte derident. Illi præterea qui nō credunt deum omnia iustissime regere sua liberrima voluntate: sed potius asserentes omnia naturæ vel fortunæ vel fato subijci. Præterea malorum quæ admodum bonorum finalem saluationem affirmantes. Illi deniq; qui nostrorum actuum impunitabilitatem ad meritum vel demeritū negāt: qui dei prædestinationem vel reprobationē dicunt operum nostrorum tollere libertatē. Horum similes contra fidē orthodoxā sunt errores innumeri: procedētes ex intellectu superbo humiliare se deo recusante: aut ex falsa philosophia: vel potius melancolica fantastica: aut demum ex voluptuosa carnalitate rationis iudicium & affectus pietatem subuertente.

¶ **CAPITVLVM QVARTVM**
manifestat quid deus nobis obseruandum præcepit enumerans decem præcepta decalogi.

S igitur (vt in superioribus habitū est) deus optimus atq; iustissimus nos homines vltra: supraque irracionales creaturas a deo excellenter condiderit ad imaginē suam: scilicet dans memoriā intellectum atq; volūtatē: vt cognoscamus eum seruiamus & amemus. Misericordissime præterea redemerit passionē pro nobis talem præferendo: qualem nec ipsi pro delictis nostris sufferre vellemus: profecto

iustissimum est vt ipsi deo fideliter seruiamus tanquā subiecti supremo domino: sicut filij naturales patri legitimo, & velut serui ex dominio peccati: carcere: morteq; redempti: saluatori liberalissimo. Attento quod nobis eius præcepta seruantibus: gloria inexcogitabilis ab eodem promittitur trāsgressoribus vero inestimabilia tormenta reseruantur. Cognoscens nihilominus ipse piissimus pater nostram fragilitatem & exiguam potentiā: nequaquā requirit à nobis omne seruitium quod secundum iustitiæ rigorem exigere posset: dedit quin potius certum numerum præceptorum quorum obseruatio sibi sufficiens esset: quæ etiā legis decalogo cōtinetur. Quapropter ad hæc præcepta scienda & intelligenda: tenetur quilibet perfecte vel aliam diligentiam apponere pro cōseruatione vitæ spiritualis: quantum pro vitæ corporalis sustentatione poneret: & eo maiorē quo immortalis anima est in corpore præstātor: sine quorum noticia nullus potest cōuenienter peccata vitare: aut ab eis resurgere: & quorum ignorantia ex desidia proueniens non excusat: sed accusat & condemnat. Sunt autem & hæc decem præcepta his meritis comprehensa. Vnum crede Deum: nec iures vana per ipsum. Sabbata sanctifices: & venerare parentes. Non sis occisor. Fur. Mœchus. Testis iniquus. Vicini que thorum: resque cauetu suas.

¶ **CAPITVLVM QVINTVM**
est de explanatione primi præcepti.

DE PRAECEPTIS DECALOGI.

Primum praeceptum est. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est non volens sciēter rē quamcūq; amare plusquam Deū: propter quā dei amorē perdas. Hoc autē praeceptū conuenienter ab homine seruatur & non aliter: si legem dei & alia praecepta operibus impleat. Quisquis enim mortaliter peccat praeceptū hoc infringit: quia volūtātē suā: diuinā volūtati oppositum praecipienti antepouit. ¶ Specialiter autē cōtra hoc praeceptū agūt homines ingrati contra diuina iudicia & ordinationes: aut regimen erga se: vel alias creaturas murmurantes: quasi nō esset deus omnino iustus, bonus, atq; misericors: & totus amabilis atq; desiderabilis. ¶ Illi item qui in foueā desperationis seipsum praecipitant per impatiētiam. ¶ Illi praeterea qui vrgente infirmitate, aut necessitate aliqua sortilegos cōsulunt & diuinatores: vtentes pomis inscriptis: aut breuibus cartulis siue cedula collo suspensis: aut caracteribus: & alijs quibuslibet vanis credulitatibus: quasi Deus ipse non esset vsq; quaq; bonus potēs & sapiēs ad eis succurrendū quātum sit eorū necessitatibus expediens. Faciat igitur homo in necessitatibus constitutus quantum potest: procurans remedium naturali industria: non tentādo deum quod graue peccatum est: aut noua miracula expectando desiderandoq;. Reliquum vero quod naturā vires excedat: deo plena fide committat: indubitāter deus qui noscitur omnia quiq; optimus est: illud quod optimū est

cōmodissimūq; fuerit homini cōfert, saepe equidē infirmitas, paupertas, aut alia quaeuis tribulatio est hominibus vtilior: quā nimia prosperitas qua faciliter abutimur. scit namq; pater quid filio profit: magister quid discipulo conueniat: & medicus patienti de remedio competenti nouit melius prouidere. Peccāt insuper contra praeceptū hoc illi qui mūdano quodā timore irrisorū aut oblocutorū verba formidantes diuinis praeceptis obedire verētur. quapropter etiā grauissime peccant huiusmodi irrisores personas diuino seruitio deditas in statu religionis virginitatis aut viduitatis constitutas: aut studio theologiae deputatas affectione carnali à bono opere retrahētes. ¶ Hoc rursus praecepto nobis praecipitur honor & reuerentia sanctis exhiberi: specialiter virgini Mariae: & bono angelo custodi nostro: vt nihil turpe ipso vidēte & praesente faciamus: quod praesentibus hominib; agere recusaremus, quod deniq; sanctorū reliquias, loca sancta, & beatorū imagines debemus venerari: nō pro ipsis: sed quia vidēdo eas honorem impendimus rebus representatis per eas: iuxta ritū sancte matris ecclesiae, alioquin peccatū idolatrie cōmittitur imaginē secūdū se adorando: credendo ipsam imaginē pulchrā siue turpē: nouā aut veterem plus aliquid habere virtutis: & quicq; numinis includere vel diuinitatis. Huic praecepto plurimum contrariatur nimius honor dominis temporalibus aut magnatibus: adulatione siue malo aliquo fine exhibitus. Omnis etiam simulatio vel hypocrisis ad

DE PRÆCEPTIS DECALOGI.

inanē hominū gloriam aut fallacem deceptionem ordinata. Immoderatus item amor parentū erga filios, & generaliter auri & argenti, aut alicuius creaturæ: sic quod homo ibi sistat: & in his confidentiam ponat: nō enim hæc omnia ab infernali morte nos poterūt liberare. solus quippe deus est verus & fidelis amicus: qui in extrema necessitate opem præstare potest. vnde & super omnia confidenter cum scordis sinceritate honorari debet, adorari & diligere.

¶ CAPITVLVM SEXTVM.

De secundo præcepto.



Secundum præceptū est. Nō iurabis per nomen dei tui in vanū & sine causa. ¶ Contra præceptum hoc principaliter agunt, qui sciēter quod falsum est: vel falsum esse credunt: iurāt periurium committendo. Valde nāque hoc graue peccatum est: cum deus assumatur tāquā testis falsitatis: & qui artificiose iurat falsum artificiose deierat. quāquam enim pro loco & tēpore conuenienter veritas possit subterfieri: nō tamen dici falsum scienter & periurium cōmitti. Peccāt etiā grauitē cōtra præceptū hoc qui turpia faciūt iuramēta: deū blasphemātes: & animas suas iurādo demonibus deuotes: quod de humanitate christi & sanctis in honeste loquūtur. Contra quos omnes sic periuros & blasphemos statuta sunt leges punitiuæ: tā à terrenis principibus, quā à petra- tis ecclesiasticis. Vnde dolēdum est quod propter negligentiam ipsorū ad quos poenas exequi pertinet nō sortiūtur effectū.

¶ Multum vero diligenter quæ præmissa deberēt attendere hi qui causa lucri de facili iurāt: quemadmodum mercatores & meretrices. Illi etiā qui absorpti passione aut ebrietate in ludis frequenter in honestis siue prohibitis: vt est taxillorū ludus enormiter iurant. Et generaliter quicumque peruersa consuetudine aut inclinatione præuenienti iuramentum emittunt. In talibus quippe sæpe periuriū cōmittitur: propter quod etiā tales aliqui peiores sunt in hoc sarracenis aut iudeis & minus de honorātes. ¶ Ad hoc autem genus peccati periurij: scilicet reducitur votorū fractio: foederis & solutio fidei matrimonialis. Et generaliter infidelitas: qua in alterius præiudicium secretum illius reuelatur: siue per cōfessionem ipsius, siue alio modo secreto cognitum, lege namque diuina & naturali secretum teneri debet quod in secreto acceptum est: nisi alia via fuerit sibi detectū. ¶ Postremo contra præceptum hoc reductiue peccant, qui vouent aut promittunt ea quæ sunt de se illicita. quod si promissa talia operæ compleant, grauis inde & damnabilis peccant.

¶ CAPITVLVM SEPTIMUM.

De tertio præcepto.



Tertium præceptū est. Tu obseruabis dies dominicos & festiuos ab ecclesia seruari præceptos. ¶ Hæc obseruatio aut veneratio, multipliciter accipienda est. Primo quidem vt quilibet christianus illo die dominico vel festiuo legitimo impedimento cessante: missam audire teneat

TRIPARTITVM.

tur. Secundo vt quilibet eo die abstineat ab omni labore aut meratione: & alio quouis laborioso opere: secundū ritū & cōsuetudinē patriæ quā inhabitat: quam cōsuetudinē prælatus spūalis loci illius cognoscens non prohibet q̄ si apud aliquē super tali cōsuetudine seruanda: aut alijs casibus dubietas occurrat, consulat ille superiores & peritos: ne per amplā nimis aut strictā conscientiam in peccatum cadat. Tertio accipiēda est hæc obseruatio: vt vnusquisque illo die propriam vitam & cōscientiā discutiat: de commissis criminibus à Deo veniam petens. Recognoscere debet tunc christianus multiplicia beneficia sibi a deo præstita: non in aliquo murmurando, aut sibi guerram de bonis faciendo, sed gratias referendo. Debet tunc audire verbū diuinum & spirituale doctrinā, pacifice atque reuerenter absque irrisione aut impedimento quocūque. Meditetur præterea quilibet & coram oculis cordis quantum potest constituat mortē sibi de propinquo imminentem, infernū atque paradisum mortē etiā priorum hominum qui in hac vita præfuerunt: facta etiam memorabilia sanctorum & sanctorū. Dicat Pater noster. Aue Maria. Credo. & alias si quas didicerit orationes deuotas. Poenitentias iniunctas sibi diligenter perficiat. Requirit insuper diuinum auxilium in tercessione mediāte sanctorum & sanctorū à quibus velut pauper & mēdicus elemosynā spirituale postulet, nūc ad vnum nunc ad aliū se conuertens, quousque bonū aliquod spirituale: in saccū suæ pauper

tatis cōgesserit. Præterea doceat quisque curā aliorū habens: filios aut filias & alios seruitores diebus solennibus & festiuis similia facere horū enim obmissio culpabilis est defectus. ¶ Prædictis tamē nō obstantibus licite potest homo diebus dominicis & festiuis aliquam recreationem & spaciamentum vel ludum honestum causa sola ei assumere plusquā alio tempore, dum modo per peccatum mortalem non offendatur deus: comedēdo, bibendo, chorifando, aut alium ludū exercēdo. Quanquā frequentissime in talibus ludis graua peccata cōmittantur: quemadmodum periuria, rixæ, dissentiones, desideria carnalia: opera: verba: & carmina luxuriosa contra deum & equitatem iustitiæ: adeo vt sæpi⁹ die dominico minus malum esset arare q̄ talia perpetrare. ¶ Contra præceptū hoc peccant grauiter impedientes prædicationem: aut diuinum seruitium verbis aut factis intra ecclesiā aut extra. ¶ Quiq; circa eucharistiæ sacramētum irreuerētes sunt: aut erga alia ecclesiastica sacramenta, sicut baptismi & matrimonij celebrationē quidam sunt irridētes, & sacramēta cōfirmationis & vnctionis extremæ suscipere contemnes. ¶ Ceterū contra idē præceptū valde grauiter delinquūt hi qui in cæteris solennitatibus anni irreuerētias multas & abominabiles perpetrāt. Illi etiā qui talia facientibus dant cōsensum: illi præsertim qui ex officio possent & deberēt talia impedire: nec excusari possunt ludi prætextu. Asserit namque veridicū prouerbiorū. Non patitur ludum, fama: fides, oculus.

DE PRAECEPTIS DECALOGI.

¶ CAPITVLVM OCTAVVM. De quarto loquitur præcepto.

Honora parentes tuos. Est quartum præceptum. ¶ Hoc autē accipiendum est non tātum de parētibus carnalibus: sed & de prælatis ecclesiasticis & curatis nostris: qui nos in Christo regenerauerūt, & generaliter de alijs præpositis & superioribus magistris scilicet benefactoribus & terrenis principibus. Consimiliter etiā de mortuis & defunctis intelligēdum est quo ad hoc quod pro ipsis deū rogare tenemur. ¶ Cōtra hoc præceptū hoc grauitèr peccant hi qui sine causa rationabili suis superioribus quibuscunq; detrahunt aut maledicūt & eos prodūt, vel mortem eis optant, quē admodum mali filij parentum mortē frequēter desiderant, vt eorū hereditatem possideāt. Transgrediuntur etiā præceptū hoc, qui contēnunt præcepta sanctæ matris ecclesiæ: veluti ex cōmunicationis sententiā paruipēdentes. Et ieiunia indicta: ab ecclesia sine causa rationabili soluētes: cū tamē ea obseruare possent, sine sui corporis notabili grauamine. Sicut etiam libertatū ecclesiæ violatores, quæ libertas ecclesiæ cōcessa est, non tam fauore ministrorū ecclesiæ: quātum in tuitu diuini honoris. nō enim propter maliciam aliquorū ministrorum ecclesiæ, debet a quo quā fideli christiano status prælaticus aut ecclesiasticus diffāmari, aut ledi: nec perdit virtutē suam baptismus: aut missa celebrata: siue aliud sacramētum, propter maliciā ministrorū. ¶ Tenetur præterea hoc præ-

cepto laycus fidelis (quāquā alicui ecclesiæ ministri mali sint) debitū reddere: missam audire: decimas & oblationes & alia iura reddere: ordinata pro sustētatione ecclesiæ ministrorū: qui vacādo diuino serui- cio toti reipublicæ seruiūt, plurimis aliorū hominū propter tēporales, & necessarias occupationes ab hoc ministerio præpedi- tis: qui sic ecclesiæ debitū reddit liber & im- munis deo nō hominibus seruit. ¶ Porro præceptū hoc infringunt qui leuiter nimis & incipiēter redarguunt terrenos princi- pes super eorū actibus publicis siue cōstitu- tionibus & statutis nō attēdētēs sepius eo- rum onera & sarcinas graues: quas subdi- tus populus nō potest nec debet cognosce- re: qua propter nec eos de facili iudicāre. Debēt multo potius examini diuino refer- uātes corā quo sunt ipsi principes actuum suorū rationem reddituri. Deniq; soluūt hoc præceptū qui nolūt superiorū suorū aut sapiētorum acquiescere consilijs pro- prijs iudicijs innitentes. Prouenit quippe graue peccatum hoc ex inobediētia & de- dignāti superbia, in errorē & deceptionē hominē inducēs. Contingit namq; sepius vt aliquis homo taliter deceptus superbia, tātā se reputet sanctitatis: vt humano cō- silio non indigere se credat. Fit proinde vt deceptus homo ille: propter & austerā ni- mis & indiscretā abstinētiā: q̄ bonā esse credit capitis furiā: aut aliā infirmitatē in- curabilē malo siue periturus incurrat.

¶ CAPITVLVM NONVM. De quinto præcepto.

DE PRAECEPTIS DECALOGI.

Quintum praeceptum est. Non occides hominē. Et est intelligēdum quod non est interficiendus homo, auctoritate propria vel particulari: & per viā facti praetermissa via iustitiae & aequitatis. ¶ Hoc praeepto districte prohibetur omne peruersum odium & desiderium vindictae seu mortis alienae: malum item consilium & iniqui consensu in alterius nocentē lesionem: vel mortem. Quod si persona laeae ecclesiastica fuerit aut in statu clericali constituta: grauius est peccatū: & incurrūt eo facto sic agentes & consentiētes excommunicationis sententiā. ¶ Contra praeeptū hoc grauius delinquūt hi: qui odio vel rancore principaliter moti: aut intuitu vindictae, aut alieni grauaminis potius quā zelo iustitiae instigati: proximos suos per placitationes & processus: aut iudicia publica multipliciter vexant: etiā quod suum est requirentes. Potest nihilominus homo quod suum est in iudicio publico petere: & ordine iuris seruato emendam rationabilem suae dānificationis requirere. absque hoc quod odiendo proximum mortaliter peccet: quāquā sepe pro pace propria & tranquillitate & attentā proximi indigentia: eligibilis esset omnē emendam absque lite publica remitti. Vulgo namque dicitur. In denario litis nō est obolus amoris. ¶ Multum vero is qui ledit aliū, debet attendere quod ex alterius mutilatione, vel occisione, seu lesione quacūq; contingit interdū lesum cum suis heredibus de pauperari. In quo casu ledens quē admodum fur aut latro, ad omniū bonorum perditio-

rum restitutio nō tenetur. ¶ Praeterea contra praeeptum hoc grauius peccant: qui quoquo modo impediūt ex cōmixtione viri & mulieris fetū nasci: aut abortiuum procurāt, seu percussione violēta vteri: aut nimia ingluuie: aut propter angustia vestimentorum ad lasciuia ordinatā: aut etiā quacūque negligentē fetus custodiam. Quod si fetus iam erat animatus grauius peccatū est: tunc enim verē homicidiū perpetratur. ¶ Insuper cōtra praeeptū hoc specialiter peccāt inuidi detractores odio pleni & iracūdi, tūc praecipue cū inter affines & alios guerras aut discordias implacabile excitāt. ex quibus mala plurima oriuntur, adeo vt is qui litem mouit: eam cū vellet non sciret, aut valeret se dare. Vnde & apud deū damnorum inde proueniētium reus cōstituitur. ¶ Occurrit deniq; cōtra praeeptū hoc dānabilis & horrenda cōsuetudo in aliquibus obseruatā prouincijs qua pro vnius delicto tota ipsius progenies in mortem & persecutionem perquiritur. ¶ Hoc etiā praeepto interdicitur omne quellū mortale aut torneamentū, quibus mortis verisimiliter imminet periculum.

CAPITVLVM DECIMUM.

De sexto loquitur praeepto.

Sextum praeceptum est. Non furtū facies. Et est furtū vel latrocinium rem alienam rapere siue tenere: alio cuius est ignorante. sic quod ipsi hoc cognoscen- ti displiceret. ¶ Hoc praeepto districte

DE PRAECEPTIS DECALOGI.

prohibetur omnis iniusta mercatio. Cultura qualibet terræ aut labor infidelis & fallax quodlibet aut mendosum artificium. Fictus etiam diætæ labor. Et rerum venalium inutilium quodlibet pro vtilibus venditio, siue venditor earum eas emendo deceptus fuerit siue non. Non enim quia deceptus sum: licite possum alium decipere. ¶ Prohibetur item hoc præcepto omnis vfura: falsa aduocatio aut patrocinatio: placitatio que vel lis non rite assumpta, fraudulenta procuratio aut iniustum iudicium. Et generaliter omnis deceptio manifesta: aut falso colore velata qua quis alteri damnum facit quod sibi nollet fieri. ¶ Aggravatur autem peccatum hoc furti vel latrocinij: ex circumstantijs loci & temporis: personæ & similibus: quemadmodum si rem sacram in loco sacro, aut tempore orationi deputato, quis auferat. Si etiam persona damnificata pauper fuerit: & in se vel in suo statu aut in suis hæredibus ex hoc graue detrimentum patiatur. ¶ Requiritur autem ad personæ sit alium damnificantis absolutionem: vt ablata & damnata ex integro damnificato restituat: secundum iudicium boni viri quemadmodum citius & commodius poterit. Quod si facultas non sit omnia reddere: saltem quod poterit restituat: & si damnificatus ignoretur: ablata nihilominus in pios vfus & elemosynas distribuat secundum iudicium superioris. ¶ Hoc etiã præcepto prohibetur omnis simonia: quæ est sacrorum venalitas. Pluralitas item beneficiorum absque rationabili causa. Et formatio vel vfus falsæ

monetæ. ¶ Item rem aliquam ad certos terminos ad credentiam plus iusto vendere. Et omnis contractus illicitus. ¶ Præterea prohibetur hoc præcepto omnis detractionis & diffamatio qua alterius fama bona: omni argento præstantior alteri iniuste tollitur. Debet equidem sic: diffamans alteri famam ablatam restituere quantum potest: publice quando que veritatem confitendo: & se male fecisse asserendo. Et multo magis, si communitatem, aut totum aliquem statum iniuste diffamauerit. ¶ Insuper hoc præceptum infringunt: qui à subditis suis ultra iuris æquitatem: & reipublice necessitatem temporalia bona violenter diripiunt, qui etiam iniustas leges aut præcepta condunt contra deum & ecclesiam, qui in eo facto excommunicationem incurrunt. ¶ Amplius hoc transgrediuntur præceptum adulteræ mulieres: illegitimos filios ad legitimorum hæreditatem succedere facientes, quæque virorum suorum bona eis ignorantibus sumptuose nimis consumunt. Consimiliter delinquunt filij parentum bona eis nescientibus inutiliter exponendo. Seruitores etiam & dispensatores dominorum suorum aut magistrorum bona infideliter ministrando. Ecclesiastici viri ecclesie bona: luxuriose aut popatice: aut ea in thesauros cumulando. Illi item qui terminos agrorum dilatant proximos defraudando. Qui tributa iuste instituta soluere renuunt. Et hi quibus commissa testamentorum executio: elemosynas & cetera legata in præiudicium defunctorum implere differentes

DE PRÆCEPTIS DECALOGI.

aut soluere recusantes. Plurimi sunt horum modorum similes: qui ex præcedentibus immoderatis sumptibus proueniunt: cum quis multipliciter ultra redditus & proventus proprios sumptuosum gerit statum sumptuosus namque status, sumptuosas requirit expensas. ¶ Postremo contra præceptum hoc grauissime peccant hi qui pecunia, aut præce violèta, parètes propinquos aut seruitores principaliter intuitu seruiturii, ecclesiæ bona occupare procurant: cum præsertim ecclesiastica beneficia dignis & sufficientibus debeantur: & pura non symoniace conferre debeant. Alioquin in beneficio nullum ius acquirit: nec à crimine liber esse potest: quousque beneficiū simpliciter resignet symoniace promotus. &c.

¶ CAPIT. V. LV. M. VNDE CIMUM. Septimum continet præceptum.

Septimum præceptum est. Non moechaberis ne luxuriosus eris. ¶ Hoc præcepto prohibetur sub poena peccati mortalis, omnis societas & carnalis comixtio viri & mulieris excepta matrimonij lege. Huius namque oppositum asserere est error contra fidem. ¶ Prohibetur etiam præcepto hoc tam in matrimonialiter coniunctis quam in solutis, omnis luxuriosus contactus membrorum genitalium: quo non seruetur naturalis ordo inductus à natura: vel non rite copulantur partes ad generationem à natura deputatæ. Et tanto peccatum hoc grauius est: quanto a naturali ordine longius recedit: siue inter personas solutas: siue (quod crimen aggrauat) coniunctas matri-

monialiter. Siue fuerit huiusmodi contactus in se vel in alia persona: aut respectu bestię in altera specie: per turpissimam & illicitam complacentiam consummatus. Si denique specialiter contactus ipse in naturalis proueniat à fedissima vilissimaque delectatione quæ mollicies vel pollutio dicitur. Si quis autem in his vel aliquibus horum culpabilis est: sufficienter intelligere potest quid isti modi generales loquendi significant: nec enim particularius extra confessionum est abominabilis hæc immunda explicanda: ne caste aures pura & innocentes horum prius ignotorum noticiam acquirant & scandalizentur. Sunt etiam casus istius enormium contra naturam peccatorum prælatis maioribus episcopis scilicet & suis poenitentariis ad absoluendum reseruati: quorum aliqui secundum leges ignis poena pleciuntur. Nec potest aliquis quocumque bona aut elemosynas operetur in æternum saluari: si pudore motus hæc peccata reticeat: vel adeo celat, ut non possit confessor peccati speciem distinctius perpendere. ¶ Peccati namque perpetratio: debuit maiorem pudorem inferre quam eius uelatio, præsertim in confessione. ¶ Incidit autem homo in horridum peccatum hoc varijs de causis. Aliquando quidem ex sola malicia alterius impellentis: sicut iuuenes aliqui peruersi alios innocentes frequenter decipiunt. Aliquando ex nimio iocio. Frequenter ex sumptione nimia potus aut cibi: potuum præsertim aut ciborum excessiue nimis supercalefacti-

TRIPARTITVM.

etiuorum. ¶ Sepe ex in honestis verbis: aut aspectibus radicatis aut fixis. Quandoque ex diuturna cogitatione circa carnalem actum, vel commixtionem viri & mulieris. aut inordinatum appetitum carnalis commixtionis cum tali vel tali persona. Interdum etiam ex peruersa doctrina parietum seruitorum aut ancillarum: siue (quod magnus facinū est) magistrorum: cum quibus iuuenis aliquis conuersatur aut nutritur. Vel postremo ex sola peccatis malicia. ¶ Ceterum propter detestandum peccatum hoc, olim mundus cōsumptus est vniuersali diluio. & quinque ciuitates Sodomæ & Gomorræ igni celesti succensæ: vt habitatores earum viui descenderent in infernum. Propter idem peccatum hoc quod diuinam exclamat vindictam veniunt sepius fames, guerræ, pestes: mortalitates: inundationes aquarum: proditiones regnorum, & aliæ multiplicēs clades prout scripturæ testatur. ¶ Principale vero & efficax contra peccatum hoc: & generaliter aduersus luxuriam remediū est sobrietas victus: malorum vitare consortia & ocium: malas & noxias cogitationes statim repellere: ne figantur in corde ex toto conatu preces ad deum, virginem Mariam, sanctos sanctasque dirigere cogitationes suas aliorum diuertere: & interdum corporalem poenam libenter assumere: quemadmodum quidam peritus linguam propriam mordens: & tentatorem alloquens: spuēdo vicebat. Phy. phy. horrenda immundicia. & tu nequissime demon ausus es mihi hanc illusio-

nem presentare. ¶ Huius denique peccati luxuriæ: plurimæ sunt aliæ species secundum varios hominum status: quemadmodum carnalis commixtio affinium, parietum: aut aliarum religiosarum. Item personarum viduarum: aut virginum construpatio: & quandoque raptus violentus: ex quibus infinitæ clades oriuntur: vt quod persona aliqua in via perditionis cōstituitur: aut perpetuam incurrit infamiam: vel seipsam occidet, aut infantem ex stupro natum continuo non baptizatum iugulauit: aut denique totus vnus status aut communitas infamiam aut ruina patietur. ¶ Septima postremo huius peccati in somno fantasias, & illusiones: tunc tamen est peccati periculum cum quis ante vel post in vigilia: in nocturna fantasia vel pollutione delectetur.

CAPITVLVM DVO- decimum. De octauo ca- nit præcepto.



Octauum præceptum est. Non falsum testimonium dices. Hoc præcepto omne mēdaciū prohibetur, illud quod in alterius perniciem committitur. Quod si iuramentum interuenerit grauius peccat: quia periurus est. Nunquam enim pro salute etiā hominis corporali vel spiritali debet quis periuriū cōmittere: siue corā iudice siue seorsum. Periuriū vero quod quis in iudicio publico committit: est casus episcopo ad soluendum reseruatus. ¶ Contra præceptū hoc

TRIPARTITVM.

grauiter peccant: qui in confessione mendaciter peccatum celant, aut alium inique accusant. ¶ Insuper contra præceptum hoc agunt qui delectabiliter. nimis adinuētis nouitatibus aut aliorum diffamationibus, aures credulas præbent. occasione inde peccati assumētes asserētes nimia leuitate de proximis mala. ¶ Zelotipi præterea vel suspiciosi proximos: & actus eorū male & frivole iudicātes aut interpretātes: adeo ut ex huiusmodi credulitate falsa iniusta bella vel lites sepius moueantur.

¶ CAPITVLVM TREDECIMVM. Nonum ambit præceptum.

Nonum præceptum est. Non concupisces uxorem proximi tui, & eodem militer, nec foemina virum concupiscat. ¶ Hoc præcepto districte prohibetur omnis motus vel gestus exterior malus: quo trahitur alius vel sollicitatur ad peccatum luxuria, siue per internūciū, siue per missionem literarū siue per minas violēter: siue etiam per munera, per promissiones, per mendacia, aut fictas adulationes aut in superfluo vestimentorū ornatu: in ordinato aspectu, vel incessu: verbis turpibus, aut denique actu quolibet luxurioso: sicut frequēter cōtingit in amplexibus & osculis. ¶ Sciendum est namq; quod omnis concupiscentia carnalis commixtionis præter matrimoniale vinculum etiā solo voluntatis cōsensu plenarie perpetrata est mortale peccatum: vbi carnalis copula minime subsequetur. Et quidem vera est hæere-

gula magistralis. Omnis cōpleta voluntas siue bona siue mala pro facto reputatur. Mala voluntas pro facto reputatur. In quo peccati genere peccare potest persona matrimonialiter alteri copulata quemadmodum & soluta, vt si mulier alterius quam viri sui carnalem societatem concupiscat. ¶ Omnis etiam cōsensus plenarius & deliberatus quo quis in turpibus & carnalibus cogitationibus delectatur: vbi etiam deest voluntas: actū exteriorē perpetrandi secundum plures doctores est mortale peccatum. ¶ Patet igitur ex præmissis quod omnes amplexus oscula & similes tactus: principaliter ex luxuriosis cogitationibus prius enumeratis procedentes sunt graua delicta: tūtoq; grauiora si persona fuerint affines: aut religiosæ, vel eiusdem sexus: & quod enormius est: si in talibus tactibus vel osculis non seruetur honestas: qualis in publico seruarietur. Quāobrem si quis in præmissis tactibus vellet alteri vim inferre: deberet alios ex aduerso quēadmodum pro vitæ corporalis tuitione viriliter resistere, siue verbis siue factis aut validis clamoribus: aut deniq; factum tale personis ipsum in hoc iuuare valētibus: & ad hoc adstrictis retinēdo. Alioquin talis quisquis ille est non sinceriter suam diligit castitatem & honorem.

¶ CAPITVLVM. XIII. Decimum declarat præceptum.

Decimum præceptum est. Non concupisces rem proximi tui. Hoc est al-

DE PRAECEPTIS DECALOGI.

terius cuiusque. Et intelligitur haec concupiscentia prohiberi quemadmodum supra in sexto praepcepto de furto & latrocinio explicatum est. Prohibetur enim haec concupiscentia & voluntas mala: cum mala voluntas (ut paulo ante dictum est) pro facto reputatur. Talinamque cupiditate cadit frequenter homo in inuidiam & in impatientiam sui status & dei blasphemiam: apud se non recte cogitans: bona temporalia se iustus meruisse: quam talis suus vicinus: quod idcirco deus iniustus est: & sibi non nisi frustra & inaniter seruiendum est: quod si incommodum aliquod aut damnum alteri contigerit: stultus ille letatur: & gaudet asserens pro suis demeritis: & occulta malicia hoc idem ei accidere. Contra praepceptum hoc reductiue peccant: operum misericordiae tam corporalium quam spiritualium seu elemosynarum retentores: veluti pauperibus indigentibus cum facultas adest: & occurrente evidente necessitate non subuenientes, & specialiter parentes proprios quos pudendum est medicare: aut deseruientes esurire aut agere permittentes. ¶ Consimiliter peccant qui seruatorum suorum salarii vel lucrum iustum iniuste retinent: qui elemosynarum praetextu: aut fundationis ecclesiarum occupant inique aliorum bona: dicentes proprietarios nimis diuites esse, & eisdem abuti: nec eis propterea instituenta fore. Condemnat eos namque approbata Pauli regula: affirmans non esse facienda mala, ut inde bona eueniant. Nec quoquo modo per peccatum offendendus est Deus eius transgrediendo pra-

ceptum: qualecumque bonum inde provenire contigerit,

¶ **CAPITVLVM. XV. OSTENDIT** qualiter in his decem praepceptis: velut in mundo quodam speculo facies conscientiarum nostrarum debemus inspicere.



Ecce igitur sunt decem legis diuinae praepcepta superius enarrata: in quibus quasi speculo quodam polito terfo & mundo: religionis christianae veritatem perlegere, & totius vitae nostrae ac animarum conscientiarumque nostrarum pulchritudinem atque foeditatem: possumus distincte conspicere. His mediatis cognoscit homo vitam suam decursum qualiter diuina praepcepta seruaerit: quantumque deuiauerit quibus modis secundum varias peccatorum species deum offenderit: qualis denique peccatorum confessio habenda sit: quod si praedictorum aliquam a quoquam non plene intelligantur: consulat super his sapientes: potissime autem deuotos viros. Omnis namque persona postquam ad annos discretionis peruenierit: si consensu voluntario plenario & deliberato horum alicui praepceptorum per contemptum inobediens extiterit: dilectioni dei amorem creaturae praeponendo: extra salutis statum efficitur: & in damnationis periculo statuitur: nec gratum aliquid deo dignum beatitudinem operatur. Quanquam si tentationem grauem aut diuturnam irae suae luxuriae vel alterius peccati quis incidat: si ipsa tentatio homini displiceat: aut eidem homo resistat:

TRIPARTITVM.

vel non plene & deliberate cōsentiat: mortaliter nō peccet: immo saepe nullo modo peccat: sed magnū erga deū prāmiū meretur tētationi viriliter resistēdo. ¶ Hic iam prospicere clarum est: quibus vijs & modis decē hęc pręcepta infringātur septē mortalibus & capitalibus peccatis quę sunt, superbia, inuidia, ira, auaricia, gula, luxuria, & accidia. Quinq; itē exteriorē sensuū ministerio: qui sunt visus, auditus, olfatus, gustus, tactus. Sicq; quisquis in his decē pręceptis speculi vitę se diligēter intuetur. recte se cōspicit. vere se cognoscit. seq; paruipendit, & his obediens discrete sapit.

¶ **CAPITVLVM. XVI. EXPLICIT** qualiter triplicem veritatē ore vel corde confitendo: à statu peccati mortalis ad statū gratię resurgimus.

Sciens nihilominus noster misericordissimus pater deus & cognoscēs nostrā fragilitatem per maximam: & ad malū pronitatē: multiplicibus vijs mortali vita durāte paratissimus est nobis delicta remittere & gratiā conferre: fiduntaxat veraciter: & ex corde sibi tres subscriptas veritates porrigimus.

¶ Prima veritas est. Domine sic cōtra vestrā bonitatē peccaui: quod mihi displicet: ratione cuius & poenitētiā ago: quia vos offendi: qui totus estis venerāndus & colendus: quodq; mādātū vestrum trāsgressus sum. ¶ Secūda veritas est. Domine bonū habeo propositū & desideriuū vestro iuamine mediāte mihi in futurū pręcauēdi ne incidā in peccatū: & occasione peccato-

rum iuxta possibilitatem virium euitādi. Tertia veritas est. Domine bonam habeo voluntatē peccatorū meorū cōfessionem integraliter faciēdi, pro loco & tēpore secundum vestrum & sanctę matris ecclesię mandatū & pręceptum. ¶ Has veritates quisquis qualicūq; loco & tēpore sinceriter nō ficte, aut mēdaciter ex corde pronunciauerit: securus existat se in salutis & gratię statū cōsistere, & vitā æternā mereri: quamuis omnia enarrata prius crimina cōmisisset. Si etiā talis absq; alia cōfessione cōtinuo decederet in absentia sacerdotis, dormiendo, aut alio quouis modo: morte subita pręuētus idem finaliter saluaretur, acerbissima purgatorij pœna mediante.

¶ Ex quo notādum & salubre consilium elicitur: vt christianus quilibet singulis diebus bis aut semel, sero aut mane, aut saltē festiuis diebus redeat ad cor suum cōscientiam examinās, an tres pręmissas veritates proferre valeat cū cordis sinceritate: sicque intra statū salutis se esse confidat. Quod si si eas pura mēte fateri non valet, obstante voluntate peccādi qua actualiter delectatur, aut iniquo proposito quo quis occasiones peccatorū vitare renuit, quēadmodū illi qui peccatis carnalibus merfi resurgere nolunt, aut yfuras suas aut iniustas meritationes & lucrā continuant, vel iniuste retinent alienū. Quique alterius odio & vindictę desiderio flagrantes, in nocendi proposito perseuerant, certissime sciant hi & cōsimiles, non episcopos aut papā tales absoluerē posse. Quamquā talibus salutare consilium detur, vt per seiplos vel alios

DOCUMENTVM.

bona quæ poterint iugiter operetur, orâ do, vel eleemosynas dâdo: quo deus eorû corda illuminet: & ad bonû dirigat & conuertat. Nullum est enim bonû adeo exigû: quod non tandē deus æterna vel tēporali mercede remuneret: multoq; melius est temporale bonum & minimum: q̄ omnino nullum promereri. Saluberrimû est etiam laudabilem consuetudinem illam seruare: ne eam dissoluendo, nunq̄ æternum forte resumat.

¶ CAPITVLVM. XVII.

ostendit quis sit confessionis modus: & dat circa hoc breue documentum.

Votiescûque accedit homo ad confessionē peccatorû explanâdû: hoc est de necessitate semel in anno circa solennitatem paschalem cû mortis imminet periculum: aut sacramentorû susceptione. Ad frequētiorem enim confessionem: regulariter non tenemur: quanquàm sæpius confiteri multum prodest ad augmentum gratiæ: & distinctionem cognitionem: & explicationem peccatorum, debet præmeditari confessurus, quid aut in quo deliquerit: cum examine diligenti cōscientiâ discutiens: ac si magnû inde temporale bonum reportaret. Accuset se postmodû peccator humiliter: non irrisorie: veraciter non fictē: vituperando se non laudando: pure, recte atque sinceriter. Facta impertinentia dimittendo. discretē insuper vt non reuelentur hi quos consortes & socios habuit in peccato. De his enim confessor inquirēs grauiter etiâ

peccaret: nisi forsan sodales huiusmodi causa petendi consilij ad eorum pellendâ violentiâ cōfiteus detegeret: aut fortassis ad explicandâ peccati speciem: necessitas eos manifestari posceret: vt si quis eû sola forore carnaliter cōmixtus fuerit, in quo casu querendus esset confessor personam in confessione detectam ignorans. ¶ Super casibus autem ad absoluendum episcopo reseruatis: aut superiori, remittat sacerdos inferiorem confitentem ad prælatum vel superiorem eum potentem absolvere. Nisi forsitan confitenti mortis periculum immineret: aut magnû aliquod scandalum ex hoc aboriri: vel peccati reuelationem sequi coniectura probabili formidetur. ¶ Hoc vero pro regula certa & documento salubri teneatur: vt nunquam pro peccato secreto vel occulto, poenitentia publica poenitentibus iniungatur, nec poenitētia imponatur quam nequeat aut nolint sufferre. ¶ Nō debet rursus cōfiteus iūctâ sibi poenitētiâ faciliter reuelare: quo cōtingit interdû peccatû suû prodi: aut cōfessoris dicta aut interrogata nimia leuitate detegere. Hæc enim oia secreta cōfessionis integritatē concernunt: nisi (quod absit) peccator poenitēte ad malum aliquod hortaretur. ¶ Est præterea vtile & efficax remediû diligentius retinēdû ab his q̄ per uersa inclinatione vel cōsuetudine incidūt in aliquod enorme peccatû: à quo non de facili retrahūtur, q̄ seiplos a d poenâ aliquâ pecuniariâ: vel aliâ vsque ad certû tēpus præfixû: cû certo rationis moderamine cōstringat: quotiescûque in id peccatû

TRIPARTITVM.

incidere contigerit. Dicunt namque sapius insipientes aliqui: se à peccato iræ, luxuriæ, periurij: & si quod est simile abstinere non posse. qui tamē hoc ipso salubri remedio velut mendaces facillime confutantur: cū vnus albi vel franci in emenda cuiuslibet transgressionis eis inflicta poenā ipsos à perpetratione iniusti operis retraheret. Vnde manifeste cōuincitur: eos diuini præcepti: & à propriæ salutis intuitu: à consuetis vitijs abstinere posse: nisi fictam & peruersam haberent voluntatem & tales velut fatui: veritati non credunt: nec obediūt, quousque supplicia luant: & delictorum suorum serā & infructuosam poenitentiam agant. Fitque iusto dei iudicio vt qui poenitere de cōmissis cum possunt non volunt: cum velint nequeant.

¶ CAPITVLVM XVIII.

concludit nō esse quēquam ab alio ad peccatum impellendum: sed ad bonū potius operandum.



Postremo quicquid agat homo in persona sua supreme caueat alium ad male agendum sollicitare: aut verbis aut factis exemplis vel consilijs aliquid agere: quod de se sit occasio ruine peccati: specialiter corā iuuenibus aut personis innocentibus.

¶ Hoc enim proprium est singulare que dæmonū officiū: quēadmodū bonorū angelorū interest specialiter homines inducere ad bonū. ¶ Cōpētū est etiā frequēter accidere: q̄ homines aliorum ad malum impulsores vix: aut nunquam delicti

sui condignam poenitentiam assecurantē perficiant: quia nequeūt eos corrigere ad bonū quos deceperūt. iam forte damnati sunt vindictā à deo postulantes: æternāq; eis maledictionē iugiter imprecantes. Sicuti ex opposito iam saluati aliorū doctrinis & factis aut opera diligēti (qua nullū Deo opus ad sacrificiū acceptius esse potest: & ad peccata delendū validius) pro suis adiutoribus preces indeficienter effundunt.

¶ Curet etiā propterea fidelium quisquis iuxta cognitionis & virtutis à deo sibi cōcessarū facultatū monitionibus & exemplis alium ad bene agendum incitare. pater filium. doctor discipulum. & sapiens instruat ignorantem. ¶ Rogemus tandem pro mutua pace & vnanimi inuicem charitate: quo post mortem corporalis huius perēnis beatitudinis participes simus: quā nobis concedat Deus. vnus essentialiter & personaliter trinus: qui est benedictus in secula seculorum. &c.

¶ SECUNDA PARS HVIVS opusculi. De confessione.



Quisquis à morte peccati ad salutis & gratiæ statum volet resurgere: quodque vt actus sui & intentiones ad vitā æternā vtilis sint & meritoria: necesse est quod delicta sua recogitet & cognoscat: dolens de cōmissis: atq; proponat auxiliante deo à peccato mortali sibi precauere & abstinere in futurū. Firmū præterea ac sincerū propositum habeat cōpetentibus loco & tēpore peccata sua saltē mortalia distincte

DE CONFESIONE.

& integraliter confiteri. ¶ Quod ut cōmodius fiat: priusquā confitens crimina sua reuelaturus accedat, ipsa circa ea matura morosaque diligentia præmeditari teneatur: quasi magnum aliquod emolumentum temporale inde reportare se credere: ut complete magis ipsa confessore suo ac lucidius exprimat. ¶ Quia vero plurimi simplicium, ob negligentiam aut ignorantiam non excusantem sed potius accusantem modos & species nesciunt peccatorū: præsens confecta est tabula, quam inspiciētes cōfessuri, cogitatione præuia instructi sufficienter ad salutem poterūt sua peccata cognoscere, memoriterque tenere, & confessoribus utiliter referare. ¶ Procedit autem tabula hæc: secundum numerū & ordinem peccatorum mortalium quæ sunt: superbia, inuidia, ira, auaricia, accidia, luxuria, gula.

¶ Confessurus ergo tuam primitus conscientiam examinans interroga te.

¶ Circa peccatum superbiæ.

SI vanam tui laudē & propriam excellentiā quæsiuisti aut optasti. Propter bona fortuita & caduca: diuitias scilicet aurum & argentum terrenasque possessiones. Aut propter naturalia bona. scilicet corporis pulchritudinē: fortitudinē: iuuentutem & similia. ¶ Seu etiā ratione gratuitorū donorum: sicut est dei cognitio vel affectus deuotio. ¶ Si alios cōtempnisti propter alicuius horū bonorum præcedētium defectum. ¶ Si aliqua opera fecisti, ut inde mundanā laudem acciperes: vel ut alij te meliorē quā ipse sis repu-

tarent: & multo magis si hoc fecisti prætextu hypocrisis fictæ: quā ut alijs esses exemplar in bonum, ut eos à malo retraheres. ¶ Si nimium pertinaciter innisus es opinioni propriæ vel credulitati alterius consilium continēdo: specialiter in materia fidei & Christianæ religionis: ex hac enim radice pullulant hereses sortilegia & falsæ credulitates. ¶ Si per iactantiam aut inanem gloriam opera bona recitasti: vel te alijs præsentibus inculpasti: ut ob hoc humilis & deuotus crederis. ¶ Si gloriatus es corde aut ore de malo: ut quod aliū defraudasti: vel ei iniuriam intulisti: quodque per te & tuos complices ad malè agendum potens existi. ¶ Si superioribus tuis inobediens extitisti: & eos contempnisti: præcipue carnales parentes & spirituales. ¶ Si intra confessionem mentitus es peccatum tuum: aut eius speciem mundano pudore celando. Talis enim confessio inutilis est: sed & nouum crimen incurris. ¶ Si peccatorū tuorū excusationes quæsiuisti: aut minuiisti culpam tuā socijs aut complicibus imponendo. ¶ Si te per inobedientiam & contemptum excommunicari permisisti: aut leuiter nimis excommunicatis participasti. ¶ Si in iudicio publico vel alibi ob pudorē veritatis reuelandę periurium cōmisisti. ¶ Si à bonis operibus aut verbis abstinuisti: propter obloquentium quorundam fatuorum timorem. ¶ Si indignando contempnisti peccatores, pauperes, ignorantes, impotētes, aut infirmos: eos præcipue qui tibi genere propinqui sunt: aut si eosdem irrisisti.

T R I P A R T I T V M.

¶ Si signis aut verbis contempsisti eos qui student deuotioni. ¶ Si præsumptione motus aggressus es ardua: scientiam tuam aut potentiam excedentia: aut tuo statui vel studio indecentia.

¶ Circa peccatum inuidiæ.

SI de alterius incommodo lætatus es: cum ei infortunium aliquod cõtingerit: aut si diffamationem seu persecutionem incurrerit. ¶ Si de bonis alterius doluisti: quia bene famatus: bonus, pulcher, sapiens, eloquens, deuotus, aut religiosus existat. ¶ Si malum alteri præoptasti: vel bonam famam ipsius minorasti: verbis iniquis de eo publice, vel secrete, manifeste aut frudulenter prolatis: eius verba & opera sinistre iudicando: aut in peiorem partem frequenter interpretando.

¶ Circa peccatum iræ.

I diu cū consensu iram contra proximum tenuisti: cum desiderio vindictæ: vel appetitu nocendi per te, vel per alium verbis, aut factis. ¶ Si ira vel odio contra quemcumque contumelias protulisti: aut in rebus nocumentum præbuiisti, vel irresisti. ¶ Si eum percussisti, vulnerasti, occidisti. Et attendatur diligenter an leſus sacerdos aut clericus extiterit. ¶ Si à leſis à te vel iniuriam passis veniam petere renuisti: cū præsertim æquales tibi forent: aut in nullo subiecti. ¶ Si arma inuasua ad nocendum tulisti. ¶ Si alteri mortem siue leſionem illicite minatus es etiam appposito iuramento. ¶ Si secretum alienum reuelasti. ¶ Si humiliter à te veniam petentibus in-

dulgentiam denegasti. Si motus ira iurasti nequiter: vel periurium commisisti: aut si deum blasphemasti: ludum alearum aut alium exercendo. Si odio vel rancore potius quàm iustitiæ zelo placitationibus vel litibus alium vexasti. Si alteri maledixisti præsertim parentibus: aut propinquis.

¶ Circa peccatum auaritiæ.

SI alio nesciente vel nolente retines illud quod est suū. ¶ Si furtum rei sacræ aut ecclesiasticæ: vel alterius cuiuscumque intra ecclesiam vel locum sacratū commisisti. ¶ Si cõtra deum ingratus indignaris, quòd non tibi sicut & cæteris prouenerint diuitiæ: nec ad votum prospere succedunt omnia: si ob hoc immemor Dei beneficiorum sibi seruire contēnis. ¶ Si communia bona dominorū vel parentum laute nimis in vsus proprios sumpsisti: aut mercennariorum & seruatorum iustum lucrum non eisdem tribuisti. ¶ Si falsas & iniustas mercaturas exercuisti: & modum inquiras. ¶ Si falso & mendaci artificio vsus es modum quærere. ¶ Si symoniam in te vel in alio perpetrasti. ¶ Si commutatione vsuraria cum alio contraxisti: aduertatur modus. ¶ Si fine lucri periurius fuisti. ¶ Si laudis prohibitis vt est taxillorum ludus: auaricia motus te immiscuisti. ¶ Si festiuis diebus sepe causa lucri: manualementem laborē aut mercationem per te vel alium fieri cõsensisti. ¶ Si commissa tibi in testamento vel aliter legata: vel eleemosynas perficere & distribuere neglexisti. ¶ Si opera misc-

DE CONFESSIONE.

ricordiæ & eleemosynas occurrēte necessitate oblationes & decimas perficere, aut soluere contempsisti. ¶ Si ficta adulatio- ne vel intentione pecunias extorquendi alium decepisti: aut etiam irrisisti. ¶ Si parentum vel mariti bona eis inscijs abstulisti. ¶ Si proprias & alienas possessiones inutiliter cōsumpsisti. ¶ Si alieni damni causa vel occasio voluntarie & gaudenter extitisti: vt lucrum inde vel commodum reportares: vt exempli gratia, si inter duos rixam moues: vt ex eorum mutua lite aut verbera vel occisione emendam iudicialiam: aut patrociniū lucrū feras. ¶ Si famē aut pestilentiam optas vt per eam diteris: aut parentum morte gaudes vt suam hæreditatem accipias: aut si periuras: aut aliū ad periurādū impellis vendendo & emendo. ¶ Si in artificio quocūq; inutiles adinuenis nouitates vt ditatus abundes.

¶ Circa peccatum accidiæ.

SI missam & horas vel aliud diuinū officiū seu seruitiū omisisti celebrare: ad quæ dicenda te nebaris. ¶ Si in festis specialiter quæ ecclesia obseruari præcepit: aut alias per tristitiam, negligētiam: vanitatem: aut ociū ecclesiasticum officium: prædicationes & sermones audire contempsisti. ¶ Si concessum tempus diebus præsertim festiuis in verbis aut factis ociosis inutiliter cōsumpsisti: aut ecclesiasticum officium sermonibus garrulis turbasti. ¶ Si idem præstitum tempus excessiue dormiendo in lecto tuo demorando: vel aliter male occupasti. ¶ Si per negligentiam aut incu-

riam sanctas habere meditationes mortis iudiciorum & beneficiorum Dei erga te prætermisisti. ¶ Si pro benefactoribus tuis viuis & defunctis preces fundere neglexisti. ¶ Si commissorum tuo regimini & curæ nō recte sollicitus extitisti. ¶ Si negligentem de peccatis contritus es aut confessus: vel ante confessionem circa peccata tua præmeditationem habere nolueris. ¶ Si peccatorum tuorum oblitus es: vel iniunctam pœnitentiā minus debite perfecisti. ¶ Si quilibet vota vel promissa infringendo transgressus es: & attendatur modus. ¶ Si denique præceptorum ecclesiæ fuisti transgressor: vt si publicā eucharistiæ sumptionē vel aliorum sacramentorum susceptionem distulisti. ¶ Si non recte ipsa sacramenta suscepisti: vt si nō præmissa debita integrali confessione.

¶ Circa peccatum luxuriæ.



SI morosas cogitationes circa carnalem actum: cum complacētia & delectatione nociua in corde tenuisti. ¶ Si cogitationibus talibus vel aspectibus aut verbis aut signis aliquibus motū carnis excitasti: nec eidem sufficienter restitisti. ¶ Si huius peccati occasiones non fugisti: aut quod deterius est: easdem procurasti. ¶ Si per tales tentationes vel motus in luxuriosum consensum recidisti affectando exterius opus si posses vel auderes perficere. ¶ Si actum aliquem inhonestum vel puritatem in membris pudendis exercuisti: ex quo carnalis delectatio secuta sit: & modus diligenter aduertatur. ¶ Si talium pec-

TRIPARTITVM.

catorum erga alios causa vel ruine occasio fueris: verbis: osculis: amplexibus: aut alijs signis: vel forte picturis & figurationibus inhonestis. ¶ Si dormiendo hanc carnalem delectationem vel pollutionem incurristi. ¶ Si cum alia persona carnalem communionem incidisti. Et attendatur cuius gradus vel conditionis foret persona: aut vxorata alteri: aut virgo: si genere propinqua: & in quo gradu: si sanctimonialis religiosa: aut in sacris ordinibus constituta: si tibi consensit: aut ei violentiam intulisti. Si deniq; eiusdem tecum sexus aut alterius erat: & exprimaturs modus. ¶ Si luxurie peccatum operæ consummasti alio ordine quàm natura dictauerit. ¶ Si matrimonij legitimam honestatem non obseruasti: ratione operis in se vel circumstantiarum: quæ magis in confessione certis sunt interrogationibus cognoscende: quàm verbis vel scripturis quibuslibet in publico referuade. ¶ Si diebus festiuis minoribus aut minus solennibus talia peccata perpetrasti: aut forsan in sacratis locis. ¶ Si abortiuū procurasti: aut foetum ex vtero nasci impedisti: aut ob stricturam vestimentorum: aut per cogitationem corporis immoderatam vel choreis, vel alijs pluribus inusitatoribus modis. ¶ Si dissolutis & inhonestis aspectibus & choreis aut gestibus incompotis: vel innata pulchritudine: aut succo mendaciter colorata: vel denique vestimentis superfluis alios ad malum allicere voluisti aut te concupisti ab eisdem affectari. ¶ Si tibi matrimonialiter coniunctæ per-

sonæ carnalis copulæ debitum infirmitate aut alio legitimo impedimento cessante denegasti.

¶ Circa peccatum gulæ.



Ieiunia ab ecclesia obseruari madata transgressus es: cessante infirmitate: impotentia: vel alia rationabili causa.

¶ Si ex nimia cibi vel potus sumptione: ebrietatem: luxuriã: dissensiones: aut corporis infirmitatem incurristi.

¶ Si ob eandem causam studium: laborẽ: mercationẽ: vel aliud opus ad quod agendum tenebaris obmisisti.

¶ Si per nimios sumptus in potibus & cibis te vel tuos hæredes indigere aut mendicare coegisti.

¶ Si denique nimis auide aut abundanter cibum sumpisti: vel dicta fercula curiose præparasti: aut horam comedendi præuenisti. sic quòd ex hoc præceptum aliquod Dei vel Ecclesiæ solueretur: vel grande aliquod corporis incommodum sequeretur.

¶ Per hæc autem omnia quæ de septem peccatis mortalibus iam explicata sunt: potest homo cognoscere quibus modis quinque sensuum exteriorum ministerio contra decem legis præcepta: contra misericordiæ opera: & duodecim nostræ fidei articulos deliquerit vt nõ sit opus hæc posteriora prioribus addere: nisi quis enumeratis prioribus specialiora & particulariora adiungere voluerit.

DE ARTE MORIENDI.

AD plenariam autem præcedentium intellectum: ut cognoscatur qualiter rite sit facienda confessio, notanda sunt aliqua. ¶ Primo quod de communi regula & ecclesiæ præcepto tenetur quilibet ad minus semel in anno circa pascha peccata sua confiteri: cum etiam eucharistiam aut aliud sacramentum suscipere intendit: tunc etiam cum mortis imminet periculum. Cum præterea ipse qui peccatorem absolueret potest adesse: cuius præsentia nunquam in posterum haberi formidatur: quamuis sæpius confiteri profit quater videlicet annuatim: vel mensibus singulis: aut quolibet solenni festo iuxta personæ facultatem & statum. ¶ Secundo quod confessio in loco eminenti vel publico fieri debet: ne occasione secreti loci & prætextu deuotionis. impellat diabolus ad malas cogitationes: & iniqua verba vel opera. nunquam etiam confessor confitentis vultum aspiciat. ¶ Tertio quod multa sunt crimina à quibus peccatorem sacerdos simplex absolueret non potest, nisi poenitentiarius fuerit: aut à prælato superiori potestatem acceperit. Quemadmodum fortilegium: quod aliquando per abusum sacrarum rerum committitur: aut ex alijs rebus friuolæ causa quaritur quæ non est in causa intenti effectus: quod per res sacras committitur sacrilegium: quod est furtum rei sacræ, vel intra locum sacrum. Percussio violenta sacerdotis vel clerici, symoniæ, heresis: ceteraq; crimina quibus eo facto excōmunicationis sententiam incurrunt delinquentes: homicidiū:

percussio patris aut matris: periuriū in iudicio publico commissum: adulterium flagranter notorium: mulierum raptus violentus: defloratio virginum: corruptio sanctimonialiū: & incestus cum consanguineis intra quartum gradum: votorum fractio: oppressio paruulorum infantium ob negligentem custodiam parentum: item turpissimum & abominabile quod contra naturam dicitur: siue in propria persona per molliciem perpetratum sit: siue in alio commissum qui eiusdem sexus existit: vel in persona alterius sexus si fiat in alijs membris quam natura ad generationem deputauerit: vel si denique in alia specie admissum sit. Talia namq; crimina grauiora sunt quam sit elus carniū in sacrosancto die veneris. Vnde & de eis tenetur peccator expresse confiteri: sub poena æternæ damnationis. ¶ Quarto quod persona confitens debet habere voluntarium propositum omnia peccata sua iuxta vires integraliter explicandi: & ad interrogata veritatem sine mendatio respondere: nec ad sui excusationem quicquam celare. Item celare etiam debet peccatum alterius: nisi fortassis aliter suum peccatum reuelare non possit: vel nisi personam talem ad suū commodum spiritali confessori detegeret absque præiudicio cuiuscūque. Quod si prælatus superior vel poenitentiarius non singula peccata confitentis integraliter: sed solos casus reseruos audire voluerit, reseruet peccator alia delicta minori sacerdoti potestatem super his habenti confitenda. ¶ Quinto quod nullus iniunctam poe

2. 5. 7. 0. 5. 5. 5. 5.

TRIPARTITVM.

nitentiam recipere debet: nisi quam perficere voluerit: quam & celare tenetur: vna cum alijs à confessore prolatis aut interrogatis: nisi forsan quòd absit idem confessor confitentem verbis aliquibus ad malum inducere vellet. ¶ Sexto quòd si grāde quid alicui restituendum sit: & is ignoretur cui debet restitui: vel etiam si votorum commutatio: aut relaxatio faciēda sit: cōsulatur p̄latus superior vel alius horum potestatem habens: nō tantum sacerdos inferior. ¶ Septimo quòd super peccatis in generali superius enumeratis: si casus speciales occurrant: vel numerus delictorum: tenetur hoc confitens explicare. Tūc p̄sertim quando particularitas casus vel numerus specialem haberet annexam maliciam mortalem: vt cum quis decem francos abstulit pauperi vxorem & filios habenti: vel in loco sacro, grauius peccatum est quā furtum p̄cise in generali commisisse. Et pariformiter in alijs casibus particularitas exprimat: prout confitens meminerit secundum beneplacitū confessoris: obmissis circumstantijs alijs ad peccati grauitatem impertinentibus.

¶ Octauo quòd si persona cōfitens in peccandi proposito perseuerat: vel de nouo peccatū iterare disposuit: aut quod ablatū alteri secundum facultatem suam nō vult dimittere vel restituere: aut quod à carnali peccato luxurię recusat abstinere: vel quod nocendi iniquum propositum retinet: nullus hanc personam à peccatis confessis potest aut debet absoluere: quāquā talis personę salubriter consulatur: vt bo-

na quę poterit interim perficiat: quatinus eam deus in viam rectā dignetur illustrare. ¶ Nono notetur quòd peccatum quodlibet tanto peius ac deterius est, quāto pluribus intulit nocumentum. Propterea si quis fuerit alterius ruinae causa & occasio: vt innocens. P̄sertim iuuenes aut puellas suo consilio hortatu: vel alio quouis modo sollicitando ad peccatum, agat huius rei districtam poenitentiam: & procuret deceptorum à se correctionem aut emendationem totius viribus procurando: & per se & alios eos ad viā veritatis & sanam doctrinam reducēdo. In hoc enim consistit portio principalis satisfactionis & poenitentię. ¶ Decimo quòd si quis post conscientię suę examinationem diligentem: ipse peccatorum quorundam etiam mortaliū à se commissorum nō reminiscatur: tunc per solam generalem confessionem de ipsis absq; alia speciali saluabitur: si tamen ea prius oblita: postmodum ad memoriam redierint, ea specialiter certis tempore & loco confiteri tenetur. Quia in re periculosum est commissorum à se delictorum mortalium per negligentiam atque desidiam immemorem fieri.

¶ Absolutio.



Orma absolutionis sufficiens requisita pro peccatis de quibus confessor intēdit & potest absoluere cōfitentē. Ego absoluo te à peccatis tuis. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen. Et si confessio fiat de excōicatione tātūmodo dicatur sic.

DE ARTE MORIENDI.

Ego absoluo te ab excommunicatione tua. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen. Et si cum hoc fiat absolutio de peccato: propter quod lata est excommunicatio: vel de alijs: addatur forma prior. Additiones quaedam aliae conditionales, aut inuoluntate tutius dimittuntur.

¶ TERTIA PARS HUIUS opusculi: de scientia mortis.

SI veraces fidelesque amici cuiuspiam egroti coram diligentibus agant pro ipsius vita corporali fragili & defectibili conseruanda exigunt à nobis: multo fortius deus & charitas pro salute sua spirituali sollicitudinem gerere specialē. In hac enim extrema mortis necessitate fidelis probatur amicus. Quippe nullum est opus misericordiae maius siue commodius, quod & tanti apud deum meriti & amplioris frequēter estimatur: quē admodum personae nostri saluatoris Iesu Christi si in terris nobiscum degere: impensum seruitium corporale. Quāobrem cura fuit praesenti scripto componere breuem quendam exhortationis modum habendum: circa eos qui sunt in mortis articulo constituti: valentem etiam generaliter omnibus catholicis ad artem & noticiam bene moriendi conquerendam. ¶ Continet autem hoc opusculū breue quatuor particulas: scilicet exhortationes, interrogationes, orationes, & obseruationes.

¶ PRIMA PARS CONTI- net quatuor exhortationes.

¶ Prima est.



Mice dilecte aut dilecta: confidera nos omnes subiectos esse potenti manui dei & ipsius voluntati: omnes nos cuiuscunq; conditionis aut status reges: principes, diuites, & pauperes mortis tributum solvere necesse est: venimus in mundum peregrinorum more: vt ex eo transeamus: nō vt mansionem in eo stabiliamus: quin potius: vt hic bene & meritorie viuentes & deo seruiētes horribiles inferni poenas euitemus: & gloriam aeternam habeamus.

¶ Recognosce diligenter cum gratiarum actione à deo tibi cōcessa beneficia: quod tibi etiam in hac extrema hora sui cognitionem dederit: nec de morte subita praecipit occupauerit: gratias pro his & alijs innumeris donis nunc idem refer: ad suam infinitam misericordiam confugiens: & de commissis à te criminibus veniam humiliter poscens. Sollicite cogita te in vita tua plurima delicta perpetraste: quibus poenam ferre meruisti: vnde & huius infirmitatis & mortis poenas patienter tollerare debes rogans deum vt praesentis doloris acerbitas: remissionem operetur peccatorum: & purgatorij horribilis cruciatus in hanc afflictionem tuam: per suam misericordiam commutetur. Tollerabilius est namq; hic praesentialiter quā in futuro puniri. Quod si sic corde contrito: patiēs poenam necessariam tāquā voluntariam fere: & omnem poenam & culpam remittet deus: certusque paradysum introibis. Alioquin per impatientiam: aeternam poe-

TRIPARTITVM.

nam & damnationem incurres. ¶ Super omnia in hac extrema hora constitutus meditare circa tuā spiritualem salutē: nūquam enim fortassis in futurū huius meditationis occurret oportunitas omnē aliam sollicitudinem & rerū terrenarum curam relinque: quas relinqui necesse est. quæ etiā nec ab inferni præcipitio corruentem eripere valent. Plena fidē te deo cōmitte & ei qui omnipotēs bonus & sapiēs est: te & tua & tuorum regēda præbe. Omnem præterea cogitatum tuum in eum dirige: astantes solūmodo & superstites rogās: vt pro salute tua deū præcibus exorent.

¶ Secunda particula sex habet interrogaciones.

Dilecte aut dilecta. Vis tu mori & viuere in soliditate fidei christianę respectu dei & domini nostri Iesu Christi tāquam verus fidelis & obediens sanctę matris ecclesię filius? Respondeat volo. ¶ Petis à deo veniam peccatorū tuorū cōmissorum & obmissorum: quæ contra eiusdem amorē, maiestatem atq; bonitatē fecisti. Nec eū prout debebas honorasti? Respōdeat peto. ¶ Habes ne sincerum propositum & explicitam voluntatē: vitam tuam in melius commutare atq; corrigere si vitā comes superfuert. Rogās etiam deum: vt tibi gratiam præstet hoc propositū continuandi, veramque contritionem habendi. Es tu conscius tibi ipsi alicuius peccati mortalis vel criminis de quo non sis confessus. Optas ne etiam cor tuū illuminari

ab obliorum criminum si quæ sint habendam noticiam, & si tu libenter confitearis ea. Vis ablata per te restitui integraliter: quantum ad id teneris iuxta tuarum facultatum valorem: etiam ad vsque omnium bonorum tuorum cessionem & renunciationem, vbi alias satisfactio fieri nō valeret: & coram deo & hominibus veniā iniurię petis. Indulges ex toto corde omnibus qui tibi nocumentum intulerunt: ob reuerentiam & amorem domini nostri Iesu Christi à quo & veniam speras. Petis similiter indulgeri tibi & remitti ab his quos verbis aut factis lesisti. Ad has omnes premissas interrogaciones affirmatiue respondeat. Volo.

¶ Tertia particula breues & deuotas administrat orationes.

Primum dicat infirmus ex toto corde deum orans. Deus meus piissime pater miserere mei. Deus meus piissime pater. In manus tuas commendo spiritum meum. Pater misericordiarum, misericordiam fac huic pauperculę creaturę tuę. Adiuua me nunc etiam in hac vltima necessitate. Succurre domine iam animę egenti & desolatę: vt non à malignis spiritibus captiuetur, & à canibus infernalibus deuoretur. Dulcissime domine Iesu Christe ob honorem & virtutem tuę benedictissimę passionis: iube me recipi intra numerum electorum tuorum. Saluator meus & redemptor meus reddo me totum tibi: non me renuas ad te ve-

DE ARTE MORIENDI.

nio: non me repellas. Domine paradifum tuum postulo: non ob valorem meorum meritorum: sed in virtute & efficacia tuæ benedictissimæ passionis: per quā me miserum redimere voluisti: & mihi paradifum precio tui sanguinis emere dignatus es: ipsum mihi conferre festina: propter quem nec tuæ diuitiæ: aut potentia minuetur: nec ipse paradifus angustiior aut minor inuenietur.

¶ Salutet post modum beatissimam virginem Mariam dicens.

Regina cœlorum mater misericordiae: confugium peccatorum reconcilia me vnigenito filio tuo: eius clementiam pro me indigno peccatore interpella vt ob amorem tui mea remittat crimina perducens in gloriam suam. Angelos Dei hinc precibus inuitet inquiring. Spiritus cœlorum angeli beatissimi: assiste quaeso mihi migranti ex hoc seculo: & potenter eripite me ab omnibus aduersariorū insidijs: & animam meam in vestrum consortium assumite. Tu precipue angebone custos meus. ¶ Post hæc inquiretur ab infirmo: cui sanctorum vel sanctarum magis deuotus extiterit: vt illi precem offerat dicendo. O gloriosissime sancte vel sancta singularem in te dum viuere spes & confitentiam reposui: succurre nunc mihi in hoc extremo necessitatis articulo laboranti. nunc anxior supra modū: tempus nūc instat & hora: iam in adiutorium meum intende.

¶ Quarta pars quasdam obseruationes edocet: vt sciatur qualis prædictorum vsus habendus sit.

Si patiens nōdum eucharistiam: aut extremam vunctionem susceperit interrogetur si eadem sacramenta deuote paratus est recipere. Si etiam super interrogationibus præmissis verifimiliter appareant responsiones patientis non vsque quaq; sufficientes existere. remedium apponatur quātum id cōmodius fieri poterit: vel per ministrationem sacramentorum confessionis eucharistiæ aut extremæ vunctionis: vel eidem manifestando periculū quod incurrit: non plene satisfaciendo petitionibus: super fide sua & salute cōscientiæ prolatis. Moneatur vt decedat tanquam verus & fidelis Christianus. ¶ Attendatur si infirmus ipse excōmunicacionis vinculo astrictus tenetur: & propterea submittat se totius viribus ordinationi sanctæ matris ecclesiæ vt absoluator. ¶ Si moriturus prolixum tempore spacium: ad suam recollationem habeat: nec morte festina præueniatur; legende forent coram eo abstantibus, hystoriæ & orationes deuotæ in quibus sanus & viuens amplius delectabatur: vel recensenda essent diuina præcepta vt profundius meditetur si quid aduersus ea negligenter oblitū deliqueris: vel similis coram eo instructio recitetur. ¶ Si patiens vsu loquēdi perdidit: habet tamen sanam & integram noticiam ad interrogationes sibi factas: vel orationes coram eo recitatas: signo ob

TRIPARTITVM.

liquo exteriori vel solo cordis consensu respondet. Hoc enim sufficit ad salutem.

¶ Presentetur infirmo imago crucifixi: vel alterius sancti quem sanus & incolomis specialiter venerabatur. ¶ Si non omnia præmissa dici breuitas sinat: proponenda sunt orationes. Illa præsertim quæ saluatori nostro Iesu Christo dirigitur.

¶ Nullatenus aut minime si fieri possit morienti amici carnales, vxor, liberi, vel diuitiæ: ad memoriam reducantur: nisi in quantum id exigit patientis spiritualis sanitas: & dum alias conuenienter obmitti nequit. ¶ Non detur infirmo nimia spes corporalis salutis consequendæ: ingeratur potius eidem: prima monitio superius explicata. ¶ Sæpe namque per vnâ talem inanem & falsam consolationem, & incertam sanitatis corporeæ confidentiam: certam incurrit homo damnationem. Quin infirmo hortandus est patiens: vt per contri-

tionem & confessionem animæ sanitatē procuret quod & ad salutem corporalis (si sibi fuerit expediens) valere poterit: & inde securior atque quietior erit. ¶ Quia vero frequenter corporalis infirmitas: ex animæ languore ortum habet: papa per expressam decretalem cuiuslibet medico corporis districtè præcipit: ne cuiquam ægroto corpoream conferat medicinâ priusquam de spiritualis medici confessoris: scilicet requisitione eundem mouerit. Hinc expediens videretur: vt in quibuslibet pauperum hospitalibus vel domibus Dei statuto firmaretur, ne quis ibidem eger suscipi posset qui non primo ingressus die confessionem faceret vel idoneo sacerdoti ad hoc ipsum deputato paratus confiteri se continuo præsentaret sicut in domo Dei parisiis laudabiliter obseruatur.

¶ **OPVSCVLVM TRIPARTITVM** finitur.

¶ **TRACTATVM SEQVENTEM DE DIFFERENTIA peccatorum venialium & mortalium**, edidit idem Christianissimus doctor dominus Ioannes de Gerson: pro quarundam personarum laycarum simplicium eruditione in idiomate proprio: scilicet lingua gallica. Sed pro aliorum eruditione, alius quidam ipsum transtulit gallico in latinum.

¶ **INCIPIUNT RVBRICAE** considerationum tractatus sequentis.

- j Declaratio generalis quid est peccatum veniale aut mortale.
- ij Quo in omnibus peccatis reperiri potest peccatū tantūmodo veniale.
- iii Quando vana gloria est peccatum mortale aut veniale.
- iiij Quando superbia est peccatū mor-

- v tale aut veniale.
- vj Qñ iudicare est peccatū: & quale.
- vij Quando contemptus superiorum est peccatum, & quale.
- viii Quando inuidia est peccatū, & quale.
- ix Qñ accidia est peccatum, & quale.
- x Qñ auaricia est peccatum, & quale.
- xj Quando gula est peccatū, & quale.

DE COGNITIONE PECCATORVM.

- xij Quando luxuria est peccatū, & q̄le.
- xij De mentiēdo.
- xiiij De iurando.
- xv De correctione fraterna.
- xvj Quando cōtra cōscientiam facere est peccatū mortale, & quādo non.
- xvij Quomodo de duobus malis, minus est eligendum.
- xviiij Quando ignorantia est peccatum.
- xix De confessione plura documenta.
- xx De peccatis quæ fiunt mercantijs.
- xxj De bona credulitate fidei nostræ.
- xxij De excommunicationibus.
- xxiiij Quādo vitare debet sacerdos de audiēdo eius missam: & quādo non.
- xxiiij Quale malū facit veniale peccatū.
- xxv Exemplū generale declarans quid est peccatū mortale aut veniale.

¶ Prologus in tractatū sequētem.

Qui bene cōsiderat bonitatē dei erga nos: causam habet magnifice re gratiandi & laudādi deū. Cū enim de iustitiæ rigore deberemus ei seruire quotidie meliori modo quo possemus sine cessatione: nihilominus nostrę cōpatiētiā fragilitati contentari voluit certum nobis dare numerū mandatorum: & in certo tempore. Quæ si cōplemus, gratiā eius habeamus: & sufficit ei: & acquirimus paradisum. Melius tamē faciētes: ampli⁹ & magnificētius remunerat. Necessitas est igitur scire mādata obligātia: & quæ non. Alias enim vel transgrediemur ea per ignorantiam vel in custodiēdo ea: habebimus magnam nimis de trāsgressione dubitationem: & du-

bitabimus vbi dubitandum non erat: per quod perderemus totam consciētię tranquillitatē: putādo non peccatū esse peccatū: & ecōtra de peccato quod nō esset peccatum. Et quāuis nescirē in omnibus casibus dare regulam specialem quando vnus actus peccatū fuerit mortale & quādo nō, tamē dari possunt aliqua documēta in generali: per quę iudicari melius potest de factis specialibus. Propter quod studui scribere vobis cōsiderationes aliquas breues: ad sciēdum quādo peccatur mortaliter: & quādo nō in pluribus casibus. In omnibus enim casibus ad lōgum eas tradere: graue esset aut impossibile. Immo hoc quod vobis scribam, plene nō intelligetis sicut credo propter suam breuitatē: nisi habeatis qui vobis declaret. Volo ergo vt de his q̄ non intelligetis diligenter inquiratis.

¶ Consideratio prima. Declaratio generalis quid est peccatum mortale aut veniale.

Inter alia mandata dei aliqua sunt quæ facere debemus sub poena pendendi gratiā suā: incurrēdiq; perpetuam mortē. Et sunt illa quæ debitā deo conseruant subiectionē & inter homines societate: sicuti est amare deū omni tēpore & loco & nō odire eum: Sicuti est non occidere proximū suū innocētē: & nō auferre ei sua violenter. Alia præcepta vel constitutiones & ordinationes sunt: quæ non obligāt nos nisi ad poenā tēporalē, quia transgredi ea non dissipat subiectionem deo à nobis debitam: nec societate quam tene-

VENIALIVM ET MORTALIVM.

mur habere ad homines. Cōtra prima facere praecepta peccatū mortale est: & contra alias ordinationes: peccatum est veniale. Quemadmodum videtis quòd rex aliqua praecipit sub poena mortis aut capitis: & aliqua sub poena temporali, vt pote argenti vel carceris ad tempus.

¶ Consideratio secunda. Quomodo in omnibus peccatis est inuenire peccatū veniale tantum.

Aliquando praeteritur praeceptū ex deliberatione: & certa sciēcia ex cōsensu expresso. aliquando non sic: sed per ignorantia: vel ex primo motu absq; pleno cōsensu. Et in hoc casu non est aliquòd ita strictū mādatum: quin aliquādo transgredi possit nō peccādo mortaliter: pro eo quòd cōsensus est id quòd principaliter facit ad peccatū. Hinc apparet q̄ non nominantur septē peccata mortalia scilicet superbia, inuidia, ira, auaricia, accidia, luxuria, gula, ideo q̄ omnis superbia aut omnis ira: & sic de alijs: sit peccatū mortale: immo sepe est veniale: sicut statim dicam.

¶ Consideratio tertia. Quando vana gloria est peccatum veniale aut mortale.

Vana gloria de se non est nisi peccatū veniale: quia opus aliquod si est vanum non est propter hoc mortale. Sed vana gloria peccatum est mortale propter vnā duarum causarū scilicet propter finē propter quē vana quaeritur gloria: aut propter materiam aut opus in quo quaeritur

vana gloria. ¶ Quātum ad primā causam est sciēdum quòd quaeri potest gloria pro altera quatuor causarum. ¶ Primo ad vitādam infamiā falsam: vt si diceretur quòd ego sum latro: bene possum cōtrarium asserere: & velle q̄ sciatur quòd ego sum alius: quamuis hoc fieri non possit sine laudatione mei. Et sic non est peccatū: solum modo non habeatur intentio corrupta siue admixta: sicut facillime contingit. Immo quandoque tenemur querere seu velle ita laudari: & est prudentia & iustitia.

¶ Secūdo laus seu gloria quaeri potest pro aliquo spiritali profectu ad gloriam dei, & ad edificationem proximi. sicut sanctus Paulus semetipsum laudauit. Et qui bene scit hoc tēpore & loco cōuenientibus facere sine alia intentione mala & admixta: magnum est meritū: non autem peccatū. Tamen difficile est quòd homines qui nō sunt perfecti & in humilitate fundati: sciāt hoc bene facere specialiter in publico. Facilius sit hoc in secreto inter amicos in colloquio: qui se mutuo diligunt deuote ac pure: & bona sua facta reuelant inuicem quandoque pro habendo consilio: aut ad dandā cōsolationem. ¶ Tertio quaeritur talis gloria propter auariciā: vel quòd habeatur maior licentia, vel via male faciendi: vel decipiendi: & sic est peccatum mortale quia finis est peccatum mortale. Similiter est per omnia. ¶ Quarto vana gloria quaeritur & laudatio pro fine aliquo: qui non est nisi veniale peccatū, sicut quando captatur aliqui leuis placencia in laudē alicuius, & hoc est peccatum veniale, nisi

VENIALIVM ET MORTALIVM.

aliud malum se admisceat. Hoc dico propter illū qui pro tēpore illō ordinare deberet laudē suā & regratiari deo, vel ad aliū profectū ad quē tenetur pro tunc: & ipse hoc obmittit. Secunda causa propter quā vana gloria esset peccatū mortale, est propter opus vel materiā per quā vana queritur doxa. ¶ Et fit hoc tribus modis. Quia vel opus est malū de se & peccatū mortale: & ibi nō est dubiū quin querere gloriā pessimū est peccatū mortale: sicuti querere gloriam de occidēdo probum hominē. de igne imposito. de rapiēdo foeminas bonas, exprobrare alteri, vel vindicādo se iniuste de altero. ¶ Aut opus de se bonū est. vt est facere eleemosynas, ieiunare, orare. Et ibi attendere oportet quomodo vana queritur gloria. Vel. s. pro fine principali: & hoc est peccatum mortale: quia secundū rectam rationē opus bonū non debet ordinari in peius opus sicut in finem principale quē admodum peccatū mortale secundum doctores est: si quis prædicet pro victu habēdo principaliter: & tamen vnū & alterū est secundū se bonū: sed ordinatio peruersa est & reuersa. Si autē gloria surrepit in dicto virtuoso opere: non quasi principalis finis aut principalis causa ad faciēdum idē opus: nō est peccatū mortale. Nihilominus cōsiliū bonū est auferendi eā: & expellēdi quantū potest: ad finē quod totū purius fiat: & ad vitandū periculū ponendi principalem intentionem in illa laudatione. Amplius etiam caueri debet istud tam in spiritualibus bonis: quā temporalibus pro tanto quod preciosiora sunt:

¶ Postremo opus bonū potest esse indifferēs: hoc est dictū quod de se nec bonum est nec malū: vt est habere tunicā nouā, diuitias aut pulchritudinē. Et in his rebus habere gloriā: de se nō est mortale peccatum. Et dico notanter de se: quia alia possunt esse pericula quæ caueri debēt: vt scilicet. si mulier quædam scit: quod per tunicas suas det alijs occasionem peccandi: aut per suū pulchrū sermonem: aut per nimis ostendēdo suam pulchritudinē: aut per bene chorifare ipsa tenetur dimittere. Quandoq; ecclesia prohibet talia opera sicut torneamēta aut choreas in certo tempore & loco. Nō dico ego cauendā omnē occasionē per quā alius peccare posset: quia fieri nō potest: sed nihil fieri debet ad hūc finē quod per stultā placētiā aut fatuū desiderium aut aliter alius peccet. Et si scitur pro certo quod datur causa alteri ita peccandi caueri debet secundum posse. Mulier enim non tenetur neq; debet deformare & defigurare se aut vestire de sacco: aut nunquā ire plus ad ecclesiam: quāquam sciat quod aliqui stulti stulte eā concupiscūt: tamē sicut dictū est displicere ei debet. ¶ Per hæc quæ dicta sunt potest sciri quando hypocrisis aut iactātia sunt peccata mortalia aut nō. ¶ Quātū est de inobediētia aut de iudicādo aliū: speciales faciā cōsideratiōes. Et de cōtēptu & dedignatione & superbā quæ habetur erga deū: sicut luciferi & pharisæi. ¶ Consideratio iij. Quandoq; superbia est in peccatum mortale aut veniale.

Superbia erga deum haberi potest per hoc quod putatur haberi gratia

DE COGNITIONE PECCATORVM.

quàm quis non habet: aut per hoc q̄ quis putat eam aut vult habere de seipso. s. per suã sapiētiam aut fortitudinē, aut pulchritudinē. Aut per hoc q̄ putat eã bene meruisse erga deũ, quasi deus ita teneatur facere: & quòd aliter faciēdo iniuste faceret. Aut per hoc q̄ quis putat & vult habere gratiam à Deo quasi pro se solo: & de hoc ipse superbit, sicut peccauit pharisæus qui reddebat gratias deo de bonis suis. quòd bene factum est: sed in hoc ipse deiiciebat quòd gaudebat q̄ alij nō habebant illa vt publicanus. ¶ Et hoc signum erat q̄ putabat clare quòd bona sua essent de se: nō autem de deo solummodo. Alias enim nō se plus glorificasset quàm si bona illa fuissent in alio. In tribus vltimis casibus superbia semper est peccatũ mortale: si assit deliberatio & plenus cōsensus: quēadmodũ semper intelligo quādo de peccato mortali loquor & ante & post. In primo casu est præsumptio quæ potest esse peccatũ veniale solum. Solũ dico quādo ipsa contingit per ignorātiā: aut ipsum putare non est certũ neq; affirmatũ. Exēpli gratia. Aliquis potest cogitare q̄ cōfessus sit, aut bene poenituerit: quia scilicet ad hoc satis bonas habet apparētias: quāquàm forte non sit ita. Est itaq; securius non se simpliciter asscurare in talibus, quin semper habeatur rationalis timor diuinorum iudiciorũ & humana fragilitatis. Et in hoc peccauit sanctus Petrus: qui tenebat q̄ moreretur pro Christo Iesu: & plures alij cōformiter: qui putant q̄ contra tentationes mirabilia facerent. ¶ Est etiã bene considerādum &

aduertēdũ in hoc peccato & in alijs: quòd scilicet aliquando recte iudicatur, & dicitur q̄ omnia habeantur à deo: & sine ipso nihil valeret: & tamen totũ fit in contrariũ: pro eo q̄ voluntas nō iudicio rationis conformis sit. Et dici potest talibus quòd ipsi seipso proprio ore condēnant. Si enim dicit q̄ totum habes à deo: cur gloriaris tu & despicias aliũ ac si de te ipso haberes. Hoc aperte videmus in luxuria: quia homo iudicat: & bene scit q̄ talis res est peccatum & tamē facit. Nitēdum est itaq; quòd ratio & voluntas semper sint cōcordes in bono: & totum prosperabitur.

¶ Consideratio. v. Quando iudicare alium est peccatum, & quale.



Iudicare alium venit de superbia. potest autem hoc iudicium fieri de operibus alterius: vel de ipsa mer persona. Et hoc fit duobus modis. Vno modo per certitudinē. altero per præsumptionem leuem solummodo & suspitionem. ¶ Iudicare alium firmiter esse malum erga Deum & iuste dānandũ peccatum est mortale contra bonitatem spiritus sancti: quia in vno momēto spiritus sanctus potest hominem facere bonum: sicut Paulo fecit, Mariæ magdalene, & multis alijs: & potest homo eadē hora poenitere. Est que stultum & iniustũ iudicare de hoc quod nescitur: quod citius iudicari debet ad bonũ quàm ad malum. ¶ Iudicari de operibus, potest esse quādo opera de seipsis sunt talia q̄ quocunq; modo ipsa nō potest bene fieri. nec per bonã intētiōnem nec alio modo. Et ibi potest bene pro

VENIALIVM ET MORTALIVM.

certo iudicari quod sunt mala: & quod alter male fecit. Si opera sunt indifferentia: vel talia quod possunt bene & possunt male fieri iudicare pro certo quod mala sint: nisi aliter appareat: est peccatum mortale: quia tam cito: immo citius iudicari debet bonum quam malum quando fieri poterat bene. ¶ In hoc tamen casu & in alijs haberi possunt sine mortali peccato aliquę suspensiones & iudicia leuia: quanquam bonum sit eas cauere. Et caueri debet bene ne in tali casu quod malum loquatur: aut diffamet alium per tales leues presumptiones: & specialiter in affirmando eas plus iusto: aut contra bonum alterius. Sicuti ad faciendum mori hominem: conuenit certissimum habere iudicium: & similiter in exulando siue relegando extra patriam hominem: vel in auferendo sibi bonam suam famam notabiliter. In quo tamen damno non est tale periculum. ¶ Secundum ea que hic & prius antea dicta sunt: sciri potest quando habere dedignationem de proximo est peccatum mortale aut non: & etiam per ea que dicentur de inuidia & ira. ¶ Et sciendum quod iudicare suos superiores: multo peius est quam de alijs.

¶ Consideratio. vi. Quando contemptus superiorum est peccatum & quale.

Contemptus seu despectus superiorum & per hoc non obedire: est speciale peccatum superbia. Et est semper mortale quando ex certa scientia fit transgressio mandatorum suorum superiorum principaliter: & solummodo pro eo quod ipsi hoc preceperunt: & ibi proprie est contemptus. Aut quando non reputantur: nec fit vis de preceptis

eorum: ac si ipsi hoc non precepissent & per hoc non obeditur. Quando tamen transgressio fit mandatorum a superioribus datorum pro aliqua fragilitate aut pro alia causa: non est hoc nominandum peccatum per contemptum. Et hoc est valde considerandum specialiter inter religiosos & generaliter erga omnia precepta facta per homines: non per deum sine medio. Saepe enim transgredi ordinationes eorum & regulas: non est peccatum mortale. Et dicere aliter esset minus durum. Sed tamen quando contemptus accidit qualis dictus est: non erit excusatio mortalis peccati. ¶ Hoc in loco scire debetis quod non tenemur obedire superioribus nostris: nisi in casibus in quibus ipsi sunt nobis superiores: & in quibus Dei ordinatione, aut nostra voluntate nos eis submissimus. Quia si episcopus meus preciperet ingredi religionem: ego nisi vellem non facerem: nisi publicum fecissem peccatum per quod hoc meruissem. Similiter dico de abbatibus. De dominis temporalibus. de patre & matre.

¶ Consideratio. vij. Quando inuidia est peccatum & quale.

Inuidia de se est peccatum mortale quia contraria est charitati: quia de bono dolet alieno, & gaudet de malo. ¶ Tamen considerandum est quod inuidia aliquando surgit ex motione naturali quemadmodum aliqui ex natura sua corrupta sunt inuidi: sicut videmus inter canes. Et similiter de alijs vitijs: & talis modus inuidiae non est peccatum: quia non

DE COGNITIONE PECCATORVM.

est in nostra potestate. Et similiter dico de omnibus moribus quos à natura habemus. Et hoc intelligitur quando consensus non iungitur. ¶ Secundo inuidia surrepit per deliberationē quandā, non tamen perfectam nec plenā seu cōpletam. Et hæc appellatur primus motus quando nō auferitur quā cito quis facere posset: quāquam auferatur antequā habeatur plenus consensus & incipit displicere: & hæc nō est nisi veniale peccatū. Et similiter est in omni peccato generaliter. ¶ Tertio dolor de bono alterius potest contingere sine inuidia: videlicet quando dolor huiusmodi ideo est: quia tale bonum euenit ad damnum alterius bonæ personæ: aut populi qui non demeruit: vti si malus habeat potestatem grandem per quam mala faciat: potest haberi tristitia pro eo quod tale habeat potestatem. ¶ Quarto dolor ille de bono alterius accidit ex voluntate deliberata & certa sciētia sine causa bona: & hæc est semper peccatum mortale. ¶ Per hoc bene possumus scire quando detractionis est mortale peccatū aut nō. Detractionē dico de altero maledicere per odiū vel inuidiā. Quia maledicere de alio pro fine bono: ad cauendum ne faciat malū: aut causa officij facere vel dare testimoniū veritati nō est peccatum nisi alia mala voluntas non admisceat. Et si hoc fit solum pro facilitate loquēdi sicut sæpe contingit: & malū quod dicitur non cedit ad magnū damnū posset esse tale, quod facilitas loquendi nō excusaret: quia cauenda est leuitas dicendi quādo ad damnum grande alterius cedit.

¶ Conformiter videre possumus quando desiderare alterum aut maledicere peccatū est mortale aut non: secundū malū quod inde venit & intentionem facientis: & irā quam alter inde suscipit: aut potest recipere verisimiliter aut rationabiliter.

¶ Consideratio. viij. Quando ira est peccatum & quale.

IRa de se est mortale peccatū: quia ira est desiderium vindictæ & male volendi alteri: quod est charitati contrarium. Tunc sicut in præhabitis, ita & hic debet considerari quod quādoque ira accidit per bonā causam & ad bonū finem: quod fit quando quis irascitur propter vitia: non autem contra personā. Et sic etiā irasci debemus contra propria vitia & contra aliena quilibet iuxta se & secundū statū suū. sicuti iudices qui debēt punire malos de suis malefactis. Et quilibet tempore & loco debet se opponere aduersus mala quæ videt fieri: siue per preces siue per bonas exhortationes aut per similes modos. Ira aliquando non est nisi parua aut nulla affectio amoris erga alium: vti quando nō desideratur ei nec bonum nec malum: & est hic defectus aut diminutio charitatis. Nec est peccatū mortale nisi quando proximus videtur in extrema necessitate: quia tunc adiuuandus est sub poena mortalis peccati si fieri potest. ¶ Quandoque ira non accidit nisi ex complexionē naturæ sicut homines antiqui & melancolicisunt de sua natura iracundi: & ira talis non est peccatum. ¶ Ira quādoque ve

VENIALIVM ET MORTALIVM.

nit per subitū motum & imperfectā delib-
 erationē, non est nisi veniale peccatum.
 Sed si venit per consensionem perfectam:
 peccatū erit mortale. ¶ Nihilominus ira
 nō dicitur quādoque desiderii vindi-
 ctæ: sed est quædā impatiētia de factō alterius:
 absque hoc quòd desideretur ei malum:
 hoc nō est proprie ira: nec est mortale pec-
 catum: si impatiētia non sit talis quòd ex
 toto impediatur rationē & operationē alio-
 rum bonorū. ¶ Vltius cōsiderandū est
 quò potest bene desiderari quòd malefa-
 ctum alterius puniatur per iustitiā & per
 iudices ad hoc ordinatos, & ad finē quòd
 quis gaudeat iure suo: & hoc nō est pecca-
 tum: tātum se non admisceat mala volun-
 tas: hoc est quòd nō plus desideretur dam-
 num alterius: quā recuperare iura sua.
 Et secūdum hoc quòd dictum est iudicari
 potest: quando minari vel vilipendere alte-
 rum per iram: est peccatū mortale: aut nō
 secūdum scilicet quòd per talia facta reci-
 pitur vindieta & nocetur pximo. ¶ Etiā
 quomodo maledicere alteri per delibera-
 tionē imprecādo & optādo ei malū: gran-
 de est peccatum. Et quomodo etiam blas-
 phemare, despiciere, ac denegare deum: &
 sanctos & sanctas eius causa iræ suæ: est
 blasphemia & villanū mortale peccatū: si
 persona tūc scit aut scire debet hoc quòd
 dicit & facit. De iuramentis dicitur in se-
 quentibus.

¶ Consideratio. ix. Quando acci-
 dia est peccatum & quale.



Accidia ex se nō est mortale pecca-
 tū quia nō dicit nisi tediū bona spi-

ritualis: sicque nō est nisi diminutio seruo-
 ris charitatis. ¶ Si tedium hoc est de bo-
 no spiritali laborioso: tunc est naturale.
 Natura enim refugit laborem: & hoc non
 est peccatum: quia motus iste non est in
 nostra potestate: & si consentitur tali mo-
 tui ad huc non est nisi veniale peccatum.
 Pro generali quippe regula q̄ consensus
 ad id quod solūmodo est veniale peccatū:
 non est nisi veniale peccatum. ¶ Sed si te-
 dium est tale quòd per ipsum obmittitur
 fieri hoc, ad quod quis tenetur per præce-
 ptum: clarū est q̄ ibi est mortale peccatū.
 ¶ Aut si tediū est tale q̄ displiceat etiā vi-
 uere: ac per hoc cadat quis in desperatio-
 nē sicut faciūt hi qui seipso occidunt: pec-
 catū est mortale. ¶ Penes hoc considera-
 ri potest quādo accidia dicēdi horas & au-
 diēdi missam: peccatū est mortale aut nō.
 Quia si quis tenetur dicere aliquid per præ-
 ceptū aut per votū & per accidiā obmitti-
 tur: peccatum est mortale. Si tamē pars di-
 mittitur vel obmittitur parua: vel si fient
 aliqui leues defectus per hoc q̄ non bene
 attenditur: nō oportet dicere q̄ semper sit
 mortale peccatū. Et quāuis bonū sit attē-
 dere: tamen si quis de certo proposito nō
 impedit se ab attendendo: faciendo aliquid
 quod totaliter auferat intētionē: siue hoc
 fiat per cogitationē siue per opus nō oportet
 reincipere: nec est mortale peccatum
 quāuis de alio cogitetur. Sed si per certam
 deliberationem in dicendo horas quis per-
 cipit se impedire ab attentione: & ita vult
 remanere ita se impediri: cogitur reinci-
 pere: quia sic soluēdo nō quitatur quis. quip

DE COGNITIONE PECCATORVM.

pe quia tollitur bonū propositū quod in principio habebatur ad seruiendum deo. Est q; sciendum q; quælibet persona christiana de rationabili ætate debet audire missam dominicis dieb; & festis præceptis: nisi habeat excusationē rationabilem: secundū ordinationem & cōsuetudinem patriæ vbi ipsa est, & quam prælati volunt & ordināt & sufferunt & permittunt.

¶ Consideratio. x. Quando auaricia est peccatum & quale.

Auaricia est inordinatus appetitus habēdi aliquid. & hoc fit quādoq; in retinēdo. quādoq; in acquirēdo. quādoque in desiderādo. ¶ Aliquid desideratur quinq; modis. Primo bonū alteri; & taliter q; auferetur si fieri posset: & ibi est peccatū mortale: quia est furtū cogitationis. Secūdo desideratur aliquod illicitū per certā sciētiam & deliberationē cōpletam: vti scilicet aliquis nō dignus desiderat præpositurā: aut esse iudex. De quo sentit aut sentire debet q; ad hoc est indignus, & ibi est mortale peccatū. Tertio potest appeti bonū alterius vel res nō licita per voluntatē nō absolutā sed sub cōditione expressa vel intellecta, vt dicēdo vellē hoc: vel hoc si possem habere absq; offensione dei aut sine damno alterius, vel si essem dignus. Et hoc nō est peccatū: vel est veniale peccatū. Nec oportet q; semper cogitetur cōditio, sufficit q; intelligitur. Est etiā intelligendū quod per tales optationes aut desideria non obmittatur fieri hoc q; quis facere tenetur de bonis aibi: & ne generentur in corde mali motus qui postea auferri non

possint: sicut contingit in isto peccato auaricie, & plus in peccato luxuriæ: quia in tali casu potest esse mortale peccatum.

¶ Quarto desideratur res non necessario & superfluitas per desiderium nimis ardēs: & tale quod mens impeditur totaliter ad cogitandū de propria salute: & ibi est cupido vel sollicitudo pessima: quæ est in euangelio prohibita: & est peccatum mortale.

¶ Quinto desideratur per amorem nimis magnū: nec tamē talē quod quis vellet offendere vel obmittere ad cogitandum de propria salute: & ibi est peccatum veniale. Et potest amor sic esse tēperatus quod nō erit peccatū: immo meritū secundū bonū finē intentū. ¶ Auaricia in acquirēdo est multis modis. Acquiritur enim aliquādo per iniusticias & fraudes & vias illicitas, & ibi est peccatū mortale: quādo ars qua acquiritur est peccatū mortale. sicut in per iurādo aut transgrediēdo mādata dei: sicuti est de stultis mulierculis vti est de vsurarijs & falsis mercatoribus qui mentiuntur & iurant suas merces alias esse quā sunt: vti in ludis prohibitis. Quēadmodū etiā quādo obmittitur fieri debitū diebus dominicis de audiēdo missam pro mercando nisi aliud excuset: vti esse potest in aliquibus casibus. ¶ Acquiritur aliquando per media quæ nō sunt nisi venialia peccata: vt per verba otiosa & iocosa & mēdacia ad risum dominos prouocantia: & potest esse ibi sapius veniale dū taxat peccatū. Et si aliqui facerēt sicut fistulatores aut ioculatores: aut sicut qui similia exercēt ad lucrandum vitæ necessaria. quia aliā artē nō sciunt:

VENIALIVM ET MORTALIVM.

non auderē dicere q̄ essent extra statum salutis. Quia domini ad auferendum eorū melancolias q̄ eis superueniunt, occasione magni oneris quod portāt: capiūt inde solaciū & deductionē in talibus rebus: & aliquando etiā populus. ¶ Hic posset audacter sermo fieri de mercātijs quādo peccatur in eis, & quādo nō: & de modis cōmittēdi vsuras. sed causa breuitatis trāseo illa faciliter ad præsens. ¶ Auaricia est in retinendo: quia si retinetur alienū sciēter & contra placitū eius cuius res illa est: taliter q̄ si ipse sciret nō sibi placeret: & nō habetur volūtas restituendi tēpore & loco. Sed si res talis est & istiusmodi hominis: q̄ certā habeo cōfidentiā q̄ ille cuius res est nō haberet displicentiā q̄ ego haberē: & me cū illa iuuarē. Vel q̄ ad præsens nō habeo cōmoditatē restituēdi sine aggrauatione magna: & alter de hoc non damnificatur granditer: & habeo voluntatē restituendi tēpore & loco: ibi nō est in retinendo peccatū mortale. ¶ Secundo retineri potest id quod necessariū est pro se & pro suis se cūdū quod requiritur ad statū & dignitatē & alia quæ iuste exercentur & habentur: & hoc non est peccatū. ¶ Tertio retinetur superflua & quæ nihil proficiūt ad necessitatē & ad statum hominis: & ibi sæpe est peccatū mortale: & specialiter quando hoc fit per ardēs desideriū habendi vel acquirēdi, quod satiari non potest. Et huius signum est q̄ plus eligitur q̄ res putrescat & vastetur: quā quod tradatur ad vsū & fructū. Sed tamen amor retinēdi talia nō necessaria potest esse ita paruus:

quod non erit nisi peccatū veniale. Et specialiter si tunc non occurrat vel cōpareat paup̄ qui sit in periculo mortis nisi ei succurratur: quia tunc tenetur aliquis iuuare proximū tā de superfluis quā de his quæ sunt necessaria ad statū: non autē de his quæ sunt necessaria simpliciter ad victum: quia melius debeo me amare & vitā meā quā alterius. Et tibi datus est generalis regula quādo dari debet elemosyna sub poena peccati mortalis: tūc, scilicet quando videtur alius in periculo mortis: nec videtur quomodo ei succurratur per alium. Tunc enim tenetur quis occurrere sub poena peccati mortalis: si facere potest sine periculo tali in quo alter est: quod nominatur extremæ necessitatis.

¶ Consideratio. xj. Quando gula est peccatum & quale.

Gula est desiderium aut appetitus deordinatus in manducando. Et est de se veniale. Et potest euenire quinque modis. Aliquando appetitus est solum ex natura quando naturaliter desideratur manducare & bibere: quādo fames aut sitis habetur: & in hoc non est peccatum: nec in delectatione quæ naturaliter est in manducando: quia hoc non est in nostra potestate. ¶ Secundo ultra desiderium hoc iungitur quandoque desiderium voluntarium & placētia in delectatione: & ibi est peccatum veniale. ¶ Tertio quando fit trāsgressio alicuius mandatorū dei vel ecclesiæ: sicut ieiuniorū statutorum per regulā sine causa rationabili. Quando tamen persona granditer se grauaret in ieiunando. s. vel

DE COGNITIONE PECCATORVM.

propter eius senectutē vel infirmitatem: aut nimiā iuuentutē, aut propter laborē qui est ei utilis & necessarius. vel quia nō habet vnde pascatur vna vice: aut quia habet infantem quem lactat & nutrit. In casibus istis & similibus non tenetur persona ieiunare. immo peccaret aliquādo si ieiunaret quā aliquādo grauaret naturā suā & complexionē nimis. ¶ Quarto quādo tale placitū habetur in māducādo q̄ praeponitur diuino amori. hoc est dictū q̄ potius fieret trāsgressio mandatorū dei, quā q̄ abstineretur à māducādo: & ibi est peccatū mortale. sicut si aliquis propter suam gloriosum manducare vult rapere alienū: aut nō vult ire ad ecclesiā quando ad hoc tenetur: aut quādo sciēter obmittit facere aliquod mādatorū Dei: propter nimiā suā repletionē aut inebriationē. ¶ Et hic scitur quādo ebrietas est peccatū & quando non. Quia si quis cadit in ebrietatē fortuito per potationem maiorē, quā sit rationale: vel fortius vinū quā putauit, peccatū est veniale. Si autē persona bene percipit & vidit & scit malū quod accidit ex inebriatione: & nihilominus per gulositatē inebriat scilicet: ipse peccat mortaliter. & similiter facit ille qui aliū per maliciā inebriat. aut pro inebriati malo. s. vel ad decipiēdū: vel ad infamādū. ¶ Est q̄ cōsiderādū q̄ si persona tenetur p̄ votū: aut per generale p̄ceptū ecclesiā: aut p̄ poenitentia ieiunare. & accidit sibi vnū aliqd̄ de supra memoratis impedimētis p̄ q̄ grauaretur: bonū est q̄ petat cōsiliū de nō ieiunādo à suo p̄lato: vel ad minus à suo cura-

to: aut cōfessore si cōpetenter fieri potest: & requiri ad habēdā maiorē securitatem. ¶ Consideratio. xij. Quando luxuria est peccatum & quale.

Luxuria de se est contra mandatū Dei. Et fit multis modis. Quia aliquādo non est in primo motu cogitationis & ibi est peccatū veniale: quia consensus nō est perfectus. ¶ Secundo potest haberi cōsensus ad delectationē q̄ est in opere luxuriā quod est peccatum mortale: & ibi est peccatum mortale. Et similiter accidit in alijs peccatis: vt aliquis posset tātum delectari in cogitando quomodo suus inimicus habet magnum dolorem aut infortunium quod peccaret mortaliter: posito quod hoc maleficiū non vellet facere suo inimico. Similiter persona potest cogitare de delectatione quā habēt illi qui peccant per luxuriā: & in hoc habere beneplacitū per deliberationem perfectam q̄ peccabit mortaliter: posito q̄ nolit tale opus facere. Aliud esset si quis acciperet delectationē in his q̄ de se non sunt nisi veniale peccatū: quia consensus in peccatū veniale nō est nisi veniale peccatū. ¶ Tertio potest haberi cōsensus ad opus carnale extra matrimonium: & ibi est semper peccatū mortale. ¶ Quarto aliquādo nō solum tenetur mala volūtas in corde: immo etiā nutritur ipsa à foris in vidēdo, & loquēdo, vel tangēdo se vel aliam personam: & ibi semper est mortale peccatum: sicuti voluntas ex qua sequitur opus: est peccatum mortale. Ecce videtis quot peccata mortalia fiunt saepe quando tenemur mala vo-

VENIALIUM ET MORTALIUM.

luntas: & specialiter in choreis, & in alijs incunctitatibus seculi. Aliter dicendum foret si non habeatur mala voluntas ab intus: quia videre pulchritudinem mulieris fieri potest sine peccato: vel quòd nō erit nisi peccatum curiositatis. Debet etiam cauere persona: foemina dico: quòd non det causam peccādi alteri per visum: aut transitum suum, aut sermonem, aut tactum: quia ibi esset peccatum: posito quòd non vellet peccare carnaliter: quia etiam cauere debent pericula quæ eueniunt per malos motus qui inde exurgunt. Quinto cogitari potest de peccato carnis ad confitendum vel ad cauendum: vel solum per conditionem: dicendo si non esset contra mandatum dei: talis res fieret: aut talis: & ibi sæpe non est peccatum: vel non est nisi veniale. Sed tamen quòd caueatur malus consensus contra mandatum dei: & quòd talis cogitatio non inflammet se nimis. De hoc peccato scripsi diffusius alibi in vno tractatulo nominato speculum animæ.

¶ Consideratio. xiiij. De mendacio & quale peccatum est.

Mentiri ad damnum magnum alterius est peccatum mortale. Mentiri per iocum aut ad vtilitatem suam vel alterius sine damno alterius: est peccatum veniale. ¶ Et sciendum quòd bene potest celari aliqua veritas sine mendacio & sine peccato. Sed tamen omne mendacium est malum & peccatū: quia fit abusus loquelæ quæ ordinata est ad hoc manifestandū quod est in corde: & principaliter propter hoc: quia si daretur licentia mentiēdi

sine peccato: destrueretur tota fiducia societatis quæ est inter homines: quia nesciretur quando veritas diceretur & quādo non: ex quo mentiri posset licite in aliquo casu. Quantum ad opere bene potest fieri aliquid ad aliam intentionem quàm ad eā ad quam accipiunt videntes ad celandum se in certis casibus: sicut faciūt qui insidias aptant & faciunt in bellis.

¶ Consideratio. xiiij. De iurando & quādo est mortale.

Vrare falsum scienter: in omni casu est peccatum mortale: siue in rebus serijs, siue in iocis. Sed si per inadvertentiam aut facilitatem loquendi periuratur: potest esse veniale peccatum: quāquā mala consuetudo nō excuset eos qui per ipsum periurant. Ibi vides quā grande malum est assuescere se iurationibus. Et accipitur iuramentum ad intentionem eius cui fit: & secūdum vsum communem intelligendi: quia qui arte iurat falsum arte periurat. Et quantum ad iuramentum de futuris: persona statim periurat: tunc cum habet voluntatem firmam non implendi: vel quia non complet de facto.

¶ Consideratio. xv. De correctione fraterna.

Nos tenemur sub poena mortalis peccati corrigere bonis sermonibus vel aliter nostrum proximum, quando scitur quòd male facit: & certum tenetur quòd per illam correctionem quæ ei fiet ipse se continebit: & aliter non. Sed si estimatur quòd nihil proficiatur: & quòd forte peius faceret vel persequeretur: vel

DE COGNITIONE PECCATORVM.

odiretur is qui tale instrueret: tunc nō tenemur proximum corrigere: nisi si mus iudices: vel publica officia habētes: quia esto quōd malefactor irascatur aut nō: ipse est puniendus: nisi esset quōd forsitā propter hoc maius malum adueniret reipublice & bono communi. Et intelligitur etiam hoc quando publica sunt peccata.

¶ Consideratio. xvj. Quando facere contra conscientiam, est peccatum mortale aut non.



¶ Væcunq; persona quæ firmā habet cōsciētiā de aliquo q̄ sit peccatū mortale: & in illa conscientia ipsa hoc facit peccat mortaliter, quātūcūq; res illa sit nō mala. Sed tales falsæ conscientiaæ sæpe refutari debēt: & auferri ad iudiciū magis sapientū. Et est intelligēdū quādo dicitur de cōsciētia firma: quia propter quasdam faciles dubitationes q̄ habētur: & quas nō est facile auferre quādoq; nō oportet q̄ hoc quod dictum est habeat locū. Ex quo habetur fortior conscientia ad contrarium.

¶ Consideratio. xvij. Quando de duobus malis minus est eligendum.

¶ Quotiescunq; per suum factum aliquis cadit in tales laqueos: q̄ effugere non potest absque peccato: tunc debet obmittere & cauere: ne faciat id quod de se est peius. Quemadmodū si quis iurasset occidere alium: ipse debet non tenere suū iuramentum & non occidere alium. Et si militer dico de omnibus iurationib; & de omnibus minis: promissionibus: & votis puer q̄ peius fieret ea seruādo quā obmit-

tendo propter superueniētes casus fortuitos: vel quia facta sunt stulte & improuide.

¶ Consideratio. xvij. Quando ignorantia est peccatum & quomodo.



¶ Ignorātia accidere potest: aut p negligētiā nō volendi apponere laborē ad sciēdū id qd̄ debet sciri: aut finem q̄ liberius peccetur & iocundius. Et istę ignorantia non excusant peccatum immo aliquando grauius efficiūt. Alia ignorantia quādo quis fecit suam diligentiam secundū statum suum & suū intellectū ad sciēdū id quod sciēdū erat: & tamen non scit totū hoc quod expediuit sciri ad suū statum. Et talis ignorantia excusat ex toto peccatum: sicut ignorātia facti. Si aliquis putaret manducare pisces in sexta feria: & dantur ei carnes in similitudine piscium: talis manducando non peccat nisi aliter sciat. Et similiter in pluribus casibus: quia ignorantia de se nunquam est peccatum: sed negligentia & contemptus sciendi facit peccatum.

¶ Consideratio. xix. De confessione multa documenta.



¶ Nos tenemur confiteri postquā peccauimus mortaliter: tātūmodo in casibus quæ sequuntur. Videlicet vna vice in paschate propter ordinationē ecclesie. Secundo quando recipi debet sacramentum eucharistia: & secundū quosdā omnia sacramenta baptismo excepto. Tertio quando quis est in periculo mortis: secundum verisimilē coniecturā & humanā dubitationē: sicuti in periculo grauis infirmitatis, aut belli, aut maris. Quar-

VENIALIVM ET MORTALIVM.

to quando habetur cōfessor qui absolue-
re potest de peccatis: & putatur siue credi-
tur q̄ nunquā habebitur nisi forte tūc: vt
accidere potest in casibus prælatis reserua-
tis. Quinto quando firmā habet quis con-
sciētiam quā nō deponit q̄ debet cōfiteri.
Et est hoc intelligēdum quādo haberi po-
test presbyter talis qui possit absolvere, &
qui nō sit qui cōfessionē reuelet: nec hor-
tetur cōfitemem sibi ad malum faciendū.
Quia in tali casu fieri debet, ac si non ha-
beretur talis sacerdos: etiam si esset ipse
proprius curatus. Et quanuis materia ista
de confessione sit bene utilis ad diu tractā-
dum: tamen ego breuiter transeo dicēdo
ea quæ sequuntur. ¶ Primo de peccato ve-
niale nemo tenetur confiteri: quanuis sit
benefactum & perfectio. Et similiter dico
de circumstantijs & conditionibus quæ de
se non sunt peccata mortalia. ¶ Item ce-
lari debet peccatum alterius confessione,
sicut confitens velle quòd celaretur suum
peccatum: & non debet obedire confesso-
ri qui hoc vellet inquirere: & specialiter
si non sciretur bene: quòd confessor vellet
perficere alteri & nullo modo nocere: si-
cut fit quandoque ad trahendum alium
à suo peccato singulariter extra confessio-
nem: nisi forte in casu quo proprium pec-
catum dici non posset presbytero cui-
que sine accusando. ¶ Item qui non ha-
bet contritionem: hoc est propositum &
desiderium abstinendi à peccato: talis non
absoluitur: & debet postea integre confi-
teri: & etiam de illa fictione se simulasse:
scilicet quasi habuerit bonam contritio-

nem. Et secundum aliquos sufficit quod
non habeatur præsens voluntas peccandi.
¶ Item bonum est breuem facere confes-
sionem: sine faciendo longum processum
& sine dicendo longam quasi fabulam.
Sufficit quòd confessor sufficienter intel-
ligat hoc quòd confitens fecit, & q̄ obmit-
tatur id quod ad grauitatem peccati non
pertinet: Et specialiter hi qui sæpe confitē-
tur auisare debent hoc de quo habent spe-
cialiter conscientiam & hoc ipsum dice-
re: & residuum in generali & breuiter: nisi
forte aliter fieret ad habendum cōsilium
aut consolationem. ¶ Item cōtigit quòd
aliquis ignorat de aliquibus factis. Vtrum
faciat vel non. Nec etiam scit vtrum mor-
taliter peccat aut non, & in tali casu po-
test confiteri sub conditione dicēdo. Ego
dubito de tali facto: aut de modo facti:
aut de intentione: pro quanto ego pecca-
ui ego confiteor: quia in confessione men-
tiri nemo debet, nec affirmat hoc de quo
est dubium. Tamen bonum est & secu-
rum de talibus poenitere, ac si quis certus
esset. ¶ Item si quis sentit se per frequen-
ter confiteri quòd minorem ex hoc ha-
beat deuotionem occasione consuetudi-
nis, talis debet abstinere ad aliquod tem-
pus. Et similiter dico de recipiendo sacra-
mento corporis domini nostri Iesu Chri-
sti. Sed qui se sentit proficere ex hoc ma-
gis & magis: & habere maiorem conscien-
tiæ pacem: potest omni die confiteri &
omni die communicare. ¶ Item nemo
præsumere debet quòd possit aut sciat se
ponere in statum talem per diligentem

DE COGNITIONE PECCATORVM.

confessionē: quin semper inueniat de pul-
uere defectum venialium: quia in ipsamet
confessione peccatur venialiter. Itaque in
vacuum talis fatigaret se: qui nimis vellet
de talibus defectibus confiteri & circa eos
immorari. Quia etiā quitatur homo mul-
tis alijs modis quā per confessionem: vti
est dicere pater noster. aut percutere pe-
ctus suum.

¶ Consideratio. xx. De peccatis qui
fiunt in mercantijs.

N mercantijs caueri debent ali-
quæ conditiones specialiter. Vi-
delicet quod nihil iuretur ab a-
liquo, nisi quod tenere velit, &
nisi teneatur quia aliter periuratur: & pec-
cat mortaliter qui sciēter facit. Et est hoc
dura res pro nostris mercatoribus de Fran-
cia. ¶ Item quod vitetur mendacium (&
specialiter ad damnum alterius) in laudan-
do suo merces multo plus quā iudicētur
esse laudandæ. ¶ Item si in mercibus suis
venialibus sunt magni defectus qui sciri
non possunt aut præcipi: siue recipiendo si-
ue tangendo: non debent celari nec vendi
debent: ac si prædictos defectus non habe-
rent. Aliter enim fieret deceptio alterius
grandis: & aliter quā quis rationabiliter
vellet quod sibi fieret. ¶ Item quod pro
mercantijs suis quis non perdat seruicium
dei ad quo tenetur per præceptum dei &
ecclesiæ: & specialiter secūdu patriæ sciunt
& sustinent. ¶ Item quod custodiatur bo-
na fides secundum quod merces constite-
rint & pro quanto vēdi possunt, saluo suf-
ficiēti lucro secundum labores factos &

secundum tempus quod currit. Et quod
propter simplicitatem alterius aut bonam
fidem non fiat ei peius. ¶ Item quod nō
vendatur carius ad credulitatem quā ad
argentum. Nisi forte haberetur damnum
magnum in non habendo argētum. Et in
casu isto & in omnibus similibus debet ho-
mo suam examinare conscientiam. Quia
si iudicat quod plus diliget pecuniam suā
vel etiam minorem: quā expectare, &
plus habere propter damnum quod reci-
piet ego teneo quod rationabiliter potest
vendere carius secundum damnum quod
scit aut intelligit se habiturum. Propter
quod in multis casibus sciri potest quan-
do erga deum fit vsura & quando non:
quia intentio est quæ facit peccatum erga
deum quicquid sit de iudici ad homines.
Propterea si quis carius vendat ad credu-
litatem siue expectantiam, & propter hāc
causam non vellet statim solui: vsura est.
¶ Item ad cauēdum periurationes & mē-
dacia & alia peccata: ego consulo seruari
consuetudinem quorūdam bonorum &
fidelium mercatorū: hoc est non sufferre
suas merces: sed eas vendere ad vnum ver-
bum. Et quando videbitur hāc consuetu-
do citius & breuius emetur & fiet placi-
tum deo.

¶ Consideratio. xxj. De bona fidei
nostræ credulitate.

Quilibet homo qui habet rationem
& discretionem: debet per expres-
sum credere articulos nostræ fidei: & veri-
tates quæ ei communiter prædicantur &
annūciantur tam per vsum sanctæ eccle-

VENIALIUM ET MORTALIUM.

fiat: uti est in colendo festa & auctores approbatos & per suum curatum. Sicut est quod est vnus solus Deus in tribus personis: qui omnia creauit: & qui habet iustum & sapiens regimen totius mundi. Et conformiter de alijs articulis & veritatibus. Nec debent simplices homines magnas facere inquisitiones de talibus veritatibus: sed eas credere humiliter: quia pessima superbia est non velle intellectum suum submittere ad credendum: & se inclinandum in id quod deus præcepit. ¶ Contra hoc faciunt illi qui murmurant de hoc quod deus facit vni & non alteri: ac si sit iniustus: aut nesciat quid faciat. ¶ Contra hoc faciunt sortilegi & sortilege. Et si eueniat quod inimicus tibi afferat vel mittat tibi fantasias & cogitationes contra aliquas veritates fidei: & tu sentis quod eas repellere non potes: non reputes & contemne eas: tantum cura quod bonum habeas desiderium & voluntatem credendi id quod credendum est: & secundum quod teneris. Et ista bona voluntas reputatur tibi pro facto: & erit tibi meritoria. Ne hoc dico quin etiam rogare debeas Deum: quod libereris de tali tentatione: & etiam haberi consilia sapientum. Quanquam frequenter non sit aliud consilium: quam quod dixi sicuti alia vice planius scripsi de tentationibus blasphemiarum. Et sicut fuit dictum sancto Antonio qui aliquando posuerat se ad pensandum diuina iudicia: quomodo vnus est bonus: alius est malus. quomodo tot & tanta est quantitas damnandorum respectu saluandorum. Et similiter de alijs iudicijs

dei. Et tunc dictum fuit ei. Antoni antoni dete cogita: & Deum dimitte conuenire cum suis creaturis. Satis enim sapiens bonus & potens est: ad faciendum id quod faciendum est: etiam absque hoc quod tu doceas eum aut introeas secreta eius: sicuti ei decebatur: fac bene & bene habebis.

¶ Consideratio. xxij. De excommunicatione: & de remedio eius.



Va libet persona: quæ scienter se permittit excommunicari: & non apponit quam cito potest remedium pro sua absolutione: ipsa peccat mortaliter pro contemptu sui prælati: & cum hoc perdit bona quæ sunt in sancta ecclesia: quod est perditio horribilis. Et est hoc intelligendum vsque quo poeniteat & confiteatur, & habeat suam absolutionem ad minus à Deo. Quod tunc fit quando quis ab ecclesia excommunicatus est: nec potest conuenienter apponere remedium ad habendam suam absolutionem: ita statim & in clamat misericordiam à Deo. Et est expulsus habendi partem suam de bonis quæ sunt in sancta ecclesia generaliter: quanquam adhuc non habeat intrare ad officium diuinum. Nec alia sibi prohibet facere quousque suam ab ecclesia habeat absolutionem. Et debet vitari omnis homo excommunicatus ab ecclesia qui est nominatim excommunicatus & denunciatus: & per hoc scitur quod ipse est excommunicatus: excepto in quibusdam casibus uti seruator potest seruire domino suo excommunicato: vbi etiam potest eis fieri sermo pro correctione eorum uti in casu

DE COGNITIONE PECCATORVM.

extremæ necessitatis: & sic de alijs casibus.

¶ **C**ôfideratio. xxiiij. Quando sacerdos vitari debet nemissa eius audiatur.

Vitari nō debet sacerdos in suis missis, aut alijs officijs: nisi sit excômunicatus per suum nomen: & talis denunciatus. Alias quantumcunque sit peccator & tenens concubinas: aut alia faciens mala: quia ex quo prælati superiores in ecclesia Dei hæc sustinent nemo tenetur tales vitare. Et si sunt aliqua iura quæ videntur dicere eos vitandos: illa sic vt præmissum est intelligenda sunt. Aut defecerunt & non tenent: per non vsum & ad peius cauendum: & ne homines frequenter eleuentur: & faciliter cōtra suos curatos propria auctoritate. Tamen hic nihil affirmo & ex causa. De hoc alibi largius scripsi.

¶ **C**onsideratio. xxiiiij. Quod malum facit peccatum veniale: & vnde venit.

Quamuis peccatum veniale non auferat gratiam dei: tamen per ipsum veniunt plura & magna damna: propter quod cauendum est & abstinendum ab eo secundū posse. Quia per ipsum acquiritur poena: & perduntur plura bona alia quæ fieri possent: & grādia merita quæ lucrari possent & ruitur citius in peccata mortalia. Et vere bonus filius nō solum cauere debet patrem suum prodendo vel tradendo offendere vnde perdat amorem patris sed etiam custodit se & abstinet se facere quicquid non est ad placitum patris. Quāuis itaq; in pluribus casibus vt dictum est: posset aliquod malum fieri absq; mortali

peccato: vel absq; peccato aliquo: quia scilicet ad bonam intentionem: & propter bonum finem fit: sicut dixi in desiderando laudem mundanam: aut de volendo alteri malum temporale. Nihilominus bonus seruus dei, plurimum immo plus dubitat & timet decipi & defectum committere in talibus casibus: quàm in illis quæ clare & manifeste sunt mala: & quæ bene fieri nō possunt. Scit enim inimicus quòd bonus dei seruus nunquàm committere aliquid quod sciret: aut quod in aperto claret esse malum: & ideo conatur cooperire malum sub vmbra & similitudine boni. Hortatur enim quādoq; querere falsam laudem sub vmbra vitandi infamiam vel proficiendi alteri. Et inde veniunt malæ iactantiæ & vanæ excusationes. Conformiter in corrigendo alium vel inquirendo: vel desiderando malum alterius sicut tetigi superius. ¶ **E**cce in conclusione videtis quòd nihil est securitatis in hac vita: quæ non est nisi tentatio. Propterea humiliare debemus nos in timore tēperato cū spe sub Dei nostri boni patris gubernamine: & expectare quòd semper erimus in tentatione vsq; ad ultimam mortis horam sicut affirmat sancta scriptura & sanctus Antonius hoc dicit, & nos videmus ad oculum quolibet die. Et hæc est sufficiens causa tenendi nos quotidie in custodia nostri in veroimore & humilitate: sicut captiui suam sententiam qualibet expectantes hora: & non sciunt qualis futura sit: vel qualis sit in iudicio domini sui.

VENIALIVM ET MORTALIVM.

¶ Consideratio. xxv. & vltima. Generale exemplum declarans quid est peccatum veniale aut mortale.

AD melius intelligēdū omnē supra dictam materiā accipiā animā nostram cōparando eā per exēplum vni reginæ: & deum regi alicui sponso eius: & inimicum traditori regis: & tentationes ad similitudinem nunciorum. ¶ Pono ergo quòd regina Franciæ sit cum rege in camera sua sicut eius sponsa & amica singularis veniet aliquis garcio aut famulus aut nuncius missus ab regis inimico: ad loquēdum reginæ ad inducēdum & inclinandū eam vt dimittat regē & se donet inimico eius. Sit pro exēplo rex anglia. Regina potest sex modis aut statibus se habere erga nuncium qui quærit eā de honestate. Primus status est talis: quòd nec velit nec dignetur recipere talem nūcium qui eā requirit de honorare nec audire verba eius nec recipere ipsius dona: immo faciat turpē malum & durum vultum: & expellit eū foris domum suam turpiter. Vah de te, & vah de tuo domino, fuge hinc fuge: in mala hora veneris. Et quòd regina statim reuertatur ad regem suum sponsum: & dicat magnā turpitudinem & iniuriā quam suus inimicus requisierit ad faciendum & petat ab eo vindictam & de tanto teneat se regina proprius ad regem: & firmiter in eius amore semper requirendo adiutoriū eius contra tales infideles nuncios quos nec videre dignatur. Secundus status potest esse quòd regina non refutauit statim audire talem nuncium qui forte apportat ei donaria ex

parte hostis regis: aut aliquas placēcias habebit. Tamē displicet eidem reginæ quòd venit: & prædiligere quòd non fierent si bi tales præsentationes: seu dona: nec dicerentur tales denunciationes. Et non recipit eas ex toto immo conatur tandem & nuncium refutare. Tertius status est: regina libenter videbit talia xenia & dona: & audiet verba nuncij quæ eam sollicitat ad inhonestā & ad dimittendum suum sponsum, & consentire suo hosti quamquam non vellet assentire dicto nuncio in hoc quod ille ab ipsa petit: nec ire de facto ad hostē regis: sed tamen bene placet ei quòd talia verba sint ei dicta: & tenet colloquiū suum intra cameram in præsentia regis cū dicto nuncio. Nec curat ipsa de recurrendo ad regem ad petēdum adiutoriū suum contra tales infideles suasiones. Quartus status est quando regina per verba consentit: & facit & conatur ad hoc quod faciat voluntatem regis anglia, & recipit dona & bonum facit vultum nūcio eius, & ex hoc incipit ex toto dimittere sponsum suum regē Franciæ & dat se ipsam hosti eius. Quintus status est quando regina non est contenta solum cōcordasse ad id quod ab ea rex anglia petit: & recepisse suum nūcium cū bono vultu: sed etiam pergit ipsū quæsitum sponte propter odium quod iam cōcepit contra suū sponsum: & malum amorem & stultum quem habet ad hostem. Quæ etiam nititur facere eius voluntatē: & vltro nea requirit eum, sicut gratia effrons vel effrens & stulta foemina exposita. Sextus status est quando regina taliter

DE COGNITIONE PECCATORVM.

est fixa & traducta in talem statum sicut dixi quòd per quamcūq; rem quæ ei dici possit aut fieri: ipsa tamen non vult inde abstrahi: nec percussione nec blandimentis factis sibi à suo sponso: nec per duricias quascunq; rex anglia ei faciat in suo seruitio: nec pro verecūdia nec minis: nec pro quacunq; re quæ sibi posset accidere: immo est obstinata. Inter istos sex status primus bon⁹ & virtuosus & laude plenus: custodiens fidem reginæ & fidelitatem & amorem eius: & per hoc magis diligit regem & diligitur ab eo. ¶ In secundo regina custodit fidelitatem suam erga dominum suum: sed in hoc deficit, quòd nō pel lit forasita statim ita dure: nec ita turpiter prædictum nuncium qui eam quærit ad dehonorationem: sicut ipsa deberet: & in hoc est sæpe peccatum veniale. In tertio statu regina peccat grauiter contra dominum suum, quoniam in eis poenitētia ipsa libenter audit verba aduersariorum eius & eorum accipit munera & recipit malas placencias, quamquàm non velit abscedere de facto consentiendo ad habendum societatem ad eos. Et in hoc sæpe est mortale peccatum, & perdit gratiam domini sui: quia non debet ipsa beneplacitum accipere nisi in ipso nec se ponere ad periculum habendi cōsensum ad opus. ¶ In tribus alijs statibus semper perdit regina gratiam domini sui: & peius in quinto quàm in quarto statu, & peius in sexto quàm in quinto. Quia in tali casu regina est incorrigibilis, & occidēda vel ardienda sine remedio. ¶ Per hoc exemplum si volumus bene

pensare possumus melius videre in qualibet tentatione quādo perdimus gratiam dei per mortale peccatum & quando nō. ¶ Scire enim debemus quòd quælibet tē tationū eius est inimici infernalis: qui nos requirit ad ei consentiendum, & vt anima nostra perdat & rumpat fidelitatem suam quam deo & domino suo debet & sponso. Et secundum quòd anima resistit aut plus aut minus. Secundum hoc ipsa custodit melius aut peius fidelitatem & gratiam amici sui. Et consideretur diligenter iste modus in quolibet peccato habēdi se aut resistere, scilicet aut consentire, & inuenitur quilibet istorum sex statuum esse possibilis. Sciatis etiam quòd tertius status est difficilior ad bene cognoscendum pro eo quòd est inter duos status: quorum vnus est peccatum mortale scilicet quartus, & alter non. ¶ Et est sciendum quòd quando aliquid est prohibitum sub poena peccati mortalis. Et aliquis hoc non vult face re per exterius opus: & nihilominus perfectum consensum habet in corde: quòd vellet tale opus facere si tempus pateretur & locus: aut non obesset verecūdia. Talis peccat mortaliter. Quod si non habet talem consensum perfectum & nihilominus libenter remoratur diu in cogitando tale factum quòd est prohibitum & accipit complacentiam magnam & inordinatam peccat etiam mortaliter: sed tamen non ita grauiter sicut ante. Si autem opus aut factum tale sit quòd non sit prohibitum sub poena mortalis peccati generaliter: quemadmodum mulier aliqua ma-

VENIALIVM ET MORTALIVM.

ritata posset cogitare de marito suo qui esset absens & acciperet complacentiam in memoria societatis eius: aut sicut aliquis cogitare posset ad cibum quem manducaturus est in prandio: & habere complacentiam sine tali peccato mortali. Quia complacentia aut delectatio non est peccatum nisi in hoc quod est prohibitum: aut quod de se trahit ad prohibita. ¶ **V**lterius considera in exemplo prius posito: quando regina desiderare potest continue esse in amore regis domini sui. Et ideo ipsa odit omnia suo amori contraria. Aut ipsa non diligit eum: immo magis timet poenam & iram regis, & vellet quod non esset praesens, aut mortuus ad finem quod alibi posset quaerere complacita sua. In primo statu sunt boni: qui amant deum propter suam bonitatem: sicut boni filii suum patrem. In secundo statu sunt illi qui solummodo praetimore damnationis abstinere a male faciendo, & vellent deum non habere potestatem aut voluntatem eos puniendi, etiam contra mandata sua facientes.

¶ INCIPIT ALIUS TRACTATUS

status eiusdem: de arte audiendi confessiones.



T si virtus quam assuefactio gignit: certius quam res operetur: non nihil tamen prodest artis traditio: apud eos qui nondum perfecti sunt virtute. Hoc in arte qualibet perspicuum est. Et quoniam ars artium est regimen animarum: praesertim in confessionibus au-

diendis, studium quaedam generales considerationes tradere breuiter & distincte: quas esse proficuas: experientia doctrinae: cognouit. Induxit hoc agere me non mediocriter, quod paucos hactenus reperi qui perfecte unquam & integre confessi fuerunt: causa existente in multis: vel negligentia vel ignorantia confessorum.

¶ Consideratio prima.

Prouideat ante omnia confessor purus esse qui purgandis animabus inuigilat. Spem quoque sui laboris & proficiendi circa alios: non in propria sed diuina virtute reponat. Meminerit iugiter quoniam neque qui plantat neque qui rigat est aliquid: sed qui incrementum dat Christus. Et quod nisi spiritus sanctus cordi assit audientis, in vanum laborat lingua loquentis: vel confessionem audiens. Oret igitur crebro (pro ut sapiens de corporali medico consulit) quatinus dirigatur opus suum a deo ut eiusdem virtute roretur & crescat.

¶ Consideratio secunda.

¶ Collocet se confessor in arce seu speculationis abstrahens semetipsum quantum potuerit ab homine exteriori tam in se quam in alijs: ut spiritu ambulet & non carne: ne forte illectus formis corporum, fiat ipse laqueus perditionis sibi ipsi: totus in animarum perspicienda qualitate spiritualiter inuigilet: non attendens discretionem sexuum vel formarum. Alioquin quid ei proderit si uniuersum mundum lucretur: animae vero suae detrimentum patiatur.

¶ Consideratio tertia.

¶ Copleat erga quemlibet sibi confiten-

DE ARTE

tem solliciti confessoris officium: nihil præcipitanter aut in solo trāscursu peruolans sed morositate peruigili: omnia plene examinās dijudicansq; memoriæ quoq; confitentis quæ dicenda imponendave fuerint ea diligenti repetitione reponens infigat. Quippe eligibilis est paucos audire complete, quàm multos imperfecte cum conscientiarum scrupulis non tam expedite, quàm impeditos plerunq; relinquere. Imitetur in hoc deum cuius perfecta sunt opera. Mallem namq; si curatus essem, multorum differre confessiones post pascha: etiam vbi quidam non redirent: quàm quòd cecos cecus seducerem, dum dum pro vere absolutis ipse non recte absoluti se gererent.

¶ Consideratio quarta.

¶ Ostendat cōfessor operibus in confessoris nihil quærere præter salutem animarū suarum & solutionem liberam à laqueis peccatorum: vt nihil agat ad quæstum: re colens illud. Gratis accepta, gratis date. Nihil ad mundanam ostendet gloriam. Pauperibus æque sicut diuitibus se tradat & offerat: turpibus & pulchris: indoctis vt doctis: nisi forte pro quanto maior inde fructus honorūque dei speraretur sequi. Proderit supra modū hæc sinceritas rectæ intentionis: vt velut magnes aliquis spiritalis ferrea etiam populi corda virtuosius ad se trahat.

¶ Consideratio quinta.

¶ Expedit vt cōfessor zelans animas obtineat à prælato subditorum suā in casibus reseruatis potestatem seu relaxationem:

præcipue nisi sint casus publici & scandalosi. Reperiuntur itaq; paucissimi qui non inciderunt in aliquem talium casuum qui episcopo reseruatur. Scientes vero ipsi cōfessi se ipsos non debere remitti deinceps ad alterum: magis se pronos promotosq; reddunt: nam vni confessionē suam libentius & citius detegūt. Confessor etiam eos similiter præsumit liberius interrogare de singulis; plenius quoq; sanare simul & semel ipsos absoluendo confidit.

¶ Consideratio sexta.

¶ Sciat confessor omni peccatorū genera & species: tanquā medicus doctissimus spiritalium ægritudinum. Præterea qualiter homines diuersorū statuū & variorū officiorum peccare possunt: nullatenus ignoret. Et quāquam ad hæc cognoscēda facti sunt tractatuli: attamen aliqua sunt quæ non tuto cōmittūtur scripto aut verbo publico: propter euitandam quorundam scandalum. sed ea secrete discant ipsi quorum interest hoc non scire: sicut medicos morborum veritates conuenit non ignorare. Aliter nempe quo pacto sibi cōfessos prudenter ac diligenter interrogabit: instruetque confessor ad suorū rememorationem criminum. Hoc maxime est in peccatis carnis extra ordinarijs qualia expertum est vix vnquàm dici in cōfessione à culpabilib; in eis: nisi cautissima arte præmoneantur: interrogentur, capianturq;. Et certe necesse est vt confessor habeat artem hand obstetricandi spiritalium: ad educendum colubrum talem pestiferum tortuosum & virulentum ab anima

A V D I E N D I C O N F E S S I O N E S .

ipſius: aut ipſa ſine dubio periclitabitur & ut crebrius æterne morietur. Nec reputo audiendos in hac re eos qui nihil interrogandum aut inquirendum eſſe dicunt à confeſſis: præſertim cū hoc ipſum velint requirantq; cōfeſſi. Alioquin nō ſatis cōſultur verecūdiæ ignoratiæ & fragilitati peccantium: nec impletur illud ſcripturæ. Alter alterius onera portate: & ſimilia.

¶ Consideratio ſeptima.

¶ Coniecturet confeſſor poſt interrogationes quaſdā præambulās ſuper etate: ſtatu: conditione: ſtudio: vel officio confeſſi. Vtrū ipſe verecūdus ſit: & nimio pudore detētus: quia forte puer eſt vel ſœmina vel exilis cōplexionis. Apud tales præ cæteris perſuadēdū eſt primitus & figendū in animo: quēadmodū cōfeſſio ſecretiſſima eſt & omni ſciēti deo magis q̄ homini ſit non ad reuelādum aut accuſandū q̄ri peccata ſua: ſed ad euitādū & abſoluēdū & perpetue quitādum. Malē cōfeſſorē mori q̄ aliquid dicēdorū detegere. Tollat igitur omnē talē ſuſpitionē: ne formidāt q̄ ppter dicēda cōfeſſor ſit eos poſtmodum habiturus odio: aut contēpturus accuſaturus: immo tenerius eos diliget ſicut filios cariſſimos: & qui ſuæ fidei ſē totos cōmiſerunt.

¶ Consideratio octaua.

¶ Laboret confeſſor præſertim erga iuuenes & paruulos habere cōfeſſionē eorū generalē: quia vix aut nūquā integre cōfiteſſentur: niſi forte prædocti à tali confeſſore qualē deſcribimus: quin etiā illud eſſet vtile apud grādeuos rurales & ſimplices & ſœminas. Quod ſi nō poſſunt leuiter induci

ad hoc poterunt ab eis fieri interrogationes tales. Vtrum facta eſt tibi cōſciētia de talibus peccatis: & de tali etate: & de ſocietatibus talibus? Et ſecundum reſpōſiones poterit animaduertere prudens confeſſor ſi plena fuerit talis confeſſio. Et ſi non tunc nitatur eam perficere & confitentem ad hoc inducat.

¶ Consideratio nona.

¶ Precaueat ſummopere confeſſor ne ſit auſterus ab initio triſtis & rigidus. mōx enim per homini clauditur os obſtinati peccatoris. Primo ſit affabilis locutio etiā ſi aliquando ita res exigat ſuper peccatis: quouſq; familiaritas quædā contracta ſit. de hinc oſtēdat quantæ iniquitatis eſt & hypocrifiſis peſſimæ: quicquā velle celare in confeſſione coram deo: & quēadmodum hoc agere eſt ipſum turpiter fallere. Eſſe quoq; melius dicat: ſi non cōfeſſus abſcedere velit: quā ſingere confeſſionē imperfectam.

¶ Consideratio decima.

¶ Querat ſacerdos à confitentibus: nonne velint expurgari poenitus ab omni ſuo crimine. Et quod niſi hoc velint fas habere recedendi ne tempus in caſum: immo noxę detineant. Si volunt debent igitur iuuare ſe: & hoc melius & celerius fieri nequit q̄ ſi ad interrogata veritatē plenā reſpōderint. Si vero depræhēduntur velle mētiri & clare (vt ſæpe fit) per diſcretū cōfeſſorē arguātur vehemēter & acriter: & cōpellātur veniā ſtatim q̄rere ſup homini mēdacio. Quod poſt q̄ fecerint: rurfus blande & leniter moneātur nihil deinceps mē

DE ARTE.

tiri aut celari. Si vero bis aut ter rursus mentifuerint, poterunt remitti & differrivsq; ad tempus alterum: iniungendo ut melius sibi provideant. Sæpe fit ut in altera confessione libentius aperiant omnia: dum putant mendacia priora magis imputanda eis in animaduertentiam quam in maliciam.

¶ Consideratio undecima.

¶ Applaudat confessor dicentibus veritatem super delictis suis quanto magis enormissima & abominanda videbuntur. Collaudentur de veritate: de religione: de timore dei: de zelo propriae salutis: de confidentia ad sacerdotem & consimilibus. Et quæ audacter pergant ad alia nil hesitantes. Fit aliquando non inutilis questio: si fuerint alias de talibus confessi. Et si non qualiter inde amplius letari debet & deo gratias agere quæ talem eis tribuit voluntatem & oportunitatem. Conuenit quoque ut per confessorum gratias presentialiter agere moneantur: postmodum ne tendant ad alia.

¶ Consideratio duodecima.

¶ Iubeat confessor ne confessi crimina detegant aliorum nominando eos vel signis certis notificando: nisi forte peccata talia sint: quæ nullo modo aliter possunt aperiri. ut si sororë unicam frater male cognouerit: aut vir uxorem. Non sit præterea curiosus in inquirendo particulares circumstantias peccatorum: quæ non multum augent vel variant gravitatem in eis quoniam nasceretur inde aliquando vel retatione periculosa: vel turpitudine nimia aut suspitio retardatiua confitendi. Nihilominus utile iudicamus pro serenatione conscientiarum illorum qui confitentur (quæ

forte postmodum grauioribus vrgerentur stimulis quasi non bene & integre peccata sua confessi fuissent) ut plenius explicent omnia quantum & quousque iudicauerit confessor expedire.

¶ Consideratio tredecima.

¶ Arguat & reprehendat acriter ipse confessor peccata enormia: postquam ista plene cognouerit: & ostendat quanta punitio peccator dignus est. Attamen cauendum est ne rursus peccator confugere possit ad negandum iam confessum: sicut pluries fieri repperit est etiam post confessionem completam prius. Idcirco habeatur certissima explicatio peccatorum. Denique quicquid in confessione dixerit sacerdos: sit ipse semper in fine mansuetus atque benignus infundens oleum consolationis & passionis & bonæ spei. Potest insuper aliquando dicere confessor: ex quo talia & talia confessus est quæ sunt grauissima, noli deinceps celare aliquid: sed omnia dic, ut te simul expedias.

¶ Consideratio decimaquarta.

¶ Procedat confessor in inquisitione peccatorum & specialiter peccatis carnalibus (quæ multis eum summa difficultate vix potest extorqueri.) Primo pedetentim & à generalioribus incipiat: & quæ nullam aut paucam videtur includere culpam. quæ si peccator vult mentiri aut fugere, sæpe deprehenditur per talia quæ naturaliter accidunt omnibus: aut rarissime reperitur oppositum qualia si statim neget: constat eum timere dicere grandiora. Hoc modo noui plures fuisse deprehensos: qui interrogati negabant se unquam passos membri pudendi cale-

AVDIENDI CONFSSIONES

factiōne vel puritū vel erectiōne qualem-
cūq; vel tētationē: vel cogitationē malam
de quacūq; muliere. Et dū cōuicti fuerunt
de hoc mēdatio: quærebatur nonne illud
erat turpe sic admitttere? qd agebas tu? &
sæpe respōdebat illud quod quærebatur cre-
dētes ex modo loquēdi confessoris qd illud
nō imputaretur ad culpā, sed ad laudem.

¶ Consideratio decima quinta.

¶ Sciat cōfessor generalitates istas esse &
similes. Fuisti vnquā à tēpore quo cogno-
uisti te in societatibus famulorū aut socio-
rū: & specialiter in lecto: si sic. audisti vnq̄
malū (vt sæpe fit) loqui sibi de impudicitia
& mulieribus: si sic. loquebaris tu similiter
& si mala desiderabas: si sic. vtrū voluerit
vnq̄ aliter qd tãgeres eū inhoneste vel ipse
te. Si sic. fiat processus vltior sub velami-
ne tali qd intelligat: an cōmissa fuerit ibidē
mollicies siue pollutio. Et hoc peccatū be-
ne cōmittitur etiā ante pubertatis annos.
Immo & semper imputatur in vigilia: dū
completa transit delectatio: etiam pollu-
tione non existente.

¶ Consideratio decima sexta.

¶ Poterit cōfessor dū inhoneste loquen-
dum erit dicere. Amice nō cures si loquor
turpiter: quoniā oportet omnia in cōfes-
sione dicere. lōge aliter dicere aut certe sile-
re extra cōfessionē. Et dicātur talia satis
constāter & quasi p̄scita aut p̄sciātur:
aut qd nō reputātur ita graua. Nec aspiciā-
tur fixe vultus confitentium: sed diuertat
cōfessor vultū quasi non curans aut ferre
narrans fabulam: dicēdo sic. Ego bene vi-
deo tu fecisti sic: & sic. consequēter dic ex-

go totū in nomine domini. Ego tibi indul-
geo si non alias feceris: & si diceres omnia
mala mundi non inde peius haberes. Dic
ergo audacter. Immo & quæri poterit si
velit confitens vt super omnibus diligēter
interrogetur. & si sic. subinferatur quòd
ergo dicat in omnibus veritatem.

¶ Consideratio decima septima.

¶ Accidit aliquando licet ratissimum sit
apud circūspectū & prouidū confessorē qd
aperiūtur quædā sp̄ties peccatorū carna-
liū aut quædā circūstātiæ viles: quarū pec-
cator nō est cōsciū aut culpabilis. Et hinc
forte scandalizabitur vel docebitur dein-
ceps agere similia: licet pro certo nō videa-
mus istud ita esse timēdū: quēadmodū ali-
qui tradūt qd propter hoc debeat obmitti
diligēs inquisitio peccatorū. Vt inā mala à
pueris & alijs tam diligenter cōfiterentur
quā sciūtur & agūtur ab eis. Nec inquirē-
da esse iudicamus quasi nesciant: sed quia
forte ea nō tam graua esse credunt quāta
sunt apud deū: aut qd aliter nolūt manife-
stare ea. Attēde in hoc casu debet cū sum-
ma detestatione peccatū tale dānare: qua
si non caderet etiā in hominē tale aliquid
agere. Sed qd illud dicebatur ad experien-
dum discretiōne peccatorū: an sciat distin-
guere inter ea q̄ fecisset & nō fecisset: sunt
enim quidā male respondētes affirmatiue
ad omnia quæ confessor interrogat.

¶ Consideratio decima octaua.

¶ Pergat confessor vt diximus à genera-
lioribus ad specialiora. à minus turpibus
ad turpiora: & hoc quasi à causis genera-
lioribus ad effectus earū speciales: vt habi-

to q̄ aliquis conatus fuerit se aut alium fo-
ciū luxuriose attractare, queratur quādiu
& quā saepe: & cū quot accidit: & quanto
tēpore in tota vita. Et si aliqui erāt ex suo
genere: & finaliter in qua parte corporis
cōpleta est libido sua vel alterius. Demum
ad alterā homini peccati speciem peiorem
succesſiue poterit inquisitio pertransire.

¶ Consideratio decima nona.

¶ Cōgruit prout expertus sum: q̄ paruu-
li adoleſcētes masculi prius interrogentur
modo dicto de cohabitatione sociorū &
famulorū tanquā de his q̄ prima facie mi-
nus horrēt: quia minus insolita sunt. Post
modū queratur de cohabitatione mulie-
rū. Et primo si vnquā in etate. v. vel. vj. an-
norū vel eo circa iacuerūt cū ancillis sicut
mos est puerorū. Et sic cōformiter inqui-
ratur ad prædicta: & certe reperiētur hor-
rēda. Cōsequēter inquiratur nō solum de
ancillis: sed de genere proximiori: ad qua
lia nō descēditur nisi quasi subito à latere:
dicēdo sine mutatione vultus. O bone vi-
deo quia tu similiter fecisti cū talibus & ta-
libus. Et si sic (vt heu saepe fit) priusquā de
articuletur aliquid amplius: fiat practica
cōsiderationis. xj. præcedētis de collaudā-
do peccatorē dū peccatū aperuit. Postmo-
dum suadeatur pro bono suo dicere circū
stātias omnes in particulari: sicut de ancil-
lis prædixit: ostēdendo q̄ pudor ille ad ma-
gnū meritū sibi cedit: futurāq; operabi-
tur cōsciētiae trāquilatē: ex quo nunquā
alteri deinceps reuelare compelletur. Esti-
mo autē q̄ foeminis: cōuerso ordine facien-
dē sunt interrogationes prius scilicet de co-

habitatione mutua fecū. Postmodū cum
viris aut paruulis: aut adolescentibus: sed
experientiam totalem non habeo.

¶ Consideratio vicesima.

¶ Repræhēdet forte aliquis audaciā hanc
cōfessoris qui talia præsumit aperire: quæ
vix credibilia sunt & fere incogitabilia nisi
ab expertis aut aliūde doctis. Sentiatur alius
quod voluerit: ego corā deo testor me plu-
res talibus remedijs induxisse ad cōfessio-
nē qui fatebātur nūquam etiā in articulo
mortis fuisse talia dicturos cuiquāq;: Lauda-
bāt tamē deū totis visceribus gratias agē-
tes q̄ ita se aperuerāt: quidā & paucissimi
retroirē volebāt aliquādo: sed tandē redie-
rūt: fatētes illusionē esse demonis qui clau-
dere semel apertū rursus satagebat: aliquā
do iam cōfessi propter obmissionē homi-
ni interrogationis rursus ad confitendum
inducti: apertum mihi fecerunt iudicium
quā necessaria sit huiusmodi inquisitio.

¶ Consideratio vicesima prima.

¶ Iudicabit aliquis se talia nescire vel nol-
le inquirere: quia forte est vt chirurgicus
timidus & in expert' palleſcēs aut spasmū
patiēs in aspectu foedorum diro rumq; vul-
nerum. Fatebor cautelā esse necessariam
& nō leuiter debere fieri descēsum ad ta-
lia abomināda nisi cōfessata præcedētia: vi-
deatur velut iſerre talē cōclusionē. Quod
si quis nesciat vti cautela tali: dimittat con-
sulo ne & sibi noceat & peccatori: si semel
negauerit neq; depræhēsus fuerit scādali-
zet: & vix in futurū conuinci queat. Qua-
le vero debeat vniuersale remedium tradi
apud omnes nōdū scio: quā prædicationes

A V D I E N D I C O N F E S S I O N E S .

generales non sufficere satis puto. In hac tamen interim sum sententia: quod tales casus secreti: pro paruulis. xiiij. annorū & infra: & p̄ mulierib⁹ nequaquā reseruari deberent. Alioquin nō video quin multi ex hoc defectu cōfessionis integre pditi sunt. Ad nullos veros amplius q̄ ad prelatos spe etat remediū: etiā dānatio si claudat regnū coeloru: aut p̄ negligentia aut p̄ huiusmodi regidiorē obseruationē occultorum.

¶ Consideratio vicesima secunda.

¶ Videretur saltem expediens q̄ in qualibet cura nobili curatus si discretus esset: aut alius loco sui vicarius: aut alius vice adiutor ordinaretur quasi poenitentiarius in talibus & circa tales. Esset insuper negligens audire confessiones paruulorum iuuenum quocunque tempore vellent & sibi vacarent euocando nunc vnum nunc alium: quia prouectæ ætatis homines ad hoc forte non possent induci. Prouidere tamen quomodo caute & circūspecte ambularet qui talis esset: ne per culpabilis seducentes homini paruulos persequerentur eum directe vel indirecte per malicias exquisitas & forte confingēdas paruulos quanquam securitas maxima: circa hoc esset puritas conscientia & intentionis: & quod neq; verbo neque signo aliquo quolibet reuelaret quæ dicerentur: & ad non reuelandum vix omnibus induceret: neque dare poenitentiam per quam possent paruuli de quocunq; notari apud eos circa quos conuersantur. Denique circa hoc melius videtur habere plures confessores minus discretos in poenitentijs iniungen-

dis: quā reseruando casus multos discretis paucis & ad hoc hominem ducere pudore cogente ne talibus paucis confiteantur in æternum: sicut tolerabilius est sumere poenitentiam in purgatorio: quā vt infinita paciantur in inferno.

¶ Consideratio vicesima tertia.

¶ Remanet aliquando in sacerdote scrupulus super confessione peccatoris: quod scilicet nō dixerit omnia & hoc habet: vel quia scit aliunde quā per confessionem, vel quia tenet certa principia ex iam confessis: quod tale peccatum commiserit: aut alijs modis. Quo casu vel remittat peccatorem pro auisando se vt dictum est: vel si absoluat prædicat sæpius iterum & iterū: quod si celet aliquid: confessio sua & absolutio poenitus inualida est & irrisoria. Dici denique poterit vt si mallet alteri confiteri pergat in nomine domini: tantummodo fiat integra confessio sua. Sufficit hoc nec aliud exquiritur: aut redeat si vel alias cum prouisione meliori.

¶ Consideratio vicesima quarta.

¶ Petat confessor à peccatore si proponit amplius abstinere cum auxilio Dei deinceps à peccatis. Itē si caret odio cōtra aliū. Itē si vult realiter dum poterit alienū restituere. Itē si occasiones certas peccatorum vitare proponit: vt cōcubinātū & vsuras: & similia. Si aliquod istorum defuerit, non valet absolutio: neq; tradi debet si hoc peccator nō velit facere. Suadeatur tamen sibi agere interim bona quæ poterit, vt deus illuminet cor ipsius. Item dicimus de reuocatione seductorum malis consilijs &

moribus per eum & diffamatis iniuste: & similibus: non requirendo tamen vltra illud quod verisimiliter fieri potest ad talia reparanda.

¶ Consideratio vicesima quinta.

¶ Iniungat confessor poenitentiam non aliam quam de consensu peccatoris: & de qua speret impletionem. Nisi forte peccata essent publica & scandalosa. Pro quibus ad reparationem cogi deberet iniustus. Cæterum potest aliquando dare poenitentia de non peccando tali vel tali crimine per certū tempus futurum sub poena aliqua: vel pecuniaria: vel corporali efficaciter soluenda: aut sub debito redeundi ad confessionem infra biduum post perpetratiōē delicti: aut aliquod huiusmodi. Cōmoneatur tamen ipse confessus ne poenitentiam hanc vel aliā quālibet acceptet: si non eam pponat se firmiter impleturum. Agnouerit enim se in purgatorio quā in hoc mundo grauius omnia soluturū. Cæterū de celando poenitentiā suā & ea quæ in confessione acta dicta que fuerint: & de non respondendo ea curiose interrogantibus moneatur. Denique reliqua multa tradipotuerant: quorum non nulla iam conscripsi. partim latino eloquio: partim in gallico: in varijs tractatulis. Et alij doctores longe ampliora vtiliora q; At vero hæc interim pro sui breuitate ne fastidio sint sufficiant: & quia si quis ad opus hoc saluberrimum bona fide processerit ille plus exercendo orando: quā legendō erudietur atque proficiet.

¶ Deo gratias.

¶ TRACTATVLVS EIVSDEM DOCTORIS: de confessione molliciei.



Vidam magister in theologia parisius per experientiam multam & studium diligēs cū auxilio dei pia sedulitate inuocato cōperit hæc q̄ inferius scribuntur plurimum efficacia esse ad extrahendum à cordibus cōfitentium: præsertim iuuenum saniam abominabilem peccati illius detestabilis quod dicitur mollicies: & consequenter illam que contra naturæ iura transit in personam alteram: quia nisi confessor sit solers & circumspectus circa inquisitionem huiusmodi peccatorum: vix aut raro poterit extrahere ab ore infectorum talibus vitijs: vt illa sponte fateantur. ¶ Lector autem ob scenitate materiæ ac verborum excusatā habeat ob necessitatem docendorum remediōrum. Igitur post aliqua colloquia de alijs materijs aut vitijs familiariter ac affabiliter non austerē facta: descēdat gradatim & quasi ab aliquo cōfesso ad inquisitionem huiusmodi peccati sic dicendo.



Mice recordaris quòd vnquàm in puericia tua circa decem aut duodecim annos: tua virga vel membrum pudenti fuerit erecta. Si dicit quòd non statim conuicitur mendacij & quòd vult fingere & timet capi: quia constat hoc omnibus pueris non vitiatis corpore dum calefacti sunt in lecto vel alias sæpe contingere. Idcirco magis ac magis appetere debet vrgere vt dicat veritatem. Item

DE PECCATO MOLLICIEI.

confessor si ille sit iuuenis præcipue. Amice. Nunquid istud erat indecens? Quid ergo faciebas vt non erigeretur? Et dicatur hoc vultu tranquillo: vt appareat q̄ illud quod quæritur non sit inhonestum vel silendū: sed quasi remediū contra præfatam erectionis prætesam inhonestatē. Si nolit respōdere plane: petatur cōsequēter. Amice nūquid palpabas aut fricabas virgā tuā quēadmodū pueri solent? Si omnino dicat quod nunq̄ tenuit in statu tali vel fricuit: nō potest vltra progredi: nisi admirādo & dicēdo: q̄ non est credibile hortando q̄ sit memor salutis suæ: q̄ est corā deo, & q̄ est grauissimū in cōfessione mētiri: & similia. Si vero dicat q̄ tenuit & fricuit. Amice bene credo: sed per quantū spaciū: per horā vel dimidiā: & vtrū tādiu q̄ virga nō plus erigeretur: & p̄feratur hoc quasi cōfessor nō reputaret hoc insolitū vel peccatum. Si respōdeat cōfitēs q̄ ita fecit: tunc habetur intētū q̄ talis veraciter cōmisit peccatum molliciei: etiā si p̄pter etatē nō fuerit subsecuta pollutio: quoniā ibi est cōplementū delectationis illecebrose: & forsitan perdidit virginitatē saltem animi: & magis perdidit q̄ si pro illa ætate iuisset ad mulieres. Forte tamen p̄babiliter dici potest. Quod per pœnitentiā virginitas reparatur in non polluto. Sicut de mētali corruptione q̄ fit in cōsensu intrinseco esse dicimus: dū corporalis defloratio seu pollutio nō est subsecuta. Istis igitur habitis debet tūc vehemēter increpare & detestari vitiū illud: & ostēdere qualiter dicat audaēter alia: quoniā istud est pessimū. Quo facto poterunt

haberi faciliter aliæ circūstatiæ. Et si in dimissione virgæ post confricationē aliquis humor exhibat. Vel si fricauerit virgā alterius focij sui: aut si aliquis fricauerit suam: & cōsequēter descendendo ad species magis speciales peccati sodomitici. ¶ Cōsiderabat præterea idē magister: vt similes interrogationes paucis variatis fierent etiā pro uectis uiris aut fœminis: quia per experiētiā crebrā reperit multos adultos infectos fuisse tali vitio q̄ nūquā cōfessi sunt per prius. Aliqui ex pudore primo: & postmodū ex obliuione. Aliqui semper ex pudore: ita etiā vt dicerent se habuisse propositū nunq̄ cōfitēdi. Aliqui quia nunq̄ (vt dicebant) talia fuerāt ab eis à confessoribus suis inquisita. ¶ Rursus propter experientias plurimas cōfulebat idem magister: vt seruata honestate & modestia quæ posset seruari: pueri monerētur: nūc à parētibus: nūc à magistris: maxime ad patrē: & quasi ex indirecto ne vnquā fricarent vel palparent pudenda sua: asserendo grauitatem peccati: & quomodo per talia possent virginitatē perdere & dānari perpetuo. Multos quippe cognouit se per ignorantia excusantes: dicētes se nūquā audiuisse vel sciuisse, q̄ talis tactus esset peccatū ex quo nō habebāt volūtatē cognoscēdi carnaliter mulieres. Valent in super ista ad aliud quoniā post perpetratiōē peccati citius cōfiterētur: sicut & de mulierū copula cōfiterētur etiā verecūdisimi pueri. ¶ Demū videbatur eidem magistro: non adeo timēdū esse illud q̄ quidā timuerūt: ne scilicet pueri docerētur mala agere. Vi

DE PECCATO MOLLICIÆ

demus enim q̄ ex corruptione naturæ pueri etiã triennes vel quinquēnes. vehementer sunt inclinati talia agere: quia sentiunt ibi quædã pruritū incognitū dū stat erectio: arbitranturq; licitū esse: q̄ si fricēt ibi: & se palpēt & tractent: sicut in alijs locis dū pruritus inest saltem nō aduertunt. Quo fit vt ex cōsuetudine crescat cum etate delectatio. Ac proinde labuntur in prope dictã molliciē, vel sodomiã: ex actu tali qui primitus ab eis nō putabatur illicitus. ¶ Postremo nō reuocabat in dubiū ipse magister quin tolerabilius esset aliquos forsan ex tali doctrina doceri ad male agē dū de per accidens: quàm ita passim dāna biliter vitium inolere: & absq; cōfessionis necessario remedio delinquere. ¶ Præterea cōsulebat vt nec per iocum nec aliter: pueri aut puellæ oscularentur: aut nuda manu tractarētur: nec diu figurentur oculi in eorū decore: & loquēdo cū eis dicerētur verba salubria, casta, sobria, & modesta: nec reciperētur solitarie: nisi forsan in sacro loco in vsu omnium: & breuiter hic ab omni specie mala singulariter abstinēdum. Sunt enim quasi paruæ stipulæ per quas nō nunquàm diabolus gradē suscitāt inflammationē: quāuis ab initio quādoq; nō apparet. ¶ Cæterū sibi placebat plurimum cōsuetudo patriæ illius: vbi pueri cubant soli. Abhorrebat insuper q̄ iuuenes doli capaces pueri: aut puellæ aut iuuenes cū senioribus quantūcunq; propinquis in genere eodē lecto vterentur: aut q̄ se inde per ludū vel alias in nudo pertractarēt: cognoscebat enim quæ ex talibus horrenda

facinora prodierāt. ¶ Tandē monebat cōfessos sibi super hac fedã (de necessitate tamē ad remedium tractāda) materia de aliquibus. ¶ Primo q̄ si aliquē sociorū suorū cognoscerēt nūc vel in posterū tali vicio infectū reprehēderēt eū secrete vt desisteret & cōfiteretur: ostendendo peccati turpitudinē & detestationē: ex dictis confessorū vel alijs: & ex legibus publicis: quæ etiã poenam ignis infligūt: & ex horrenda fulminatione quinq; ciuitatū & similibus. ¶ Secūdo vt sobrie viuerent abstinēdo à speciebus: & vino forti: & multo: & alijs inflammatiuis aduenerē. Et super omnia etiã cauerent societatibus peruersis: vbi colloquia praua: & gestus impudici fiunt in lecto absq; dormitione. Itē dicebat p̄ summo remedio, occurrēdū esse principio tentationis: secūdū omniū doctorū doctrinā quotidie expertā: per similitudinem de inflammatione materiali. ¶ Ad hoc agendū dicebat expedire certas orationes quasdã paruas: quasdã magnas memoriter habere: q̄ statim dicerētur percutiendo pectus: vel læsionē etiã corporalē alicui inferēdo: vel aqua frigida se spargēdo: vel surgēdo à lecto & similia. Solebat inducere exempla sanctorū. vt Benedicti. Antonij. Bernardi. sancti Thomæ. & aliorū patrū: q̄ cōmemorare longū est. Illa tamē in prōptu scire magnā habet vtilitatē. ¶ Inter alia sibi placebat multū id quod agebat quidã iuuenis in primo tentationis occurſu: quasi enim videret faciliter diabolū spuebat in terrā dicēdo. phy. phy. miser damnate dæmon q̄ ego tibi sic cōsentiã: q̄ sic offendã

DE REMEDIIS CONTRA RECIDIVVM.

Deum meum & patrem meum, & de tē-
plo suo faciam sterquilinum fetidissimū,
absit, absit, ab hinc in malam horam: & si-
milia. Quandoque præterea ad animam
suam, quandoque ad corpus, quandoque
ad angelum: nūc ad deum: nunc ad aliquē
sanctorum, colloctionem & quærelam
rei tali congruam meditantem profere-
bat, aut animo reuelabat.

¶ Orationes & commēdate ad hoc cum
magna fide & conatu & humilitate, & pro-
funda recognitione propriæ fragilitatis:
sunt hæc dicendæ aut similes. Cor mun-
dum crea in me Deus. V. reigne sancti spi-
ritus. Sancta virgo virginum ora pro me.
Ad sanctos alios & sanctas. Exurgat deus
& dissipentur inimici eius. Saluum me fac
deus: quoniam intrauerunt aquæ usque
ad animam meam.

¶ Denique locum præcipuum in pecca-
to hoc habet antidotum illud quod in a-
lia cedula explicatum est de imponendō:
scilicet saltem ad grauem pœnam in casu
reciduationis: ibidem videatur: vel aliter
exoretur ille à quo solo homo habet vt
sit continens: qui & donum hoc negare
nescit fideliter orantibus: quod tam con-
tumeliosum naturæ humanæ pro nobis
ab eodem assumptæ facinus dignetur ra-
dicitus extirpare: qui est benedictus in sæ-
cula sæculorum. Amen.

Deo gratias.

¶ TRACTATUS DE REME-
dijs contra recidiuū peccati secundum
exercitium & doctrinam eiusdem ma-
gistri Ioannis de Gerson.



Abet hoc proprium ars quæ-
libet: vt faciliori compēdio ad
finem ducat optatum. Admi-
rari præterea nemo debet, si
in animarū regimine, quod est ars artium
experti in ea: faciliora sciunt & dant reme-
dia cōtra morbos vitiorum: præsertim in
foro conscientiæ. Vbi maxime locum ha-
bet illa Christi formidabilis sentētia. Si ce-
cus ceco ducatum præbeat: ambo in foueā
cadunt. Placuit idcirco scriptis mandare
breuem habēdi formam: quam quidam
magister in theologia Parisiensis: fide mo-
ribus & doctrina probatus obseruabat &
obseruare consulebat: præcipue contra re-
cidium in peccato vel peccatis ad quæ cō-
fessus se nimis sentit inclinatum.

¶ De præteritis itaque dabat satis tollera-
bilem poenitentiam attētis moribus & æta-
te cōfidentis, & non nisi de cōsensu suo: vt
esse sine camisa vno die in hebdomada:
per annū vel tres abstinere, aut vti cilicio
& similia. Item q̄ prima vice confessionis
alicuius peccati inueterati seu detestabilis
ob recordationem factæ gratiæ q̄ vitium
illud detectum erat apertum & sanatū in-
iungebat. vt toto tempore vitæ suæ con-
fessus diceret qualibet die pater noster: &
aue maria semel in mane: & semel in sero,
Aut miserere mei deus: vel simile aliquid.
Et in istis si cadebat obliuio aut impedimē

tum legitimum: bene volebat ut alio die posset fieri simile, vel æquiualens. Sed ad prouidendum futuro casui & reciduo in morbum peccati: qui semper est deterior maiorē operā dabat & studiosius inuigilabat sic agendo. Ut simul etiā de præteritis poenitentiā daret: in quantū resistere peccato cōsuetō: poenalitatis multū habet & meriti. Inuigebat igitur nō perpetuo sed ad tēpus certū: lōgius aut breuius: secūdū voluntatē & dispositionē cōfitentis, q̄ idē cōfitens pro qualibet vice qua incidere tale peccatum quod ualebat ex toto sanare: aliqua de subsequētib; adimpleret: vel omnia secūdum tres satisfactionis partes. Primo q̄ in casu illo tenetur vno die sequēti infra tres dies in pane & aqua ieiunare. Secūdo diceret certū psalmorū numerū. Tertio si foret sui iuris daret in ecclesiam certū iocale: aut aliud bene charū sibi aut summā pecuniæ, secūdū qualitātē diuitiarū suarū, infra tres dies. Quarto infra illud triū dierū spaciū: teneretur confiteri. Quinto nonnunquam addebat: q̄ si quis vehemēter tentaretur facere peccatū tale: & omnino deliberaret intra se sic agere: nihilomin⁹ antea teneretur dicere sub iuramento septē psal. Aut flectere genua pluries ante imaginē crucifixi, aut beatæ virginis, aut alicuius sanctorū, p̄iusquam opus illud nefarium perpetraret. Sic enim forsitam miserebitur deus & orādo sic vel humiliādo se faciet in tētatione dominus prouentū & mitigauit maris fluctibus suscitatos. ¶ Cōpertum est remedia hæc cū adiutorio diuinæ gratiæ, esse efficacissima

tam in foro poenitentiæ quā extra: si velit homo bona fide: & nō illusorie conuerti à via sua mala, & saluari. Sic etenim fieri videmus in foro exteriori publico: ut poenę certę taxarētur ad rebelles cōpescendum. Sic dñe sic in chamo & freno maxillas eorū cōstringe: q̄ nō approximāt ad te: & cōpellere intrare si uocare parū est. Sic quēadmodū Naso ait. Ut corpus redimas ferrū patiaris & ignes. Ut ualēs animo multa ferēda tuo. ¶ Causam uero utilitatis poenitentiæ talis: reddebat à priori idem magister. Quoniā inquit secūdum Augusti. & experiētiā. Incōtinēs ante tētationē bene deliberat & eligit: sed adueniēte & urgente tētatione vincitur. labitur, succumbit: Turbatur quippe iudicium rationis & obnubilatur, propter tractū motumque sensitui appetibus: ita ut nō posset habere cognitionem de deo & honestatem & perfectam & integrā & solitā: quēadmodum si quis somnolētia quadam sero præmiatur. ¶ Est præterea saluberrimū ut p̄ aliquod terribile præsens: aut quasi præsens ipse terreatur: & quasi sopitus suscitetur uiuiceturque ad non cōsentendum tētationi. Neq; enim aliquis est tam acri tētatione pulsatus: in carne vel aliter: quin ex toto vel magna parte desideret ab impletione tētationis suæ: si p̄ certo crederet q̄ in corpore vel in mēbris vel bonis graue dānum statim esset incururus. Vigilaret sic quidem tūc tanto intra se: & forti uoce clamaret, quid cogitas: quid tibi uis: quorsum tēdis? Nūquid uis pro quadā leui tētatione aut delectatione sordida, quę subito in poe

CONTRA RECIDIVVM.

nā & fastidiū cōuerſa erit: hoc vel illud ſu-
 bire detrimentū. Nō tibi ſic expedit. Inter
 hæc, aut ſimilia verba: reſiliere incipiet à
 cogitatione maligna: & aduertere paula-
 tim oculos rationis ab ea. Fiet quoq; iſtud
 cum adiutorio rationis: & cum confeſſio-
 ne peccatorum vel alijs cōgruis remedijs:
 vt ceſſet illud miſerabile tētationis incen-
 diū: quia & ceſſabit cogitatuū ſordidorū
 ſufflatio. Deinceps reſpōdebat idē magi-
 ſter ad duas obiectiones fieri poſſibiles:
 quoniā timor ille ſeruilis videtur euacua-
 re meritū reſiſtēdi peccato. Eſt illic præte-
 rea tranſgreſſionis periculū. ¶ De primo
 dicebat: q̄ ex quo poena iſta vltra impoſi-
 ta erat: & p̄pter deū: ex illa radice prima-
 ria bona germinabat pullulabatq; meri-
 tum. Quāuis enim nō ita ſincere atq; lau-
 dabilis ſit huiusmodi reſiſtentia & ceſſatio
 à peccato in caſu prædicto quemadmodū
 eſt in virtuoso: qui præciſe propter Deum
 peccata deſerit: nihilominus reſiſtentia ta-
 lis bona eſt: & ſalutem inductiua virtutis.
 Sicut de timore ſeruili reſpectu timoris ca-
 ſti: doctores determināt. Quāquam ibi
 non ſit timor tantummodo ſeruilis: ſed in
 ſua radice primaria filialis & caſtus. Reſul-
 tat in ſuper meritum ex approbatione ſe-
 quēti: dū gaudebit incōtinens tranſacta tē-
 tatione nō cōſenſiſſe peccato. Demū qua-
 liter ibi eſſet timor ſimpliciter ſeruilis: cū
 poſſet. cōfeſſus ab iſta liberari poena non
 implēdo poenitentiā attamē implet: q̄a deo
 & ſacerdoti ſuo vult obediens eſſe. Et hic
 ſumi poteſt grata & pulchra conſideratio
 pro ſpōte vouētibus: ac religionē intranti

bus. Ad alteram obiectionē dicebat ſimili-
 ter fieri poſſe ad improbationē omniū re-
 ligionū: omniūq; votorū ſalubrium: ſi ſic
 omnis poenitentiæ ſuſceptio periculosa eſ-
 ſet. Sic & deus & ſuperiores in ſuis præce-
 ptis & legibus culpantur. Euitatur etiā
 periculū ſufficiēter per hoc q̄ nō niſi con-
 ſenſu habito cōfeſſi: & ad tēpus nō perpe-
 tuo tales poenitentiæ ſiue obligationes im-
 ponūtur. Siue igitur fiat per tēpus iſta tranſ-
 greſſio: aut ſi diabolo perurgente fieret:
 pene ſolui poſſunt: & ita homo à noua
 tranſgreſſione liber erit. immo & opus bo-
 nū faciet: q̄ ſi tranſacto tēpore ſtatuto: rē-
 mediū videretur inefficax aut in deterius
 vertatur poterit obmitti. Si vero ſit vtile
 ſicut ſperādū eſt ruruſus valebit iterari. De-
 niq; & ſi ſalubre antidotum ab ægrotātis
 inobedientia peſtiferū fiat medicus culpa-
 caret. ¶ Subinde prædictus magiſter aliud
 adiciebat documētū. Itaq; ſi videbat pue-
 ros aut ſimplices minus cogitare præce-
 pta dei, & ex hoc liberius peccare: redde-
 bat eos magis timidos & cautos cōtra pec-
 catū: per promiſſiones expreſſas in mani-
 bus ſuis factas de cauēdo deinceps de tali
 vel tali peccato: per hoc enim p̄miſſionē
 in baptiſmo factam: de obſervatione legis
 Chriſti: tanquā oblitam à memoria vel
 tranſgreſſam reuocabat: & per modū cu-
 iuſdā recognitionis: iterum promittendo
 reparabat. ¶ Sic Moyses & Iosue reſpe-
 ctu filiorū iſrael. Sic plerumque homines
 poſt primā cōfederationē foedus antiquū
 retractāt & ineunt. Neque arbitretur al-
 quis promiſſionē talem patere discriminē:

DE REMEDIIS CONTRA RECIDIVVM.

aut fractionem eius esse casum specialiter reseruatū: quoniā nullū vbi votū est: cum non nisi respectu illorum quæ alias essent licita: & quibus confitens implicite vel explicite promissionem talem facit aut renouat: scilicet quòd contra Dei præcepta de cætero mortaliter non peccabit. Erit autem transgressio deper accidens deterior: quia & cognitio diuini præcepti iam sibi effecta est lucidior. ¶ Rursus idem magister providebat diligēter: ne cōfessus suus esset deinceps occasio primarię corruptionis: aliorum præsertim iuuenum: & quòd sibi sufficeret damnatio perditioque propria: specialiter in peccatis grauioribus & abominandis: immo nec nominandis palam. Ne pias aures polluant occurrebat diligenter prouidendo vjs omnibus cōminatione poenarū q̄ obligatione: ne confessus transiret in deteriore speciem: ex societate seu communicatione peruersa: & explicabat quādoque particularius: sicut clam & secrete fieri potest dum videbat opportunum. Malebat enim confessum suum dimittere & tollerare in sua libertate quo ad peccata aliqua minus graua: q̄ ita eundem vrgere ab omni parte vt ad deteriora laboretur. Quando autem & qualiter illud fiendū est: magis docebit virtus & ars & vñctio sancti spiritus: & circūstantiarum omniū particulariū consideratio: quā scriptis aut verbis possit edoceri. ¶ Postremo dabat consilium idem magister: vt confitentes non refugerent: sed p̄ dono maximo reputarent habere peritos confessores: moribus & scientia & longo

experimento probatos qui quærent nō quæstum proprium: sed sincero corde salutem animarum: & iterum pro congruis remedijs cōtra singula vitia: latidauit plurimum summam: scilicet de vitijs & virtutibus: laudabat denique pro bonis effectibus generandis: libenter conuersari cum viris bonis & deuotis, quia vox diuina est. Cum sancto sanctus eris. Eorum itaq; colloquia sunt ignita vehementer: & stimulantia ad virtutem. Sed & sanctorū patrū vitæ & exempla frequenter: & attente lecta vehementer proficiunt ad infundendum cordibus nostris diuini amoris affectum: vt deum in omnib⁹ & super omnia diligētes promissiones suas quæ omne desiderium superant sequamur. Amen.

Pæterea illæ circūstantiæ quæ habentur per hunc versum: inquirenda sunt in confessione à confessore. quis quid: vbi: quibus auxilijs: cur: quomodo: quando. Per quis intelligitur an sit iuuenis vel senex: clericus aut laycus: solutus: aut ligat⁹. Per quid: an sit res sacra vel nō. Per vbi, an sit in loco sacro vel non: publico vel priuato. Per quibus auxilijs: an cū pugno baculo aut gladio. Per cur: quæ intentione an ratione vindictæ inferēdæ, vel iniuriæ repellendæ. Per quomodo: an percussit aliquem fortiter vel remisit. Per quando intelligitur, an in quadragesima aut alio tempore sancto vel aliter. Tempus. locus. modus. numerus. mora. scientia. ætas.

FINIS.

RESOLVTORVM DV.

BIORVM CIRCA CELEBRATIONEM MISSARUM
occurrentiū: per venerabilem Patrem Dominum Ioānem
de Lapide Doctorem Theologum Parisiensem: ordinis
Cartusienſis: ex ſacrorum canonum probato-
rumque Doctorem ſententijs di-
ligenter collectum.

¶ SUMMA DVBIORVM RESOLVTORVM
in hoc opere contentorum ſunt. clxvj.

¶ Subſequitur operis in quo dubia circa miſſarum celebrationem oc-
currentia pertractantur diſtinctio: cum ſummaria in ſingulis parti-
bus contentorum expoſitione.

¶ Totus ſequens tractatus in decem capitula partitur.

¶ Capitulum primum. Præmittit intentionem collectoris cū materia tractanda: tra-
ctandorumque numero: diſtinctione: & ordine.

¶ Capitulum ſecundum, eſt de dubijs occurrētibus circa miniſterium ſiue perſonam
ad celebrandum ydoneam.

¶ Capitulum tertium, eſt de dubijs occurrentibus circa locū celebrādi conueniētem.

¶ Capitulum quartum, eſt de dubijs occurrentibus circa tempus congruum quo ce-
lebrari debet.

¶ Capitulum quintum, eſt de dubijs occurrentibus circa materialia exteriora que ad
ornatum vel congruentiam celebrationis requiruntur.

¶ Capitulum ſextum, eſt de dubijs occurrentibus circa ceremonias conſuetas ad ob-
ſeruandas in miſſa, & circa eam tam in agendis quàm in dicendis.

¶ Capitulum ſeptimum, eſt de dubijs occurrentibus circa materiam ad conſecrandū
aptam, panem ſcilicet & vinum.

¶ Capitulum octauum, eſt de dubijs occurrentibus circa conſecrationis iſtius ſacra-
menti debitam formam.

¶ Capitulum. ix. De intentione ac ratione eorum quæ in miſſa dicuntur.

¶ Capitulum decimum. De ratione & ſignificatione eorum quæ in miſſa & circa eā
aguntur: cum breui epilogo & conſuſione huius operis.

OPERIS.

¶ Capitulum primum duos habet articulos.

Arti. j. Præmittit collectoris intentionem: materiamque tractandam annotat.

ij Per resolutionē dubij exponit tractādorū numerū, distinctionē, atq; ordinem.

¶ Capitulum. ij. quinque includit articulos.

Arti. j. Resolvit sex dubia circa ministrum celebraturum ratione ordinis & officij sui executionis occurrentia.

j Quis sit minister ad celebrandum ydoneus quantum ad personæ cōditionem.

ij De eo qui credit se in sacerdotem rite esse ordinatū: & tamē non est ordinatus.

iiij De eo qui post missam inceptam habet conscientiam q̄ non sit rite ordinatus.

iiij De hæretico, scismatico, degradato. &c. scilicet tales possunt cōficere hoc sacramentum & ordinate celebrare.

v De eo qui post missam inceptam recordatur vel percipit se esse excommunicatum de quo prius non habuit memoriam aut nesciuit.

vj De eo qui post missam inceptam habet remorsum de irregularitate.

Arti. ij. Resolvit sex dubia quæ incidunt circa dispositionem corporis ipsius ministri.

j De sacerdote mutuo vel priuato loquela.

ij De eo qui habet aliquem alium corporis defectum.

iiij De sacerdote leproso.

iiij De patiente morbum caducum.

v De eo qui patitur fluxum sanguinis vel seminis.

vj De polluto pollutione nocturna.

Arti. iiij. Resolvit decē dubia emergēcia circa habitudinem mentis ipsius ministri celebraturi: quantum ad intentionem vsu rationis culpam & gratiam.

j An requiratur intentio ministri.

ij Quid celebraturus intendere debeat.

iiij Qualis debeat esse intentio: an scilicet actualis requiratur.

iiij De sacerdote furioso, lunatico, vel alia ex causa vsu rationis priuato.

v De sacerdote demoniaco.

vj De eo qui est in peccato mortali.

vij De certitudine requisita q̄ non sit in peccato mortali.

viiij De eo qui se æstimat esse in peccato mortali: licet non sit.

ix De eo qui postquam missam incepit vel preparatus est: recordatur peccati mortalis de quo non est confessus.

x De perpetrante peccatū luxuriæ: & statim post hoc pœnitente ac confitente.

Arti. iiij. Resolvit septem dubia quæ oriuntur circa ieiunium: sobrietatem & somnum ministri.

SVMMARIVM.

- j De ieiunio ad ministrum celebraturum requisito.
- ij De recordante post missam inceptam se ieiunium soluisse.
- iiij De eo qui transglutiuit reliquias post comestionem in ore relictas.
- iiij De eo qui gargarizando vel os lauando parum aquæ aut vini transglutiuit.
- v De eo qui cibum vel potum tarda hora sumptum nondum digessit.
- vj De eo qui vomitum patitur vel passus est.
- vij De eo qui per totam noctem non dormiuit.
- Arti.v. Resoluit quinque dubia circa celebrationis abstinentiã eiusdemque frequentiam occurrentiam.
- j De omnimoda celebrationis abstinentia.
- ij De celebrationis frequentia.
- iiij De celebratione quotidiana.
- iiij De eo qui ad celebrationem bene dispositus est: & tamen abstinet propter sacramenti reuerentiam.

¶ Capitulum.iiij. Duos continet articulos.

Arti.j. Resoluit quinque dubia circa locum celebrandi communem videlicet ecclesiam incidentia.

- j Quis sit locus communis debitus & conueniens ad celebrandum.
- ij An licite posset quis extra ecclesiam celebrare.
- iiij Quid agendum si in aliqua regione non inueniatur ecclesia consecrata.
- iiij An in mari aut fluminibus liceat celebrare.
- v An in omni loco consecrato licite possit celebrare.

Arti.ij. Resoluit sex dubia quæ circa locum proprium: scilicet altare occurrere possunt.

- i An licite celebrari possit super aliquo alio quam altari.
- ij De qualitate altaris.
- iiij De operimentis & ornatu altaris.
- iiij An super quolibet altari consecrato liceat celebrare.
- v De altaris portatilis & ad celebrandum apti quantitate.
- vj De omissione alicuius suprapositorum.

¶ Capitulum.iiij. Duos articulos comprehendit.

Arti.j. Resoluit quatuor dubia occurrentia circa tempus celebrandi commune: videlicet diem.

- j An indifferenter in nocte & die liceat celebrare.
- ij An ne aliqua nocte quis licite possit celebrare.
- iiij De celebrante qui credit diem incepisse: & nondum incepit.

Arti.ij. Resoluit tria dubia quæ se offerunt circa tempus celebrandi proprium: scilicet horam.

OPERIS.

- i Qua hora diei celebrare liceat.
- ij A quo tempore accipiendum sit principium diei.
- iii De non obseruante tempus celebrandi debitum.

¶ Capitulum.v. Tres habet articulos.

Arti.j. Resoluit quinque dubia quæ circa vestes & indumenta sacerdotalia insurgunt.

i An celebraturus specialibus debeat indui vestibus & indumentis.

ij Quæ & quot sint huiusmodi indumenta.

iii De benedictione talium.

iiii De celebrante absque vestibus & indumentis benedictis.

v De mundicia talium vestium & indumentorum cæterorū correquisitorum.

Arti.ij. Resoluit quatuor dubia quæ circa vasa ad celebrandū opportuna occurrunt.

i An ad celebrandum specialia requirantur vasa.

ij Quæ & quot sint huiusmodi vasa.

iii De materia talium vasorum.

iiii De consecratione talium.

Arti.iii. Resoluit octo dubia circa circumstantias: & alia exteriora occurrentia.

i De necessitate libri missalis.

ij De exigentia ignis siue luminis candelæ.

iii De opportunitate ministrantis ipsi celebranti.

iiii De conditione & qualitate ministrantis.

v Quid si ministrans recedat de altari dimittendo celebrantem solum: & postea non reuertatur.

vi Quid si postea reuertatur.

vii Quid de sacerdote recluso vel eremita & solitario celebraturo.

viii Quid si quis obmittat aliquid de supradictis requisitis.

¶ Capitulum.vj. Tres in se includit articulos.

Arti.j. Resoluit .x. dubia quæ oriuntur circa agenda & dicenda ante missam.

i An aliquid specialiter ante missam agendum sit.

ii De debita & sufficienti præparatione ad celebrandum.

iii Qualiter & in quibus celebraturus se debeat probare & examinare.

iiii Quanta requiritur diligentia ad prædictam examinationem.

v De certitudine sufficientis diligentia.

vi In quo consistat sufficiens conscientia purgatio.

vii Quid si celebraturus non possit habere confessorem.

viii De ornatu conscientia celebraturi.

ix An requiratur persolutio horarum canonicarum ante celebrationem.

SVMMA RIVM.

x An præter supradicta sint aliqua alia ante missam dicenda vel agenda.
 Arti. ij. Resoluit quatuordecim dubia circa dicenda & agendo in missa: modumque dicendi atque agendi incidentia.

- j Quæ sint in missa dicenda & agenda: & quomodo.
- ij An aliquid in missa dici debeat quod in missali non continetur.
- iiij An verba canonis secrete dici debeant.
- iiij An cætera alta & intelligibili voce dici debeant.
- v An in memorijs debeat aliquorum fieri nominatio.
- vj An ante celebrationem possit haberi memoria aliquorum nominatim.
- vij An requiratur attentio celebrantis circa dicenda & agenda.
- viiij An deuotio in celebrante requiratur.
- ix An celebrans debeat stare capite discooperto.
- x De quo debeat fieri ablutio post sumptionem sanguinis.
- xj An sacerdos à missa incepta possit desistere.
- xij Quid si sacerdos missa incepta moriatur: vel in infirmitatem incidat.
- xiiij Quid si celebranti sanguis per nares erumpere incipiat.
- xiiij De sacerdote obmittente aliquid vel aliqua de superioribus.

Arti. iij. Resoluit quatuor dubia quæ occurrunt circa dicenda agenda & cauenda post missam.

- j An aliqua specialiter sint dicenda post missæ celebrationem.
- ij An aliqua sint specialiter agenda post missam.
- iiij Quæ sint post celebrationem cauenda.
- iiij An statim post missæ celebrationem liceat comedere vel bibere.

¶ Capitulum. vij. sex continet articulos.

Arti. j. Resoluit sex dubia circa panem consecrandum occurrentia.

- j Quis & qualis debeat esse panis consecrandus.
- ij Quid si sacerdos percipiat panem non esse triticeum: vel indebite confectum.
- iiij Quid si panis appositus percipiatur esse corruptus.
- iiij Quid si panis non fuerit appositus vel oblatus. &c.
- v Quid si panis sit dispositus ad corruptionem.
- vj An in aliquo casu sacerdos possit dicere missam, & non consecrare.

Arti. ij. Resoluit octo dubia quæ incidunt circa panem consecratum ante sumptionem.

- j An sacerdos panem consecrans teneatur sumere.
- ij An in tali casu teneatur semper totum sumere.
- iiij Quid sit agendum de particulis ab hostia consecrata resolutis.
- iiij Quid sit agendum si hostia vel pars eius ceciderit in calicem de manu celebrantis.

OPERIS

- v Quid si ceciderit hostia vel pars eius super terram: aut lapidē vel aliud huiusmodi.
- vj Quid si sacerdos tangat hostiam cum naso, barba, mento, aut veste.
- vij Quid si hostia consecrata aliquo casu fuerit amoto de altari amissa.
- viii Quid si corpus Christi appareat sub specie carnis vel pueri.

Arti. iij. Resoluit septem dubia circa corpus Christi post sumptionem occurrentia.

- i Quid si in sumptione sanguinis remaneat pars hostiæ in fundo calicis.
- ij Quid si post sumptionem sanguinis reperiantur particulae de hostia resolutæ.
- iiij Quid si post sumptionem sanguinis reperiatur super altari hostia aliqua integra.
- iiij Quid agendum si celebrans statim post sumptionem corporis Christi patiatur vomitum.

v Quid si quis post sumptionem statim emittat per secessum.

vj Quid si hostia consecrata: & reseruata inueniatur putrefacta: aut corrupta.

vij Quid si hostia consecrata comesta fuerit à mure: vel alio animali bruto.

Arti. iij. Resoluit quatuordecim dubia quæ se ingerunt circa vinum priusquam consecretur.

i Quod & quale debeat esse vinum consecrandum.

ij Quid si loco vini alius liquor fuerit positus in calicem.

iiij Quid si impositum fuerit vinum corruptum.

iiij Quid si ex negligentia nihil in calicem positum fuerit.

v Quid si vinum calici impositum sit dispositum ad corruptionem.

vj An in musto possit confici hoc sacramentum.

vij An vix integræ permisceri possint vino consecrando.

viii An confici possit hoc sacramentum in nectare vel vino condito.

ix An possit confici in vino puro sine commixtione aquæ.

x Quæ & qualis debeat esse aqua vino permiscenda.

xj De quantitate aquæ permiscendæ.

xij An sufficiat quod aqua vino permisceatur in dolio.

xiiij An liceat libranti non consecrare vinum: facta prius consecratione panis.

xiiij Quid si vinum dum consecrari debet deprehendatur congelatum.

Arti. v. Resoluit octo dubia circa vinum consecratum ante sumptionem incidentia.

i Quid si celebrans post consecrationem percipiat aquam non fuisse vino admixtam.

ij An celebrans teneatur semper sumere vinum consecratum siue sanguinem Christi.

iiij Quid si sacerdos aliquis non possit sumere vinum: & ita neque sanguinem.

iiij Quid si consumi debet sanguis: species vini sit congelata.

v Quid si aranea, musca, vel aliud huiusmodi, ceciderit in sanguinem.

vj Quid si ante sumptionem celebrans percipiat venenum esse immixtum.

SVMMARIVM.

- vij Quid si sanguis in parte fuerit effusus: aut de calice stillauerit.
- viii Quid si sanguis ex toto fuerit effusus.
- Arti. vj. Resoluit sex dubia quæ circa sanguinem post eius sumptionem occurrunt.
- j Quid si sacerdos post sumptionem sanguinis percipiat aliquam guttam adhærere calici.
- ij Quid si huiusmodi guttam percipiat adhærere casulæ: manipulo vel alteri huiusmodi.
- iiij De ablutione digitorum facienda super calicem post sanguinis sumptionem.
- iiij De eo qui post sumptionem corporis vel sanguinis Christi vrgetur sputo vel tussi vel scrotatione.
- v De patiente vomitum post sanguinis sumptionem: vel emittente per secessum.
- vj Quid si sacerdos post sumptionem sanguinis depræhendat venenum aut animal venenosum fuisse in calice.

¶ Capitulum. viij. duos complectit articulos.

- Arti. j. Resoluit sexdecim dubia circa formam consecrationis panis emergentia.
- j Quæ sit sufficiens & debita forma consecrationis panis.
- ij An hæc coniunctio. enim. sit de substantia formæ.
- iiij An sacerdos proferens solum verba consecrationis super panem aptum: consecret illum.
- iiij An per illa verba in aliud ydioma mutata: fiat consecratio.
- v An sacerdos addendo aliqua alia verba ad prædictam formam consecret.
- vj An diminuens vel subtrahens aliquid de prædicta forma consecret.
- vij An incongrue proferens verba consecrationis consecret.
- viii An faciens transpositionem verborum consecret.
- ix An faciens interuallum in prolatione verborum consecret.
- x Quid si celebrans non recolat se dixisse verba cōsecrationis: aut aliqua alia quæ dici debent.
- xj An sacerdos per illam formam possit consecrare panem absentem.
- xij An possit consecrare omnem panem præsentē: in quacūque quantitate fuerit.
- xiiij An sacerdos verba consecrationis proferenda consecret omnem panem super altari existentem.
- xiiij An pluribus hostijs apposis: & sacerdote intentionem suam in prolatione verborum solum ad illam dirigente quam manu tenet, omnes consecrentur.
- xv Quid si sacerdos intendat consecrare solum centum hostias & appositæ sint plures vel pauciores.

OPERIS.

xvj Quid si appositæ sint multæ hostiæ: & sacerdos intendat solum aliquas illarum consecrare.

Arti. ij. Resoluit tria dubia quæ incidunt circa formam consecrationis vini.

j Quæ sit sufficiens & debita forma consecrationis vini.

ij An omnia verba in illa forma posita sint de substantia formæ.

iiij De significatione huius dictionis: calix: in forma prædicta.

¶ Capitulum. ix. sex in se tenet articulos.

Arti. j. Præmittit diuisionem totius missæ in quinque partes principales. In quarum prima fit præparatio. Secunda, oblatio. Tertia, Consideratio. Quarta sumptio. Quinta, gratiarum actio.

Arti. ij. Subdiuidit partem primam. Et exponit intentionem ac rationem eorum quæ in ipsa dicuntur.

Arti. iiij. Subdiuidit partem secundam.

Arti. iiij. Subdiuidit partem tertiam.

Arti. v. Subdiuidit partem quartam.

Arti. vi. Subdiuidit partem quintam.

¶ Capitulum. x. habet articulos. xij.

Arti. j. Enumerat decem generalia quæ in missa præfertim solemni & circa eam aguntur: quorum primum est lotio. Secundum est thurificatio. Tertium altaris osculatio. Quartum sacerdotis versio & salutatio. Quintum gestus variatio. Sextum iterata per cruce signatio. Septimum hostiæ fractio. Octauum partis hostiæ in calicem missio. Nonum osculi pacis datio. Decimum vini non consecrati sumptio.

Arti. ij. Declarat rationem & significationem primi.

Arti. iiij. Declarat rationem & significationem secundi.

Arti. iiij. Declarat rationem & significationem tertij.

Arti. v. Declarat rationem & significationem quarti.

Arti. vi. Declarat rationem & significationem quinti.

Arti. vij. Declarat rationem & significationem sexti.

Arti. viij. Declarat rationem & significationem septimi.

Arti. ix. Declarat rationem & significationem octauum.

Arti. x. Declarat rationem & significationem noni.

Arti. xj. Declarat rationem & significationem decimi.

Arti. xij. Continet breuem epilogum cum conclusione huius operis.

Finis summarij,

CAPITVLVM PRIMVM.

¶ INCIPIIT TRACTATVS DVBIORVM AC
difficultatum circa officium Missæ: & ea quæ ad debitam eiusdem
celebrationem exigunt frequentius occurrentium: iuxta sacrorū
canonum constitutiones probatorumque doctorū firmiores atq;
tutiores sententias resolutorias.

¶ CAPITVLVM PRIMVM. DE INTENTIONE
collectoris: & materia tractanda: tractandorumque numero: distin-
ctione atque ordine: duos continens articulos.

Arti. j. Præmittens præfationem intentum: tractandaque exponentem.

Præfatio.

OFFICIUM quanto maius & dignius est: tanto cum maiori cura so-
licitudine atque diligentia exercendum est. Grauius enim quis delin-
quit: si exequendo circa hoc negligentiam, defectum, vel errorem aliquem
admiserit. ¶ Inter omnia autem officia humanæ facultati commissa: non
est aliquod maius dignius aut difficilius quàm debita missarum celebratio.
In qua sacramentum præciosissimi corporis & sanguinis Iesu Christi redem-
ptoris nostri consecratur: immolatur: & sumitur. Sacro canone attentante.
Non modica inquit res est vnam missam facere & valde foelix est quæ vnam
digne celebrare potest. Restat igitur vt nusquàm cum grauiori periculo pec-
cetur: quàm si in executione huius dignissimi officij negligentia vel error
committatur. Eapropter sacerdotes simplices qui noticiam canonum. non
habent: neque semper facilem recursum ad superiores suos aut ad viros do-
ctos habere possunt: melius cauere valeant ne circa maximum istud myste-
rium deficiant vel errent. Et vbi aliquod horum cõtigerit: debitis remedijs
emendare sciant: valde vtile atque necessarium fore iudicauimus: vt circa
hæc oportuna eis tradatur instructio. ¶ Quod vt lucidius fiat: circa singu-
la quæ ad debitam missæ celebrationem exiguntur: dubia frequentius occur-
rentia mouebuntur. Ex quorū resolutionibus: congrua ipsius defectibus & er-
roribus remedia atque cautelæ poterunt adhiberi.

Arti. ij. Numerum distinctionem & ordinem tractandorum per dubij reso-
lutionem prænotans.

¶ Ad prænoticiam tractandorum præmittitur hoc dubium.

i Quot & quæ ad debitam ac ordinatam dignissimi sacramenti eucha-
ristiæ & missæ celebrationem requirantur.

De conse.
di. j. c. In-
ficat. & ex
tra de ce-
le. miss. c.
te referen-
te.

CAPITVLVM

Solu. Huius sunt nouem generalia sequentia ad quæ omnia necessaria reduci possunt.

- j. Minister siue sacerdos ad celebrandum ydoneus.
- ij. Locus celebrandi conueniens.
- iiij. Tempus celebrandi congruum.
- iiij. Materia ad ornatum vel congruentiam celebrationis opportuna: vt vestes, vasa, & cætera huiusmodi.
- v. Cerimonix in dicendis & agendis consuetæ.
- vj. Materia ad consecrandum apta, scilicet panis & vinum.
- vij. Forma consecrationis vtriusque debita.
- viiij. Notitia intentionis ac rationis eorum quæ in missa dicuntur.
- ix. Intelligentia rationis & significationis eorum quæ in missa & circa eam aguntur.

¶ Circa hæc: quæ dubia ac difficultates sæpius obuiant sacerdotibus missam celebraturis aut celebrantibus: per nouem sequentia capitula elucidabitur.

¶ Capitulo. ij. de dubijs occurrētibus circa ministrum siue personam ad celebrandum ydoneam, quinque includens articulos.

Arti. j. Sex dubia resoluens circa ministrum celebraturum ratione ordinis & officij sui excusationis occurrentia.

j. ¶ Quis sit minister ydoneus ad celebrandum & conficiendum: siue consecrandum corpus & sanguinem Christi.

Solu. Solus sacerdos rite ordinatus.

Et de cō. ij
se. di. j. ca.
fiāt in de-
cre. disti.
xxv. c. pfe
ctis. & de
fum. tri. &
fi. c. firmi
ter. §. vno
a S. Tho.
iiij. distin.
xxiiij. bo-
nauen. in
iiij. distin.
xiiij.

ij. ¶ Vtrum ille qui credit se rite esse ordinatum & tamen non est rite ordinatus, conficiat hoc sacramentum.

Solu. De hoc non habetur certitudo: pie tamen credi potest qd cōficiat virtute ecclesix, & qd summus sacerdos suppleat defectum, & qd non permittat periculum imminere ecclesix & eam decipi.

iiij. ¶ Quid agendum, si quis post inceptam missam habeat consciētiam qd non sit sacerdos rite ordinatus.

Solu. Si hoc contingit ante consecrationem: tunc dimittat missam imperfectam, aut consciētiam deponat: si post consecrationem procedat, & postea superiorem suum accedat & casum ei exponat.

iiij. ¶ Vtrum hæreticus, scismaticus, degradatus, infamis, irregularis, excommunicatus, interdictus vel suspensus, possit conficere hoc sacramentum, & ordinate celebrare.

SECUNDVM.

Solu. Quilibet istorum potest conficere: sed non debet: quia cōficiendo peccat. Et ita nullus ipsorum potest ordinate celebrare. iiiij. sen. dis. xiiij.

v ¶ Quid agendum sit: si quis post missam inceptam recordetur se esse excommunicatum: de quo prius non habuit memoriam.

Solu. Si contingat hoc ante cōsecrationē tutius est vt missam deserat: nisi graue scādalu timeatur. Si vero post cōsecrationem: assumat propositum humiliter petendi absolutionem & satisfaciendi: & procedat in missæ celebratione. S. tho. iij. par. q. lxxxviiij. ar. vj. ad. ij.

vj. ¶ Quid agendum si quis post missam inceptam habeat remorsum de irregularitate.

Solu. Si fiat ante consecrationem: tutius est quod missam deserat. Si vero post consecrationem: doleat & proponat atque conetur facere quod in se est: & procedat. Bona. iij. sen. di. xiiij.

Arti. ij. Resoluens sex dubia quæ incidunt circa dispositionē corporis ipsius ministri.

j ¶ Vtrum sacerdos mutus vel loquela priuatus possit consecrare, seu conficere hoc sacramentum.

Solu. Non: oportet enim cōficiētē habere facultatē sermonis siue loquelæ: quā si amiserit post susceptū ordinē: cōficere nō potest: eo q̄ nō potest verba consecrationis & alia proferenda vel dicenda dicere.

ij ¶ Vtrum habens aliquem alium defectum in corpore: possit missam celebrare.

Solu. Si habet aliquē defectū qui reddit eū inabilē aut impotentē ad dicendum vel faciendū ea quæ ad debitā celebrationē exiguntur. vt puta, si careat visu: vel digitus: quibus tractari: leuari: vel frangi debet hostia. ¶ Vel si habet aliū defectū notabilē: qui secundū iudiciū prælatis sui ordinarij generet scādalum si celebret: nō potest celebrare, quamuis possit alia quæ sunt sacerdotalis ordinis exercere.

iiij ¶ Vtrum leprosus possit celebrare missam.

Solu. Si non sit factus impotens per corrosionem membrorū potest celebrare in occulto: ¶ Coram alijs tamen leprosis potest etiam in publico celebrare. Hugo. xlix. di. hinc etenim.

iiij ¶ Vtrum patiens morbum caducum possit celebrare.

Solu. Si cadat frequenter: vel emittat spumam aut vocem confusam, nō potest. Si vero raro cadat nec emittat spumam. &c. potest dummodo habeat coadiutorem sacerdotem. Glo. in. c. cōmuniter. xxxiiij. di. vij. q. ij. cap. j.

CAPITVLVM

v ¶ **V**trum patienti fluxum sanguinis vel feminis: liceat celebrare.
Solu. Licet: nisi aliud impedimentum obstet. ¶ Si quis talem fluxum sanguinis patiat: vt suscepta in stomachum statim per secessum emittat: celebrare non debet.

vi ¶ **V**trum pollutus pollutione nocturna: possit licite celebrare.
Solu. Pollutio nocturna quamuis secundū se considerata non sit peccatū ex eo q̄ absq; vsu liberi arbitrij cōtingit: tamen ratione seu causa habet quādoq; peccatū annexum: cuius est effectus vel signum.

¶ Ideo primo consideranda est pollutionis nocturnę causa. Quę triplex esse potest. Prima est extrinseca spiritualis: scilicet dæmonum illusio: quę quandoq; prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad deuotionem præsertim cum quis ad dormiendum accedit: quę potest esse peccatum vel mortale vel veniale. Quandoque vero prouenit ex sola nequitia dæmonum volentiū impedire hominem à sumptione huius sacramenti.

¶ Secūda causa est intrinseca spiritualis scilicet cogitatio præcedēs lasciuia: quę quandoq; est ex concupiscentia & delectatione: vbi si absit consensus, erit peccatum mortale. Si autem desit: erit veniale.

Quandoq; autem potest esse sine omni peccato: vt cū aliquis causa lectionis vel disputationis cogitur de talib; cogitare: & si hoc fiat sine concupiscentia & delectatione non erit cogitatio immūda: sed honesta: ex quę tamē pollutio sequi potest. ¶ Tertia causa est in-

trinseca & corporalis: videlicet superfluitas vel debilitas nature: aut superfluitas cibi vel potus: q̄ quādoq; est cū peccato vel mortali vel veniali: vt cū prouenit ex superfluitate cibi vel potus. Quādoq; autē est sine peccato: vt cū prouenit ex infirmitate nature. ¶ Si igitur pollutio ex aliqua dictarū causarū cōtingit, put est cū peccato mortali: nō licet polluto celebrare nisi post viginti quatuor horas. Si vero accidat ex aliqua illarū causarū secūdū q̄ est sine peccato: vel so-

lū cū veniali peccato: potest pollut; licite celebrare. ^a Veruntamē si propter reuerentiā abstineat laudāndus est: nisi necessitas vel vitio scādali urgeat. Verum q̄ nō semp de facili potest p̄cipi ex qua

li causa proueniat. Ideo in dubio tutius est abstinere nisi vrgēs necessitas incubat: vel deuotio spūalis instiget, aut alias nulla indispositio deuitę reuerētix obuiās absit. ¶ Ita sentiēdū videtur de pollutione nocturna: siue in somno siue in vigilia finiatur. Nisi quis post

Tho. iij. par.
 q. lxxx. arti.
 vij. & iij. d.
 ix. q. ij. Et se-
 cūda secūda
 q. cliij. ar. v.

a Et si solen-
 nitas tribuat
 aliquid quod
 multum re-
 compenset
 tunc potest si-
 ne remorsu
 conscientię
 accedere vt
 dicit. S. Bo-
 nauē. iij. d. dif.
 xij. q. vltima.
 maxime secū-
 dū magistrū.
 petrū de pa.
 si ante mediā
 noctem acci-
 derit.

SECUNDVM.

enigilationē habeat cōsensu deliberato cōplacētā in delectatione: præcipue cum appetitu futuri operis: in quo casu tutius abstinetur.

Arti. iij. Resoluēs decē dubia emergētia circa hebitudinē mētis ipsi⁹ ministri celebraturi: quātū ad intētione vsum rationis culpā & gratiā.

i ¶ Vtrum ad conficiendum hoc sacramentum & celebrandum requiratur intentio ministri.

Solu. Cum ad perfectionem cuiuslibet sacramenti requiratur intentio ministri: oē q̄ perfectio illa fit per actum humanū à voluntate pcedentē: quæ per intentionē determinatur & specificatur: constat q̄ maxime ad conficiendum & celebrandum hoc excellentissimum sacramentum exigitur intentio ministri. Vnde & quædam glos. super Matthæum dicit. Quantum intendis: tantum facis.

ij ¶ Quæ debeat esse intentio sacerdotis: siue quid debeat intendere sacerdos consecrare volens.

Solu. In omnibus sacerdos debet intentionem suam conformare intentioni ecclesiæ: hoc est: q̄ intendat illud facere quod ecclesia intēdit & facit: cuius ipse in huiusmodi est minister. Intendit aut ecclesia facere quòd Christus fecit. Christus vero transubstantiauit panem in corpus suum: & vinum in sanguinem per verba consecrationis: hoc etiam debet intendere sacerdos.

Nota de intē
tione sacerdotis.

ijj ¶ Qualis intētio circa p̄lationē verborū cōsecrationis necessario requiratur. An scilicet semp̄ actualis exigatur: vel aliqua alia sufficit.

Solu. Intētio actualis nō necessario requiritur. Intētio autē virtualis semper necessaria est. ¶ Dicitur autē intētio virtualis cū quis prius habuit actualē intētione cōsecrādi: & ex illa motus est ad cōsecrādū: posito q̄ actualiter nō cogitet quando verba consecrationis pfert. virtualiter enim manet intentio prima: & hæc sufficit nisi contraria intentio subsequatur. Veruntamen studiose curare debet sacerdos: vt etiam actualem intentionem adhibeat: alioquin timendum est quòd à peccato non excusetur.

S. Tho. iij.
par. q. lxiiij.
art. viij. ad iij.

iiij ¶ Vtrum sacerdos furiosus: lunaticus: vel alia causa vsu rationis priuatus: possit conficere hoc sacramentum & licite celebrare.

Solu. Quia ad cōsecrationē huius sacramēti requiritur intētio ministri: vt circa resolutionē primi dubij huius articuli patet: exigitur etiam ad celebrationē deuotio: & sui ipsius examinatio: vt infra dicitur. Ideo si quis ita vsu rationis quacunq; ex causa sit priuatus vt nunq̄

O P E R I S.

hæc habere possit: neq; conficere potest neque celebrare. Si vero usu rationis priuetur & illo frequenter vtatur: neq; obstat aliud impedimentum: conficere quidem potest eo ipso & celebrare, dummodo habeat coadiutorem sacerdotem.

v ¶ Vtrum dæmoniacus possit celebrare.

vij. q. j. cap.
illud.
In decre. dif.
xxiiij. com-
muniter.

Solu. Si fuerit ex toto liberatus potest celebrare: alias non potest: quod per experientiam probari potest. Est autem tempus probationis arbitrarium iuxta discretionem prælati: pensatis circumstantijs personæ: vel dignitatis, vel alijs huiusmodi.

vj ¶ Vtrum existens in peccato mortali possit conficere hoc sacramentum & licite celebrare.

in. iij. sent. di-
stin. xiiij.

Solu. Conficere potest: sed non debet: quia consecrando peccat mortaliter. Vnde & cum celebrat duo peccata mortalia distincta comittit. Vnum quia indigne consecrat. Aliud quia indigne sumit.

vij ¶ Vtrum celebratur⁹ teneatur esse cert⁹ qd nō sit in peccato mortali.

Solu. Triplex inuenitur certitudo. Quædam supernaturalis quæ per solâ diuinâ reuelationē habetur: & talis hoc nō exigitur. Alia est naturalis: quia quis per sensum vel intellectum euidenter certus est de aliquo: & illa etiâ hic nō est necessaria. Tertia est moralis siue civilis: quæ neq; habetur ex reuelatione diuina: nec ex euidētia rei: sed ex pbabilib⁹ cōiecturis magis ad vnâ partē q̄ ad alterâ inclinātib⁹: & ad istâ tenetur celebraturus in proposito dubio: vt videlicet post diligentem & sufficientem conscientiæ discussionem: de qua infra capi. vj. arti. j. tractabitur certus sit modo prædicto se non esse in peccato mortali: & hæc certitudo hic etiam sufficit.

vij ¶ Quid sentiendum de eo qui licet non sit in peccato mortali: tamen secundum conscientiam scrupulosam estimat se esse.

Solu. Talis debet vel conscientiam scrupulosam deponere: vel à celebratione abstinere.

ix ¶ Quid agēdū si sacerdos postq̄ vel missam incepit: vel ad incipiendū est p̄parat⁹: recordetur peccati mortalis de quo nō est cōfessus.

S. tho. iij. par.
q. lxxxiiij. arti.
vj. ad. ij.

Solu. Debet poenitere cum proposito confitendi & satisfaciendi: & si habere possit confessorem: statim confiteatur. Nisi hoc absque graui scandalo fieri non possit.

x ¶ Vtrum perpetrans peccatum luxuriæ & statim post hoc poenitens & confitens: possit licite eodem die celebrare.

SECUNDVM

Solu. Non licet: sed abstinere debet ad minus per viginti quatuor horas: vt supra dictum est articulo. ij. de polluto pollutione nocturna. Doc. Theo. iij. dist. xij.

Arti. iij. Resolvens septem dubia quæ occurrunt circa ieiunium: sobrietatem & somnum ministri celebraturi.

i ¶ Vtrum sacerdos non ieiunus possit conficere & celebrare, S. Tho. secunda secunda. q. c. xl. vij. arti. vij. & iij. sen. dif. vij.

Solu. Duplex est ieiuniū. Vnū est ecclesiæ: quo, s. quis vnā comestionem vnus diei nō trāsgreditur: & hoc nō soluitur p sumptionē medicinæ vel aliorū quæ nō nutriunt: dūmodo in parua quātitate sumātur. Tale ieiuniū nō sufficit celebrāti. ^a Aliud est ieiuniū naturæ quod est priuatio cuiuscūq; suscepti in stomachū: vel viā ad stomachū per modū cibi vel potus siue nutriat siue non: vel perse cū alijs.

Suscepti dicimus à principio diei à quo quis dicitur ieiunus: hoc est à media nocte. Et tale ieiunium requiritur ad celebrantē. ¶ Vnde si quis non sit hoc modo ieiunus, quāuis posset cōficere & celebrare: tamen non debet quia grauiter peccaret. ¶ Et ideo cum quis est plures missas eodem die celebraturus: non debet sumere ablu- tionis vinum: nisi in vltima missa: vt inferius circa resolutionem vltimi dubij. arti. v. huius capituli dicitur.

¶ Quid agendum si quis post missam inceptam recordetur se ieiunium soluisse. a Doctor theo. in. iij. distin. vij.

Solu. Si recordetur ante consecrationē: tutius est q̄ cesset: nisi graue scādalum timeatur. ¶ Si post consecrationem procedat & perficiat: non obstante q̄ non sit ieiunus. ^b Quia præceptum de perfectione sacramenti maius est, quā præceptum quod ieiunus sumatur.

¶ Vtrum transglutians reliquias quæ post comestionem in ore manserunt possit celebrare. vij. q. j. cap. nihil.

Solu. Si casualiter transglutiantur: non impediunt celebrationem: quia non trahuntur per modum cibi vel potus: sed saluæ cui permittentur. Si vero studiose id fiat: abstinendum est.

¶ Quid si quis gargarizando vel os mundando parum aque aut vini transglutiat. S. Tho. iij. par. q. lxxxij. arti. vj. ad. ij.

Solu. Sicut in dubio præcedenti. ^b vt patet. c. cōperimus & c. relatum. de conse. dif. ij.

¶ Si quis tarda hora comederit vel biberit: & nondum digesserit: vtrum ei liceat celebrare. S. Tho. iij. par. q. lxxx. arti. vlij. ad. iij. & iij. sen. dist. vij. q. j. arti. iij.

Solu. Si ex hoc nō reddatur multū indisposit⁹ ad debite celebrādū: licet. Si vero ex hoc multū perturbetur & indisponatur tutius est vt

vbi supra.

CAPITVLVM.

abstineat. Vnde dicit glos. circa cañ. nihil. vij. q. j. Si quis etiam ante mediã noctẽ comederit: & adhuc sentiat eructationes: quia cibus non est digestus quandiu sentiat cibum: abstinebit à celebratione.

vj ¶ Vtrum patiens vomitum vel iam passus licite celebrare possit.

Solu. Si quis ex infirmitate substineat illam passionem: abstinere debet quousque sanetur.

vij ¶ Quid si per totam noctem non dormiuerit.

Solu. Sicut in præcedenti dubio. Dicit enim glo. in ca. Si constiterit. de accu. de vinolento qui in taberna pernoctauit: & altera die nulla pmissa dormitione celebrauit: q̄ non videtur ieiunus sed pransus celebrasse propter indigestionem. Et glosa. circa cano. sacramenta de conse. di. j. Ieiunium inquit dico celebrata digestionem.

Arti. v. Resolvens quinque dubia circa celebrationis abstinentiam: eiusdemque frequentiam occurrentia.

¶ Vtrum liceat sacerdoti omnino à celebratione abstinere.

Solu. Si sacerdos per sententiã ecclesie sit ordinis executione priuatus: vel ex debilitate aut egritudine factus sit impotēs vel ineptus ad celebrãdũ: tũc nõ tenetur celebrare. Si vero non sit priuatus potestate celebrãdi: aut alias factus impotēs vel ineptus: tũc nõ licet ei oĩno abstinere: quin saltẽ teneri videatur ad celebrãdũ in præcipuis festis. Et maxime illis diebus in quibus fideles cõmunicare consueuerunt.

¶ Vtrum expediat sacerdoti vt frequenter celebret.

Solu. Si frequenter sit ad celebrãdũ dispositus: expedit vt frequẽter celebret. ¶ Gratissimũ enim sacrificiũ illud est dño: & magnas atq; inenarrabiles hoc sacramẽtũ virtutes habet. Ideo putile est frequẽter celebrare & sumere: vt fructus eius sapius ac frequẽtius percipiatur.

¶ Vtrum liceat alicui quotidie celebrare.

Solu. Circa vsum huius sacramẽti ex parte celebrãtis & sumẽtis duo requirũtur. Primũ est desideriũ cõiũctionis ad christũ: qđ fit p̄ amorẽ. Secũdũ est reuerẽtia: quæ pertinet ad timorẽ. Primũ istorũ incitat ad quotidianã huius sacramẽti frequẽtationẽ. Secũdũ vero retrahit. Vnde si quis experimẽtaliter cognouerit ex quotidiana celebratione feruorẽ amoris augeri & reuerẽtiã nõ minui: talis quotidie celebret. Si quis autẽ senserit per quotidianã frequẽtationem reuerẽtiã minui & feruorẽ nõ multum augeri: ille interdum abstineat: vt cum maiori reuerẽtia & deuotione postea celebret.

Additio.
a Omnis cibus sumptus post mediam noctẽ impedit celebrationem. non autem ante. etiam si fomnus, nec indigestio sequatur. & hoc intellige si ex talibus mens non multum perturbetur. S. tho. iij. par. q. lxxx. arti. viij. ad. v. S. tho. iij. par. q. lxxxij. ar. x.

Additio.
Eucharistia debet frequẽter sumi ad restorationẽ perditę deuotionis & feruoris. f. Tho. iij. dist. xij. q. iij. art. j. q. j.

TERTIVM.

iiiij ¶ Vtrū quis sic dispositus vt laudabiliter possit celebrare: & possit etiam laudabiliter propter sacramēti reuerentiā abstinere melius ac laudabilius faciat à celebratione abstinendo quàm celebrando.

Solu. In tali casu melius salubrius & laudabilius est vt celebret, quàm q̄ abstineat. Nam ex celebratione multos fructus huius sacramēti percipere potest: vt patet ex resolutione secūdi dubij præcedētis: quibus abstinēdo priuatur. ^a Celebratio præterea ex charitate procedit: abstinētia vero ex timore: vt patet ex resolutione tertij dubij. Charitas autē timeri profertur. Nec validū est q̄ abstinens se putat potestea melius fore dispositū: quia fieri potest vt minus fiat dispositus. Incertum est etiam si vnquam deinceps sit celebraturus. Stat etiā q̄ celebrando assequatur aliquam gratiam specialem: quam abstinendo non continget: nec vnquam fortassis recuperabit.

v ¶ Vtrum liceat alicui plures missas vna die celebrare.

Solu. In die natiuitatis dñice potest quis tres missas celebrare: vt habetur de cele. mis. cōsulisti. Addūt doctores quatuor casus necessitatis: in quib⁹ potest quis duas celebrare. ¶ Primus est cū in die festo occurrit necessitas vt post missam diei dicatur missa pro defunctis.

¶ Secundus casus est cum necessitas infirmorum exigit vt viaticū pro eis cōsecretur. ¶ Tertius casus est cū superueniunt peregrini: aut occurrūt nuptiæ celebrationē exigētes. ¶ Quartus casus est: cū propter defectum sacerdotum vel paupertatē ecclesiarū: vni sacerdoti plures ecclesiæ cōmendantur. Alias nō licet nisi vnicā in die missam celebrare. vt habetur de conse. dist. j. Sufficit. Hoc autē cauendum est cum quis plures missas vult celebrare: ne ablutionem sumat nisi in vltima: vt sic ieiunus permaneat. & celebret.

¶ Capitulum. iij. de dubijs circa locum celebrandi
occurrentibus: duos continet articulos.

Arti. j. Resoluens quinque dubia circa locum celebrandi cōmunem vide licet ecclesiam incidentia.

i ¶ Quis sit loc⁹ cōmunis debitus & cōueniēs ad celebrādū missam.
Solu. Regulariter sola ecclesia consecrata.

ii ¶ Vtrum ne quis possit licite quandoq; extra ecclesiā celebrare.
Solu. ^b Potest de licentia episcopi vel superioris: dummodo habeantur necessaria ad celebrationem requisita. ¹

iiiij ¶ Quid si in regione aliqua nō inueniatur ecclesia cōsecrata ppter

S. Bonauen.
in. iij. di. xij.
S. Tho. iij. d.
xij. q. iij. arti.
j. & iij. par. q.
lxxx. ar. x.

Additio.

a Si non sunt tanta peccata vt excōmunicetur quis sed nō debet à medicina corporis & sanguinis domini separare. de cōse. d. ij. ca. si. non. quia nihil p̄ter peccatum mortale impedit necessario sumptionem eucharistiæ. scilicet bene de congruo vt notat sanctus Tho. iij. dist. ix. ar. iij. q. ij. & iij. par. q. lxxx. ar. vij. c. cōsulisti. de cele. mis. & c. ex parte vestra. de cele. missa. de conse. dist. j. c. j. & c. sicut. & c. sequēti. & c. nullus.
b Glosa. de cōse. dist. j. c. vnicūque.

CAPITVLVM

destructionē ecclesiarū: vel si quis sit in itinere cōstitutus: & p̄sertim de nauigatione vbi nō potest habere ecclesiam: vel cōstitutus in exercitu honesto: vel in alio consimili occurrente casu: vtrū ne quis possit alibi quā in ecclesia: etiam sine licentia episcopi.

Solu. In talibus casibus potest: si habeantur ibidem cætera necessario requisita: potest enim celebrare sub diuo vel tentorio.

De cōse. dist.
j. c. concedimus.

iiij ¶ Vtrum in mari vel in fluminibus in quibus naues frequenter agitantur liceat alicui celebrare.

Solu. Nullo modo debet: propter periculum effusionis sanguinis.

v ¶ Vtrum in omni loco consecrato liceat celebrare missam.

Solu. Non: si enim locus sit interdictus: siue à iure vt si sit pollutus sanguine vel semine: siue à iudice: videlicet per sententiam interdicti latā contra locum: non licet ibi celebrare. Et faciens contrarium in hoc casu incurrit irregularitatem.

Articu. ij. Resoluens sex dubia quæ circa locum proprium: scilicet altare occurrere possunt.

j ¶ Vtrum in ecclesia vel alibi possit quis licite celebrare super aliquo alio quā altari.

Solu. Non licet: nisi super altari vel fixo siue stabili vel portatili: siue viatico quod potest poni super mensam vel arcā vel aliud huiusmodi.

ij ¶ Quale debeat esse altare super quo celebrare licet.

Solu. Altare debet esse lapideū cōsecratū: integrū: nō enormiter fractū.

iiij ¶ Quibus altare debeat esse coopertum & ornatum.

Solu. Duabus pallis & corporali consecratis: de lino puro factis nullo colore tinctis: sed totaliter albis: mundis & nitidis.

iiij Vtrū semp̄ liceat sacerdoti sup̄ quolibet altari cōsecrato celebrare.

Solu. Non: nam postq̄ episcopus super aliquo altare celebrauit: non licet illo die alteri sacerdoti super illo celebrare: nisi de licentia episcopi.

De cōse. dist.
ij. ca. fi.

v ¶ Quantum debeat esse altare portatile: vt sit aptum celebrationi super eo fiendæ.

Solu. Tātū esse debet vt possit recipere pedē calicis & hostiā: & q̄ sacerdos man⁹ sup̄ ipsum cū hostia tenēdo cōueniēter cōsecrare possit.

vj ¶ Quid si sacerdos aliquod de p̄dictis requisitum obmittat: vtrū scilicet consecret celebrando.

Solu. Si obseruat alia ad consecrationem necessaria consecrat: sed tamē grauit̄ peccat scienter obmittens.

QVARTVM.

¶ Capitulum. iij. De dubijs occurrentibus circa tempus congruum quo celebrari debet: duos habens articulos.

Arti. j. Resoluens quatuor dubia occurrentia circa tempus celebrandi commune: videlicet diem.

S. tho. iij.
partic. q.
lxxxij. ar.
vj. ad. iij.

j ¶ Vtrum indifferēter in nocte & die liceat alicui missam celebrare.
Solu. Non licet regulariter nisi in die: hoc enim sacramentum ad tempus gratiæ pertinet: quod per diem significatur. Vnde & saluator dixit. Me oportet operari donec dies est.

Ioan. ix.

ij ¶ Vtrum ne aliquando liceat in nocte celebrare.

Solu. Solum in duabus noctibus licet: videlicet in nocte natiuitatis Christi, & in nocte dominice resurrectionis.

De conse.
di. ca. nocte.

ij ¶ Vtrum ne liceat quandoque ante initium diei celebrare.

Solu. In tribus casibus licet. Primus si necessitas postulet: vt si contingat aliquem infirmari ad mortem & non habeatur hostia consecrata: potest sacerdos celebrare & consecrare. Secundus casus si episcopus sit in itineratione: tunc potest ante diem celebrare vel facere celebrari coram se. Tertius casus: si quis habeat dispensationem ab episcopo vel superiore vt possit celebrare ante diem: alias nō est tutum nisi aliqua rationabilis & vrgens necessitas superuenient.

ij ¶ Quid si quis celebret credēs diē incepisse & tamē nondū inceperit.

Solu. Quia quod parum distat nihil distare videtur: talis excusatur: præcipue si deuotio hoc exposcerit.

Arti. ij. Resoluens tria dubia quæ se offerunt circa tempus celebrandi propriam scilicet horam.

j ¶ Qua hora diei liceat missam celebrare.

S. tho. iij.
part. q.
lxxxij. ij.
ad. ij.

Solu. Missæ solennes siue publicæ secundum canones tribus horis celebrari debent. videlicet hora tertia in diebus festiuis: hora sexta in profestis diebus: & hora nona in diebus ieiuniorum.

¶ In hoc tamē obseruanda videtur deberi consuetudo religionis vel regionis. Priuatæ vero missæ celebrari possunt à principio diei vsque ad horam nonam: hoc est ad meridiem.

De conse.
di. j. c. necessesse.

ij ¶ A quo tempore sumendum sit principium diei.

Solu. Principium diei non est accipiendum ab ascensu solis super nostrum horizontem: sed ab illa hora qua radij solares incipiunt illuminare nostrum hemispherium quod dicitur principium auroræ, & incipit vna hora & quinta parte horæ ante corporalem solis ortum.

CAPITVLVM.

ij ¶ Quid si quis celebrando non obseruet tempus debitum.

Solu. Si obseruet alia ad consecrationem necessaria consecrat. sed tamen si ex cōtēptu vel sciēter tēpus debitū nō obseruat: mortaliter peccat: faciens cōtra cōstitutionē & consuetudinē generalē ecclesiæ Romanæ.

¶ Capitulum. v. de dubijs quæ incidunt circa materialia exteriora quæ ad ornatum vel congruentiam celebrationis requiruntur: tres articulos compræhendit.

Arti. j. Resoluens quinque dubia quæ circa vestes & indumenta sacerdotalia insurgunt.

Innocen.
in lib. de
offi. iij.

j ¶ Vtrum sacerdos celebraturus: specialibus debeat indui vestibus.

Solu. Sic congruum est enim vt quibus sacerdos vsus fuit in sua ordinatione etiam vtatur in celebratione. Et quia in susceptione ordinis specialibus vestibus indutus fuit: ideo & talibus vti debet in celebratione.

ij ¶ Quot & quæ sunt huiusmodi vestes vel indumenta.

Solu. Simplicium sacerdotum sex sunt indumenta: scilicet amictus siue humerale: alba: cingulum: manipulus: stola & casula.

De confe.
dis. j. cap.
vestimen
ta.

ij ¶ Vtrum requiratur q̄ sint benedicta siue consecrata.

Solu. Sic debent enim esse sacrata & honesta, nec alijs vsibus quàm ecclesiasticis & deo dignis officijs deputanda.

iiij ¶ Vtrum celebrans absque vestibus & indumentis beneficijs efficiatur irregularis.

Solu. Non, quia inuenitur hoc in iure positum: verum tamen scienter vel ex ignorantia crassa hoc faciens: grauiter peccat.

v ¶ Vtrum necessario requiratur quòd tales vestes & indumenta cæteraque correquisita sint munda & nitida.

Solu. Sic, nam vt habetur in. c. reliqui, de custodia eucharistiæ. clericis præcipitur vt oratoria, vasa, pallæ, corporalia: & vestimenta munda & nitida conseruentur. Quod autem præcipitur imperatur: & quod imperatur necesse est fieri. Si non fiat: poenam habet. vt habetur. xiiij. q. j. quod præcipitur. Væ igitur illis qui maiorem curam adhibent vt linteamina: vel prohpudor est dicere foemoralia sint munda & nitida: quàm ea super quibus locari & tractari debet sacratissimum & mundissimum corpus Iesu Christi.

Arti. ij. Resoluens quatuor dubia quæ circa vasa ad celebrandum oportuna occurrunt.

j ¶ Vtrum ad celebrationem missæ requirantur aliqua vasa specialia.

QVINTVM.

Solu. Sic. potiori ratione quàm vestes speciales: propter corpus & sanguinẽ Christi: vt decenter & reuerenter ibi possint locari.

ij Quot & quæ sint huiusmodi vasa.

Solu. Duo quæ necessario requiruntur: scilicet calix & patena.

iiij De qua materia debeant esse vasa ista.

Solu. Hæc vasa debent esse de auro vel argento nisi paupertas obsistat. In quo casu sufficit quòd sint de stanno.

De conse.
dist. j. ca.
vasa. & c.
vt calix.

iiij ¶ Vtrum requiratur quòd sint consecrata.

Solu. Sic, fortiori ratione quàm vestes: propter causam superius expressam.

Arti. iiij. Resoluens octo dubia occurrentia circa circumstantias & alia exteriora requisita.

j ¶ Vtrum liceat alicui sine libro missali celebrare.

Solu. Non licet alicui: etiam si omnia memoriter sciret: sed debet habere librum in quo ad minus missa cū canone contineatur propter periculum erroris qui ex obliuione vel distractione contingere potest.

ij ¶ Vtrum liceat alicui sine igne siue lumine candelæ celebrare.

Solu. Non licet. In lege enim scriptum est. Ignis in altari meo semper ardebit: quod in celebratione huius sacramenti maxime obseruandū est: vbi ille immolatur tractatur & sumitur: qui est candor lucis æternæ. & qui venit ignem mittere in terram. &c.

Extra de
cel. missa.
ca. literas.
Leuiti. vj.
Sapie. vij.
Luce. xij.

iiij ¶ Vtrū sacerdos solus nullo præsentente licite possit celebrare missam.

Solu. Nullo modo licet: sed ad minus vnus debet esse præsens qui sacerdoti celebranti ministret: & in persona ecclesiæ vel totius populi respõdeat.

iiij ¶ Cuius conditionis & qualitatis debeat esse ministrans.

Solu. Ministrans debet esse masculus & clericus: aut saltem sciens ministrare celebranti & respondere. Et si fuerint plures ministrantes: debent etiam huiusmodi esse conditionis: vt notatur in cañ. hoc quoque de conse. distin. ij. & in glo. ibidem. Vnde patet quòd nulli foemine etiam si sanctimonialis fuerit: licitum est missam ministrare.

v ¶ Quid si ministrans aliqua causa vel occasione recedat de altari dimittendo celebrantem solum: reuersurus tamen: vtrum celebrans debeat procedere in missa vel cessare donec ministrans redeat.

Solu. Procedere debet quousque aliquid occurrat in quo indigeat ministerio ministrantis.

vj Quid si ministrans recedens non reuertatur.

Solu. Sacerdos celebrans necessitate compulsus: vicẽ ministrantis suppleat.

Nota quo
modo se
debet ha-
bere sacer-
dos si in
missa re-
linquitur
à mini-
stro.

CAPITVLVM.

vij ¶ Quid de sacerdote incluso vel eremita & solitario. An scilicet celebrare possit.

Glo. in. c.
hoc quo-
que de cō
se. dist. i.

Solu. Si ei non suffragetur copia ministrantis solus celebrare potest. alias sec^o vt notatur in glo. circa solutionem quarti dubij præcedentis allegata.

viii ¶ Quid si quis obmittat aliquid prædictorum.

Solu. Quamuis cōsecret: scienter tamen vel ex ignorantia crassa obmittēs grauiter peccat: vt etiam circa superiora dictum est.

¶ Capitulum. vj. de dubijs quæ occurrunt in cerimonijs consuetis & obseruandis in missa, & circa eam tam in agendis quàm in dicendis: tres includens articulos.

Arti. j. Resoluens decem dubia quæ oriuntur circa agenda & dicenda ante missam.

i ¶ Vtrum celebraturus missam aliquid specialiter agere debeat ante missam.

Solu. Sic cū enim omne quod agere intēdimus per studium considerationis præuenire debeamus, vt sic ad id quod agēdū est præparemur: maxime decet vt fiat circa hoc dignissimum officium: ne quis impræparatus accedens iudicium sibi manducet & bibat. Præterea requiritur itaq; debita ac sufficiens præparatio sacerdotis: qua ita efficiatur dispositus & idoneus: vt digne ad celebrandum possit accedere. Vnde & scriptum est. Antē orationem præpara animam tuam.

Ecclesiast.
xviij.

ij ¶ In quo consistat debita & satisfaciens præparatio sacerdotis celebraturi.

Solu. Præparatio illa cōsistit in debita & sufficienti conscientie mundificatione & adoratione: quæ perquirunt debitā sui ipsius probationem: id est diligentē conscientie suæ examinationem secundū quod apostolus Corinthios monet ita scribens. Probet autem seipsum homo. Et ita ex toto tria in genere requiruntur ad debitam sufficientem: & dictā preparationē: scilicet. Probatio, purgatio, & adornatio cōsciētiæ.

j. Cori. xj.

iiij ¶ Qualiter & in quibus quis seipsum probare & examinare debeat.

Solu. Primo & ante omnia debet cū diligētia cōsciētiā suam discutere & examinare præsertim à proxima confessione debite facta. Si interea ne incidit in excommunicationem: irregularitatē: vel suspensionem aut aliquid aliud huiusmodi impedimentum. Secundo diligenter prospicere debet si ne interea aliqua mala præcipue mortalia commiserit: si ne aliqua bona ad quæ obligatur obtulerit: vel negligēter persol-

SEXTVM.

uerit. Tertio si aliqua huiusmodi inuenerit: an ex toto corde de istis doleat: & ea propter deum quem offendit detestetur. Quarto an habeat firmum propositum emendandi vitam suam: & ab omnibus mortalibus cauendi in futurum propter deum. Quinto an intendat omnia confiteri ante accessum ad celebrationem & iuxta arbitrium confessoris pro eis satisfacere. Sexto utrum habeat rectam fidem cum debita intentione & conatu ad debite, deuote celebrandum. Septimo an debitam diligentiam in discussione & examinatione predictorum adhibuerit. Hæc diligenter animaduertant sacerdotes concubinarij: lusores: crapulosi: ebriosi: & alij confimiles in damnabili statu uiuentes. Pensentque studiose qualiter ad celebrandum accedant: & quæ eos ultio diuina expectet.

iiij ¶ Quanta requiratur diligentia in examinatione prædicta: ut sufficiens reputetur & debita.

Solu. Tanta requiratur quanta quis faceret in magno & arduo negotio pro magna & ardua re lucranda: aut graui incommodo uitando: iuxta possibilitatem humanæ fragilitatis. Vnde si quis huiusmodi diligentiam in conscientia suæ examinatione non fecerit: indigne ad istius sacramenti celebrationem atque sumptionem accedit, quia impreparatus ita dominici corporis & sanguinis reus iudicabitur.

Landul.
iiij. sent.
dist. xi.

¶ Sumens Eucharistiam in peccato mortali ignorato facta diligenti discussione etiam non sufficienti non peccat. sanctus Tho. iij. par. q. lxxx. arti. iij. ad. v. & iij. distin. ix. articu. iij. q. ij.

v ¶ Quomodo possit quis esse aut fieri certus quod debitam & sufficientem diligentiam præacta discussione fecerit?

Solu. Ex quo hic non requiritur euidens certitudo: cum illa absque diuina reuelatione haberi non possit: sed exigitur solam certitudo moralis siue civilis sicut in alijs agilibus humanis: potest quis ex probabilibus coniecturis post examinationem de debita diligentia factam: satis scire & certus esse: an debitam diligentiam fecerit vel non fecerit in discussione præcedentium: & hoc sufficit quemadmodum etiam dictum est supra capi. ij. arti. iij. de certitudine essendi absque peccato mortali.

vi ¶ In qua consistat debita & sufficiens conscientia purgatio.

Solu. Talis consistit post debitam examinationem factam in peccatorum præsertim mortalium & aliorum impedimentorum si quæ per discussionem inuenta fuerint: totali & omnimoda remotione vel expulsionem. ¶ Ad quam expulsionem tria præcipue requiruntur. Primum

CAPITVLVM

est vera & perfecta cōtritiō peccatorum detestatio: per quā quis deo quem offendit reconciliatur. Secundū est pura & integra confessio. Tertium est recta ac debita absolutio. Nō enim sufficit q̄ accedens ad celebrādū sit per cōtritiōnē recōciliatus deo: sed exigitur q̄ etiam sit reconciliatus ecclesiæ: vt digne suscipiat sacramentū vnitatis ecclesiæ: quod si per oblationem: quæ prærequirit confessionem.

Additio.
a Et etiā post cōfessionem de mortali nō debet quid statim sumere eucharistiam nisi necessitas urgeat. S. Tho. iij. dist. ix. ar. iij. q. ij. Bona. iij. dist. xij. & glos. in. c. de homine. de cele. missa.

vij **¶** Et ideo si quis post mortale commissum quantumcunq; contritus fuerit accedat ad celebrandum absq; confessione & absolute: mortaliter peccat: nisi occurrat casus qui in dubio sequēti tangetur.

¶ Quid agendum si quis non possit habere copiam confessoris.

Solu. Si possit absque scandalo differre celebrationem: differat quousq; habuerit cōfessorem. Si vero immineat scandalum nisi statim celebret: tunc cum debita contritiōe & voluntate confitendi tempore opportuno: celebret vt scandalum euitetur. Si tamen ex negligentia sua defuit confessor quem habere potuisset si debitam diligentiam fecisset: specialiter poeniteat.

vij **¶** Quibus ornamentis conscientia celebraturi debeat esse adornata: vt digne & debite possit celebrare.

Solu. Necessariū est vt digne celebraturus accedat ornatus: recta fide, debita intentione: & sufficienti conatu ad debite reuerenter & digne celebrandum. **¶** Decens ac debite decoratus sit humilitate: castitate: iusticia & cæteris virtutibus quæ per vestes sacerdotales significantur.

ix **¶** Vtrum celebraturus teneatur dicere horas canonicas ante missæ celebrationem.

ar. xj. dist. ca. in his. & extra de celeb. missa. ca. j. & cap. vltimo. Solu. Talis ad minus dicere tenetur ante celebrationem matutinas: alioquin mortaliter peccat. Ad alias autem horas canonicas non tenetur ante missam sub peccato mortali: nisi aliqua specialis constitutio vel approbata consuetudo eum ad hoc obliget. Nihilominus cōgruū videtur vt etiam primæ ante celebrationem dicantur:

¶ In cæteris attendenda est consuetudo ecclesiæ cathedralis vel religionis: cuius est pars vel subditus.

x **¶** Vtrum sint aliqua alia specialiter dicenda vel agenda ante missæ inceptionem à celebraturo.

Solu. In hoc attendēda est cōsuetudo diocesis vel religionis suæ secundum quā si aliqua alia præmittātur quæ ad decentiā reuerentiā, & deuotionem deseruiant: decet: vt ita obseruetur. **¶** Vnde vbi cōsuetū est vt

SEXTVM.

dicantur isti psalmi. Quā dilecta. Benedixisti. Inclina. Credidi. & De profundis. cū quibusdā precibus & collectis. Vel etiam quidam psalmi & orationes ad lotionem manū & induitionem sacrarum vestium & ad accessum ad altare: non sunt ista à celebraturo obmittenda vel contemnenda. ¶ Solet etiam præmitti confessio generalis publica & osculatio altaris; apud quosdam thurificatio: præcipue ante missas solemnes quæ suo modo etiam sunt obseruanda.

Arti. ij. Resoluens quatuordecim dubia occurrentia circa dicenda & agenda in missa: modumq; dicendi atq; agendi.

i ¶ Quæ sunt dicenda & agenda in missa & quomodo.

Solu. Generaliter illa dicenda & agenda sunt: & eo modo quæ & secundū q̄ ordinatio ac consuetudo diocesis vel religionis celebrantis obseruat.

ij ¶ Vtrum sacerdos in missa debeat vel possit aliquid aliud dicere quā in libro missali continetur.

Solu. Magis expedit quòd nihil aliud dicat: potest tamen cogitare aliqua deuotionem excitantia. Si igitur affectum habeat ad aliqua dicenda pertranseat illa cogitando atq; meditando.

ar. c. visu
de confe.
dist. j.

iii ¶ Vtrum verba canonis debeant dici secreta: sicut & orationes in missa quæ secreta vocantur.

Solu. Sic propter multas causas quas non est opus recitare.

iiij ¶ Vtrum cætera præter canonem & secretam vel secretas si plures accipiantur debeant alta & audibili voce dici.

Solu. Ita expedit fieri. Non enim absq; causa rationabili ecclesia fecit distinctionem inter canonem & alia dicenda: per hoc namque excitantur & edificantur astantes. Si tamen solus ministrans astat: qui fortassis (vt apud quosdā religiosos cōsuetū est) postea sit celebraturus: & sub ministracione se aliquo modo recolligat meditando: non videtur hac de causa necessariū: debet tamen nihilominus cōsuetudo loci obseruari.

v ¶ Vtrum in memorijs viuorum & mortuorum: debeat aliquorum fieri nominatio.

Solu. Non est necesse. Si tamen celebrans ex nominatione eorum sentiat deuotionem augeri: poterit nominare: cauendo nihilominus prolixitatem propter astantes.

ar. xiiij. q.
ij. c. cum
grauia &
c. non ex-
timemus
& glos. de
confe. di.

vi ¶ Vtrum sacerdos cupiens aliquorum nominatim habere memoriam: possit ante celebrationem hoc facere.

Solu. Expedit vt ita faciat: præsertim si publice & corā multis sit celebratu-

j. c. visum

CAPITVLVM

rus: vel si multorum nominatim memoriam habere velit. Sicut etiã expedit vt celebraturus habens desiderium dicendi vel meditãdi alia specialia pro deuotione maiori excitanda circa sumptionẽ sacramenti: hoc faciat ante celebrationem: vel etiam sub celebratione si missa innotis cantetur: & tempus aptum ad hoc habeatur.

vii ¶ Vtrum requiratur attentio celebrantis circa dicenda & agenda.

Solu. Quemadmodum non necessario requiritur actualis intentio: vt superius. c. iij. arti. iij. circa resolutionem tertij dubij dictum est. Ita etiam non necessario requiritur actualis & continua attentio: virtualis tamen semper est necessaria. Est autem virtualis attentio: virtus quãdã relicta ex actuali attentione præuia: & intentione siue proposito perseverandi in tali attentione actuali. Et hæc etiam sufficit. Nisi interrumpatur per actualem attentionem sibi contrariam siue voluntariam conuersionem ve euagationem ad alia. Veruntamen studiosam diligentiam adhibere debet celebrans vt actualem attentionem retineat: & ne ad alia distrahatur: quoniam si quis debitam diligentiam non adhiberet à peccato non potest excusari.

viii ¶ Vtrum ad debite & digne celebrandum: requiratur deuotio in celebrante.

Solu. Deuotio duobus modis potest accipi. ¶ Primo pro voluntate prompte tradendi se ex dilectione ad ea quæ pertinent ad dei famulatum.

¶ Secundo pro feruore dilectionis: quo mens cum quadam suauitate & delectatione eleuatur ad deum. Et secundum utrunq; modum dupliciter potest esse deuotio. Quãdã enim est actualis: quando scilicet actualiter voluntas prompte se tradit diuino obsequio: vel mens actualiter feruet in dilectione. Alia est virtualis vt cum ex actuali & præuia deuotione relinquatur quãdã virtus quæ ad actus sequentes concurret.

¶ Circa actualem deuotionem duo sunt consideranda: scilicet deuotio ipsa: & conatus ad acquirendum eam. Circa officium etiam missæ duo attendenda sunt: scilicet missæ celebratio: & ad celebrandum debita preparatio. Sacerdos itaq; celebraturus in preparatione circa examinationem & probationem sui ipsius tenetur habere deuotionem primo modo dictam actualiter: hominis enim est præparare animũ.

¶ De hæc deuotione videtur esse intelligenda glõsa. j. Corinthio. xj. dicens. Indignus est qui non deuotamente accedit ad Eucharistiam. Ad deuotionem vero secundo modo dictam actualiter habendã nõ

SEXTVM.

tenetur. Ille enim feruore dilectionis à domino gratuite datur. vnde aliquando desideratus dari denegatur: vel datus subtrahitur alicui: secundum quod dispositio eius meretur: vel salutis suae dominus nouerit expedire. Verū tamen celebraturus tenetur toto conatu illum feruorē desiderare: & possibilem diligentiam adhibere: faciendo totum quod in se est vt sibi detur. Nitendo omnem tēporum distractionem: euagationem mentis expellere: & si aliquid huius occurrat: deliberate non tenere: hoc enim faciendo non censetur indignus: sed sufficienter deuotus accedere. Vnde si pro tunc ille feruor ei non detur. non debet propter hoc à celebratione abstinere: sed absque scrupulo celebrare.

¶ In ipsa autem celebratione non requiritur de necessitate deuotio actualis primo modo accepta: sed sufficit: & etiam requiritur virtualis ex actuali præcedente relicta. Licet etiam non requiratur actualis deuotio secundo modo dicta: eo quod non est in libera potestate nostra: requiritur tamen & sufficit desiderium cum populi conatu actuali ad acquirendum illam deuotionem: ita quod celebrans faciat quod in se est cor sursum eleuando: prout & ipse astantes excitat & hortatur cum dicit. Sursum corda. Circa quod dicit Cyprianus papa. vt habetur de conse. distin. j. quando. Ideo sacerdos præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo. Sursum corda. vt dum respondet plebs. Habemus ad dominum. admoneatur nihil aliud quam dominum cogitare debet. Claudatur contra aduersarium peccatus: & soli deo pateat: nec ad se hostem dei venire patiat. Hæc ibi.

¶ Nota.

ix. ¶ Vtrum celebrans debeat stare capite discooperto.

Solu. Sic. vt habetur de conse. di. j. ca. nullus. Nisi occurrat rationabilis causa cooperiendi. Vnde si quis absque tali causa stet coopertus grauius peccat: vt habetur ex eodem capitulo.

x. ¶ Cum quo debeat fieri ablutio post sumptionem sanguinis.

Solu. Cum vino: vt habetur in ca. ex parte de. cele. mis. Cuius ratio inferius ultimo capitulo reddetur.

xj. ¶ Vtrum sacerdos post missam inceptam licite possit desistere: officium non perficiendo.

Solu. Non potest: nisi occurrat aliqua rationabilis & sufficiens causa.

xij. ¶ Quid agendum si sacerdos post missam inceptam moriatur: vel in talem infirmitatem aut debilitatem incidat vt non possit perficere.

Solu. Si aliquod istorum contingat ante consecrationem: non est necessa-

Alioquin peccat mortaliter vt patet de cō. dist. j. ca. nullus. S. tho. iij. par. quæf. lxxx. ar. j. ad. j.

CAPITVLVM

vij. q. j. ca.
nihil.

rium q̄ missa per alium perficiatur: potest tamen fieri si assit alius sacerdos dispositus. Et ille incipiat vbi prior dimisit: quod si nesciat potest incipere à principio. ¶ Si vero aliquod prædictorum contingat post consecrationem corporis & ante consecrationem sanguinis: vel post consecrationem vtriusque: tunc debet suppleri & perfici missa per alium dispositum. Si autem contingat hoc in prolatione verborum consecrationis corporis: verbis iam in parte pronunciatis: similiter perficiatur per alium qui incipiat ibi. Qui pridie. Et si illud contingat in consecratione sanguinis: incipiat ibi. Simili modo.

¶ Sic etiam agendum videtur cum dubitatur: vtrum prior sacerdos incipit verba consecrationis proferre & non perfecerit.

¶ Nec reputandum est tunc fieri iterationem: quia non intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum.

xij ¶ Quid agendum si celebranti sanguis per nares erumpat: vel fluere incipiat.

Solu. Pauare debet reclinando vel sedendo: donec fluxus cesset. Cauere autem debet ne vestes vel aliqua sacra per sanguinem coinquinentur recipiendo illum: vel in aliquo vase vel panniculo prout discretioni suæ melius conuenire videtur. Si autem ille fluxus restringi nō posset neque sacerdos perficere: tunc agendum est vt in casu dubij præcedentis.

xiii ¶ Quid si sacerdos obmittat aliquid vel aliqua de dicendis vel agendis in missa.

Solu. Si obseruet ea quæ necessario ad consecrationem requiruntur: consecrat: sed tamē grauitè peccat si scienter obmittat aliquid notabile ex institutione vel consuetudine ecclesiæ ad hoc officium requisitum: vt puta, missæ introitum. Epistolam. Euangelium. vel aliud huiusmodi.

¶ Si autem aliquid modicę reputationis: vel ex negligentia aliquid obmittat minus peccat. Diligētissime tamen cauere debet ne cōtingat.

Arti. iij. Resoluens quatuor dubia quæ occurrunt circa dicenda: agenda & cauenda post missæ celebrationem.

j ¶ Vtrum aliqua specialiter sint dicenda post missæ celebrationem.

Solu. Sic: primo nāq; & ante omnia dicendæ sunt corde & ore: debite & deuote gratiarum actiones. Cum enim vt & ipse celebrans in præfatione protestatur dignū & iustū sit atq; equū & salutare: vt semper & vbiq; domino gratiæ agantur: quia in nullo loco vel tēpore nobis beneficia

SEXTVM.

sua clemēter largiri cessat, dignissimum, iustissimum, & æquissimum est: vt hoc fiat post huius beneficij perceptionē: & tātō diligētius atq; deuotius, quāto inter omnia beneficia hominibus à deo collata: illud vnū de maximis habetur. Non solum autē ideo gratias agere debet celebrans ne propter ingratitudinē de tanto beneficio grauius iudicetur à domino: sed & vt de tali gratias debitas exhibens: potiorū beneficiorum dignus efficiatur: & præcipue vt ad crastinā celebrationem: vel saltem spiritualem istius sacramēti sumptionē ad quā semper teneatur esse dispositus: præparatio reddatur. Semper enim celebratio præcedens dispositio ac præparatio esse debet ad sequentem.

¶ Magis autem attendenda est in huiusmodi gratiarum actione feruida cordis deuotio, quā proluxa labiorum oratio.

ij Vtrum post celebrationem aliqua etiam singulariter sint agenda.

Solu. Sic. debet enim is qui celebrauit in omnib⁹ timorate, virtuose, & exemplariter se habere: & in bonis occupationibus exercitijsq; salutaribus cōsolationem & delectationē quærere: vt in meditādo, psallēdo, orando, studendo, scribendo, legendo, docendo, & horas canonicas debite persoluendo. Ita vt & diabolus nunquam eum ociosum inueniat. de conse. dist. v. ca. nunquam: & ad futura dona paratior fiat.

iiij Quæ sint sacerdoti post celebrationem cauenda.

Solu. Maxime cohibenda est lingua: ne loquatur leuia, inutilia, scurrilia vel dolosa verba, sic etiam visus ne videat vana. Et suo modo sensus cæteri sunt custodiendi: præcipue etiam crapula & ebrietas fugienda, ioci & ludivitiandi. Et vt hæc facilius fieri possint studendum est. vt dicit beatus Gregorius. vt semper animus in suo pendere & vigore seruetur: ne postea eum fluxa cogitatio dissoluat: ne vana læticia mentem surrepat: & lacrum compunctionis anima per incuriam fluxę cogitationis perdat.

iiij ¶ Vtrū statim post missæ celebrationē sit comedendū vel bibendū.

Solu. ^a De iure non debet fieri: vnde in canone tribus: de cōse. dist. ij. dicitur. Si mane dominica porcio editur: vsq; ad sextā ieiuent ministri qui eam sumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint ieiuent vsq; ad vespas. Sed consuetudine hoc ius non seruatur, propter reuerentiam tamen tanti sacramenti: dignum est à cibo & potu abstinetur donec debita gratiarum actiones sint redditæ: & ita etiam interea species sacramentales verisimiliter existimentur corruptæ.

Additio.
a S. Tho.
iiij. par. q.
lxxx. arti.
viiij. ad. vj
& .iiij. di.
viiij. q. j. ar.
ti. iiij. dis.
quæ post sump-
tionē eu-
charistiæ
ante præ-
diū suffi-
cit modi-
cum inter-
uallum.

CAPITVLVM

¶ Capitulum. vij. de dubij occurrentibus circa materiam ad consecrandū aptam: videlicet panem & vinum: sex cōtinet articulos.

Arti. j. Resoluens sex dubia quæ incidunt circa panem consecrandum: siue hostiam antequam consecratur.

j ¶ Quis & qualis debeat esse panis: vt consecrari & ex eo confici possit corpus Christi.

S. tho. iij. par. quæst. lxxxiiij. artic. iij. extra de cel. mis. c. per litteras. Solu. Debet esse triticeus: aqua naturali confectus & azimus: id est non fermentatus.

ij ¶ Quid agendum si sacerdos percipiat panem non esse triticeum: vel alia aqua quam naturali confectum aut fermentatum.

Solu. Si aliquid istorum percipiat ante inceptionem canonis: panem illum remoueat: & aptum apponat. Et sine alicuius repetitione procedat.

¶ Si post inceptionem canonis & ante verba cōsecrationis: remoueat vt supra & canonem reiniciat: hoc videtur tutius & conuenientius.

Si post verba cōsecrationis panis: & siue ante siue post consecrationem sanguinis: ante tamen sumptionem panis remoueatur ille panis & recipiatur aptus: atque cōsecratur vt supra.

Panis vero supra quem prolata sunt verba consecrationis reuerenter tractetur: & sumatur à celebrante post sumptionem sanguinis vel à ministrante.

¶ Si post sumptionem illius panis: & ante sumptionem sanguinis recipiatur de nouo panis aptus: & consecratur vt supra atque sumatur non obstante quod ieiunium sit solum per sumptionem panis nō consecrati: quia præceptum de perfectione huius sacramenti maioris est pōderis quam præceptum quod hoc sacramētum à ieiunis sumatur.

¶ Si post sumptionem sanguinis reponatur nouus panis aptus: vt supra & nouum vinum: & cum repetitione canonis fiat noua consecratio vtriusque: atq; sumptione sacramentum maneat imperfectum.

¶ Si vero panis aptus & debitus haberi non posset ante consecrationem deseratur missa incepta.

ij ¶ Quid agendum si panis appositus percipiatur esse corruptus.

Solu. Quia panis corruptus dicitur qui substantiam & speciem panis perdidit vel ex putrefactione vel vetustate vel alio huiusmodi quod percipi potest cum continuitas soluitur: & sapor, odor, color, aliaque accidentia mutata sunt. Ideo non est panis neque consecrabilis.

¶ Si ergo percipiatur aliquo modorum circa præcedens dubium ex præssorum: agatur eo modo quo ibidem dictum est.

S. tho. iij. part. q. lxxxiiij. artic. iij. ad. iij.

SEPTIMUM.

iii ¶ Quid agendum si panis non fuerit appositus: vel post appositionem ablatuſ, & non percipiatur donec veniatur ad verba conſecrationis.

Solu. Apponatur panis aptuſ: repetatur canon & fiat conſecrationis illiuſ.

v ¶ Quid agendum ſi panis ſit diſpoſituſ ad corruptionē: ſicut notari po- teſt ex aliquali mutatione ſaporis vel odoris, vel ſi habeat foramē vel fracturam: aut ablata ſit aliqua particula: vel non ſit rotundus vt mo- riſeſt: vel habeat maculam aut aliuſ defectum conſimilem.

Solu. Si aliquiſ iſtorum caſuum occurrerit & percipiatur aute conſecratio- nem propter reuerentiam ſacramenti remoueat panis ille & appo- natur aliuſ aptuſ. Si autem aliuſ haberi non poſſit, procedatur nihilo- minus in miſſa & perficiatur, niſi defectuſ in pane adeo notabilis fuerit quòd graue ſcandalum aſtantium timendum ſit ſi procedatur. Si ve- ro poſt conſecrationem percipiatur talis effectuſ, aut in ipſa conſecra- tione procedatur & perficiatur officium.

vj ¶ Vtrum in aliquo caſu ſacerdoſ licite poſſit legere vel cantare miſ- ſam, & non conſecrare panem ſiue conficere corpus Chriſti.

Solu. ¶ In illo caſu licet. Grauiuſ enim peccat preſbyter criminuſ qui ſe celebrare ſimulat & non celebrat, quàm non celebraret. ¶ Proſuſ itaq; falſa remedia ſunt abijcienda, quæ ſunt veris periculis grauiora. Extra. de cele. miſ. ca. de ho- mine.

Arti. ij. Reſoluens octo dubia quæ occurrunt circa panem conſecratum, ſiue corpus Chriſti ante ſumptionem.

i ¶ Vtrum ſacerdoſ conſecrans panem tenetur ſumere.

Solu. Quotieſ ſacerdoſ conſecrat tenetur ſumere.

ij ¶ Vtrum in prædicto caſu teneatur ſemper totum ſumere.

Solu. Non ſemper tenetur. Si enim ſacerdoſ conſecret plureſ hoſtias pro viatico infirmorū reſeruandas: vel alijs pro tunc diſpenſandas nō tene- tur niſi vnā ſumere. De confe. diſt. ij. ca. relatum. ¶ Si etiā aliquiſ ſub miſſa incidereſt in infirmi- tatē vbi immineret periculūſ mortis; & nō habetur alia hoſtia conſe- crata: debet ſacerdoſ illā quā ipſe ſumpturuſ erat totā diuidere, & partē infirmo dare. ¶ Si etiā poſt ſumptionē ſanguiniſ & ablutio- niſ reperiretur aliqua notabilis particula hoſtiæ conſecratae: vel tota hoſtia cōſecrata reſeruari debet, & nō pro tunc ſumi: vt infra tãgetur.

iii ¶ Quid agendum ſi deprehendantur aliqua particula ſuper corpo- rali palla vel patena quæ de hoſtia conſecrata ſint reſolutæ.

Solu. Diligenter recolligantur & ſumantur cum hoſtia ſumēda vel ſangui- ne ante ſumptionem ablutioſniſ.

CAPITVLVM

iii ¶ Quid agendum si propter frigus aut aliam causam accidētalem hostia vel pars eius ceciderit in calicem de manu sacerdotis.

S. tho. iij.
par. quæst.
lxxxij. ar.
v. ad. vj.

Solu. Si tota hostia inciderit nihil iterandum est: sed obseruatis cæteris obseruandis sumantur simul cum sanguine. Si vero pars aliqua in manu remanserit frangatur illa: & pars vna mittatur in calicem: & procedatur vltcrius more consueto.

v ¶ Quid agendum si ceciderit hostia cōsecrata vel pars eius super terram: vel lapidem: vel pannum: aut aliud consimile.

Solu. Statim reuerenter leuetur: & reponatur illuc vnde cecidit: perquiraturque diligenter si aliqua particula de hostia resoluta ibi remanserint: quæ consimiliter leuentur. Deinde locus vbi hostia iacuit radatur. & à brasa comburatur: cineresque in sacrario reponantur. Et si locus non possit conuenienter statim radi, circumsignetur: & cooperiatur ne pedibus tangatur: donec commode radi possit.

¶ Si vero super pannum: vestem: aut aliud huiusmodi ceciderit diligenter excutiatur pars illa vbi iacuit super corporale vel patenam: poterit in super lauari: & aqua lotionis in piscinam mitti.

¶ Et vbi occurreret casus: quod sacerdos non posset conuenienter vel sine graui scandalo leuare: vel si esset periculum in mora: vt timeretur quod animal brutum aut puer fumeret: vel pedibus conculcetur, vel aliud huiusmodi, tunc debet reuerenter lauari à ministrante: vel alio etiam layco si non assit alius sacerdos, & porrigi ad manum celebrantis.

vj ¶ Quid agendum si sacerdos casualiter tangat hostiam cum naso, mento, barba, veste, vel alio huiusmodi.

Solu. Si notabiliter tetigerit: ita vt verisimiliter timeri possit quod aliqua particula minima hostiæ ibidem manserit adherens: statim post sumpcionem hostiæ vel ante si commode fieri possit fricetur cum extremitate patenæ super corporale illa pars nasi: menti, vel illius quo tacta fuit hostia. Deinde excutiatur corporale super patenam, & si aliquid ibi appareat de hostia: sumatur vel mittatur in calicem & sumatur cum sanguine, & nihilominus post abluionem digitorum discrete lauetur humectetur cum digito eadem pars rei contacta, & abstergetur cum panniculo absterfuo quo calix abstergi solet. si cum veste aut alio consimili tetigerit, excutiatur pars illa super patenam corporale & agatur vt supra.

vij ¶ Quid agendum si hostia consecrata, per ventum vel aliquo alio mo-

SEPTIMUM.

do fuerit amota de altari & amissa.

Solu. Fiat diligentissima perquisitio ad inueniendum hostiam, quæ si inuenta fuerit: reuerenter reponatur & procedatur in missa.

¶ Si vero inueniri non possit: accipiatur noua hostia: reincipiatur canon & consecretur: deinde procedatur modo consueto.

viiij Quid agendum si cum sumendum est sacramentum corpus Christi miraculose appareat sub specie carnis vel pueri: vel aliqua alia nõ conuenienti humanæ refectiõni.

Solu. In tali casu nõ est sumendũ. Nec propter hoc sacerdos efficitur transgressor præcepti: quo mādatur vt sacerdos consecrās sumere debeat consecratum, quia quæ miraculose fiunt, legibus non subduntur.

Arti. iij. Resoluens septem dubia circa panem cõsecratum: siue corpus Christi post sumptionem occurrentia.

i Quid agendum sit si in sumptione sanguinis remaneat pars hostiæ in fundo calicis.

Solu. Cauendum est ne infundatur vinum vt cū illo sumatur: quia si cū vino sumeretur ex quo vinũ citius descenderet in stomachum & preueniret descensum illius partis hostiæ: tunc iam solutũ esset ieiunium, & ita sacerdos nõ ieiunus sumeret: quod in hoc casu fieri non debet cū illud & facile remedium haberi possit. hoc videlicet vt digito consecrato ducatur illa pars ad labiũ calicis & inde sumatur: postea digitus fuggatur & abluatur cum vino: & illud etiam sumatur.

ij Quid agendum si post sumptionem sanguinis reperiatur aliqua particula siue reliquia resolutæ de hostia.

Solu. Si certum sit quòd sint resolutæ de hostia consecrata: & reperiuntur ante sumptionem ablutionis statim sumantur.

¶ Si post sumptionem ablutionis reperiuntur: & sit aliqua ita magna quòd possit absque periculo tractari & reseruari: tunc reseruetur vsq; ad proximam celebrationem: in qua cum hostia sumatur nisi graue scandalum timeatur enenire ex reseruatione.

¶ Si autem omnes sint adeo parue quòd absq; periculo tractari & reseruari non possint: tunc sumantur non obstante q̄ prius sumpta sit ablutio: quia quãdiu sacerdos est in actu perfectionis sacramenti recollectionis reliquiarũ: quicquid fit dicitur fieri mox & incontinẽti nullo actu cõtrario inter medio id est quasi simul sumeret omnia antequã cõsatur nõ ieiunus. ¶ Vbi etiam solutũ esset ieiuniũ, nõ obstaret:

CAPITVLVM.

quia præceptum de perfectione sacramenti maius est vt supra patuit.

¶ Cautum tamen videtur vt ante ablutionē reliquæ diligenter perquirantur recolligantur atque sumantur. ¶ Si vero dubium sit vtrum reliquæ istæ resolutæ sint de hostia consecrata vel non consecrata, agatur vt dictum est: cum hac tamen generali intentione ac conditione si sint consecratae.

iii ¶ Quid agendum si post sumptionē sanguinis reperiatur aliqua hostia integra.

Solu. Si certum sit q̄ sit cōsecrata, & reperiatur ante sumptionē ablutionis: statim sumi potest vel seruari. ¶ Sic etiā agendum est: si supermāserit aliqua hostia de eis quibus alijs cōmunicauerunt. Si post sumptionem ablutionis inueniatur: reseruetur pro viatico: vel in sequenti celebratione sumatur. ¶ Si vero dubium sit: an sit consecrata: agatur eodem modo, cum hac tamen conditione si sit consecrata.

iiij ¶ Quid agendum si quis post sumptionem corporis Christi statim patiatu vomitum.

Solu. Reuerentur recolligantur species panis si discerni possunt, & reponantur in sacrario: vel sumantur ab aliquo: si saltem assit aliquis ad sumendum dispositus absque nausea, & ea in quibus inuentæ fuerint species comburantur, & cineres in sacrario recondantur.

v ¶ Quid agendum si quis post sumptionē ex infirmitate statim emitat per secessum quod sumpsit.

Solu. Recolligantur species: & fiat sicut in casu præcedentis dubij.

vi ¶ Quid agendum si hostia consecrata & reseruata reperiatur putrefacta vel aliunde corrupta.

Solu. Reuerenter tractetur: in sequenti missæ celebratione sumatur post sumptionē sanguinis. Si vero sumi nō possit recondatur in sacrario.

vij ¶ Quid agendum: si hostia consecrata comesta fuerit à mure vel alio bruto animali.

Solu. Si animal istud statim apprehendi possit, aperiatur corpus eius & diligenter perquiratur tã in ore quam in intestinis: si aliquæ species inueniri possint: quæ si inueniatur recolligantur & recōdantur in sacrario. Corpus vero animalis comburatur, & cineres similiter recondantur.

Arti. iij. Resoluens quatuordecim dubia circa vinum priusquam consecratur incidentia.

i ¶ Quod & quale debet esse vinum, vt sit aptum ad consecrandum.

SEPTIMUM.

Solu. Debet esse vinum vitis de vua expressum. Et ideo non potest hoc sacramentum confici in aqua vinata, seu aqua superfusa super aceruos vuarum post vinum expressum, quia non est vinum.

Et non potest confici in agresto, id est succo de vua immatura expresso, neque in aceto, quia non est vinum.

Non potest confici in vino Malogranatorū, Mororū, Cerasorum, Vino adhuc in vua cōtento: quia non est expressum de vua: unde magis habet rationem cōestibilis, quā potabilis, quia nō est vinum.

ij. ¶ Quid agendum, si loco vini fuerit aqua vel alius liquor positus.

Solu. Si sacerdos hoc percipiat ante consecrationem panis, & vinum habere non possit: missam deserat imperfectam. Si autem vinum habere possit: effundat priorem liquorem & imponat vinum cum aqua: procedatque ulterius nihil repetendo. ¶ Si vero percipiat post consecrationem panis & ante consecrationem calicis & vinum non possit habere, procedat nihilominus corpus Christi sumendo absque sanguine, & missam terminando. ¶ Sed si possit habere vinum: effundat liquorem, & præparet calicem vt supra: procedatque ad consecrationem calicis. Incipiendo ibi. Simili modo: nihil repetens de prius lectis. Si autem percipiat hoc post consecrationem calicis & ante summptionem atque diuisionem hostiæ: tunc effundat illum liquorem in aliud vas: qui postea propter reuerentiam verborum consecrationis super ipsum prolatorum: mittatur in piscinam. Imponatque vinum aqua mixtum in calicem: quo facto accedat ad consecrationem sanguinis reincipiendo ibi. Simili modo. & deinde procedat more cōsueti. Vbi vero vinum haberi non posset: sumendum est corpus absque sanguine: vt in casu præcedenti. Et ita etiam in sequentibus agendum est si vinum haberi non possit. Sed si hostia sit diuisa: & pars missa in calicē: tunc caute extrahat illam partem: & reponat super patenam: & liquorem effundat in aliud vas: quem postea sumat post ablutionem: vel in sacrario recondat, propter reuerentiam hostiæ consecratæ impositæ in ipsum. Deinde imponat vinū cum aqua, & reincipiat vbi prius procedēdo ad consecrationem sanguinis. Et quia illa pars hostiæ quæ extracta est de calice non potest bene tractari propter humectationem: ideo capiat aliam partem hostiæ non humectatam: & cum verbis ac signis consuetis mittat in calicem: partem vero humectatam sumat cū alia parte non humectata: & procedat ulterius more solito.

S. tho. iij.
par. ques.
lxxxiiij.
arti.

S. Tho. vt
supra ad
ij. & iij.

S. tho. vbi
supra. ad
j. De cōse.
di. ij. c. di.
didicim^o.

CAPITVLVM

¶ Si vero prædictum liquorem percipiat postsumptionem corporis: ante tamen sumptionem & gustationem istius liquoris indebiti: tunc sicut prius extrahat partem hostiæ missam in calicem: & reponat super patenam: & faciat cum liquore vt prius. Imponatque vinum cum aqua, & consecret sanguinem reincipiendo vt supra. Et vbi facienda sunt signa super calicem cum hostia antequàm dicitur & etiam cum dicitur. Pax domini. &c. faciat signa illa absque hostia super calicem. In cæteris procedat more solito: tandem sumat partem hostiæ humectatam & postea sanguinem, & missam perficiat vt consuetum est.

¶ Sed si liquorem illum sumere incepit, & adhuc in ore teneat: vel partim deglutierit, dummodo pars hostiæ in calice remanserit: emittat discrete ex ore in aliud vas, & extrahat partem hostiæ, & agat cum liquore & cæteris vt in casu præcedenti. ¶ Si autem etiam partem hostiæ in os susceperit: non tamen transglutierit: discrete & caute totum emittat ex ore in calicem: deinde extrahat partem hostiæ vel particulas eius: si in particulas resoluta fuerit, & faciat in cæteris vt supra.

¶ Si vero partem hostiæ cum liquore sumpserit: tunc nisi graue scandalum timeatur: apponenda est alia hostia consecranda: & calix cum vino & aqua præparandus, & reincipiendum est à canone & vtrūque consecrandum atque sumendum. ¶ Sed si graue scandalum timeatur ex appositione nouæ hostiæ: tunc solum præparetur calix cum vino & aqua: & incipiat ut ab illo loco. Simili modo, & includat cū istis verbis. Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. Et statim sanguis sic consecratus sumatur. ¶ Nec obstat in illis casibus solutio ieiunij: quia præceptum de perfectione sacramenti maius est quàm præceptum de ieiunio: vt supra dictum est. In omnibus etiam dictis casibus cum tali cautela & discretione agendum est: vt quantūcunq; fieri poterit scandalum euitetur. Vnde neque hostia neque calix iterato eleuari debet: si prius facta fuerit eleuatio.

S. tho. iij.
par. quæst.
lxxxiiij. ar.
vj. ad. iij.
vt patet.
cōperim^o.
& ca. rela
tū. de cō-
se. dist. ij.

iiij Quid agendum si impositum sit vinum corruptum.

Solu. Quia vinum corruptū speciem vini atque substantiam amisit: si commutatio accidentium demonstrat. Ideo non est consecrabile. Cum ergo percipitur esse corruptum aliquo modorum expressorum in præcedenti dubio agatur: vt ibidem expositum est.

iiij ¶ Quid agendum si vinum non sit impositum calici: neque aliquis alius liquor, sed dimissus sit vacuus.

SEPTIMUM.

Solu. Quàm cito percipitur imponendum est vinum aqua mixtum, & ulterius procedendum. ¶ Si autem vinum haberinō possit, & fuerit ante consecrationem panis: tunc missa deseratur imperfecta. ¶ Si vero cōsecratio panis facta sit: procedatur in missa, vt circa secundum dubium huius articuli tactum est.

v ¶ Quid agendum si vinum sit dispositum ad corruptionem: non tamen corruptum: vt si acelcat: vel si sit pendulum aut foetidum immū- dum, aut alium consimilem habens defectum.

Solu. ¶ Si percipiatur ante consecrationem calicis: remoueat̄ & apponatur vinum aptum si haberi possit. Si autē haberi non possit: vel si percipiatur post consecrationem: procedatur & perficiatur officium.

vj ¶ Vtrum in musto possit confici hoc sacramentum.

Solu. Potest confici: sed non debet si non sit defecatum vel purificatum: nisi necessitas cogat: quæ cogēte, posset etiam exprimi de vua in calicem.

De conse.
dist. ij. ca.
cū omne.

vij ¶ Vtrum vino consecrando possint vux̄ integre permisceri.

Solu. Hoc fieri non debet: quoniam prohibitum est: vt habetur de consecra. distin. ij. didicimus. Neque permisceri debet mustum ex vua presum in calicem.

vij ¶ Vtrum confici possit hoc sacramentum in nectare siue vino condito, aut per species aromaticas collato.

Solu. Quamdiu natura & species vini manet: potest confici: non tamen fieri debet nisi in casu necessitatis.

ix ¶ Vtrum possit confici in vino puro absq; commixtione aquæ.

Solu. Potest, sed non debet. Vnde si sacerdos ante consecrationem deprehendat aquam non esse commixtam: statim commiscere debet.

x ¶ Quæ & qualis debet esse aqua quæ vino permiscenda est.

Solu. Aqua debet esse naturalis siue elementalis & pura.

xj Quanta debeat aqua vino admisceri.

Solu. Tam modica debet imponi: vt vinum in sua natura & specie possit permanere. Si enim à natura sua mutaretur: non posset confici.

Vnde vna gutta aquæ quantumcunq; parua: dummodo debito tempore fuerit imposita vt possit fieri, mixtio, sufficit, & præcipue si vinum sit debile.

S. tho. iij.
par. quæf.
lxxxij. ar.
vij. ad. iij.
ca. pñcio
sus extra
de ce. mis.

xij ¶ Vtrū sufficiat q̄ aqua fuerit admixta vino adhuc existēte in dolio.

Solu. Non sufficit. Quia enim commixtio illa sacramentalis est. Ideo fieri non debet antequàm mysteria inchoentur: vel fiat præparatio ad in-

S. tho. vbi
supra art.
vij. ad. iij.

CAPITVLVM

choandum: & ad tardius imminente oblatione vt possit fieri transmutatio aquæ in vinum.

xij ¶ Vtrum quis licite possit non consecrare vinum: facta consecratione panis.

Solu. Non potest licite: perfecta enim debent esse sacramenta. Christus autem hoc sacramentum sub speciebus panis & vini instituit: vnde vtrūq; offerri, consecrari, & sumi debet.

xiii ¶ Quid agendum si sacerdos deprehendat vinum esse congelatum in calice cum vult consecrare.

Solu. Sacerdos curam adhibere debet vt resoluatur: vel per applicationem prunarum: aut panis calefacti vel manuum calefactarum: aut per infusionem vini calefacti vt recipiat rationem actualem potus. Si tamen non resolveretur: nihilominus posset confici: quia per conglutinationem natura vini non est corrupta. Hoc tamen caueri debet quantum fieri potest.

Arti. v. Resoluens octo dubia quæ circa vinum cōsecratum siue sanguinem Christi ante sumptionem occurrunt.

j ¶ Quid agendum si sacerdos post consecrationem recolat vel deprehendat aquam non fuisset admixtam vino: vtrum videlicet adhuc debeat admiscere.

S. tho. iij. par. quæf. lxxxiiij. ar. vj. ad. iij. Solu. Nullo modo debet aquam vino consecrato admiscere: quia sequeretur corruptio sacramenti: ad minus in aliqua parte: quod caueri debet si fieri possit. Sed procedat sine admixtione aquæ. Admixtio enim aquæ non est necessitate consecrationis, sed consecrantis.

ij ¶ Vtrum sacerdos sepe teneatur sumere sanguinem.

De conse. di. ij. c. relatū. & c. comperimus. Solu. Quotiescunq; consecrat tenetur sumere: nisi irremediabile impedimentum superueniat. Si tamen alius sacerdos non celebrans communicando sumat corpus Christi: talis non debet sumere sanguinem, sed vinum non consecratum post sumptionem corporis.

iiij ¶ Quid agendum si sacerdos ex quacunq; causa non possit sumere vinum: & ita etiam neq; sanguinem sumere valeat.

Solu. Si sacerdos sciat vel probabiliter timet quod non possit absque nausea & periculo vomitus vel alio inconuenienti tantum vini sumere quantum ad consecrationem necessarium est: non debet celebrare. ¶ Et si missam inceperit & nondum consecrauerit corpus inceptam deserat. ¶ Si autem post consecrationem corporis & ante consecrationem san-

SEPTIMUM.

guinis sentiat: vel timeat se non posse sumere sanguinē propter nau-
seam ex inspectione vel odore vini consecrandi: vel alio huiusmodi ac-
cidente: non debet consecrare sanguinem. Sed debet procedere sicut
in illo casu vbi post consecrationem panis calix depræhēditur vacuus
vel liquore non consecrabili paratus: & non post vinum debitum ha-
beri ad consecrandum: prout tactum est superius articulo quarto in
solutione secundi dubij. ¶ Si vero post consecrationem sanguinis &
præcipue circa tempus sumptionis eius hoc sentiat: vel timeat, tutius
est q̄ nonumat: sed reuerenter atque diligenter reseruet vsque ad
proximam celebrationem. In qua post sanguinem tunc consecratum
& sumptumumat illum reseruatum.

iiij ¶ Quid agendum si cum sumi debet sanguis: spens vini sit congelata.

Solu. Fiat resolutio aliquo modorū tactorum superius circa dubium deci-
mum quartū. arti. iiij. hoc tamē obseruato q̄ nullo modo superinfun-
datur vinū calefactum eadem ratione qua non debet admisceri aqua
vino consecrato: vt circa primum dubium huius articuli dictum est.

v ¶ Quid agendum si musca vel aranea aut aliud huiusmodi ceciderit
in sanguinem.

Solu. Animal illud caute debet capi: & diligenter lauari & comburi: & ablu-
tio cum cineribus in sacrarium mitti. Et si absq; horrore & periculo
sumi possit sanguis,umat more consueto. ¶ Si autem propter hor-
rorem vel periculum vel timorem vomitus sumi non possit: tunc de-
bet effundi in aliud vas ad hoc aptum: & cum reliquijs reseruari. Nihil
enim abhominabile sumi debet occasione huius sacramenti.

S. tho. iiij.
par. quæst.
lxxxiiij. ar.
vj. ad. iiij.

¶ Et tunc ne sacramentum maneat imperfectum: debet aliud vinum
aqua mixtum in calicem poni: & vterius procedi eo modo quo supe-
rius circa. ij. dubium arti. iiij. expressum est: secundum q̄ ante vel post
sumptionem corporis depræhēditur.

vi ¶ Quid agendum si sacerdos ante sumptionem sanguinis depræhen-
dat venenum esse immissum.

Solu. Nullo modo debet sumere nec alteri dare: ne calix vitæ vertatur in
mortem. Sed debet infundere in aliud vas aptum, & vterius proce-
dere modo in præcedenti dubio expresso.

S. tho. vbi
supra.

vij ¶ Quid agendum: si sanguis effundatur per negligentiam non ex toto:
sed in parte: vel aliquid stillauerit de calice.

Solu. Quocunque sanguis ceciderit extra calicem: statim & reuerenter re-

CAPITVLVM.

colligatur discretiorimodo quo fieri poterit & in calice refundatur. ¶ Si autem recolligi nullatenus possit: cito lambatur vel forbeatur aut fuggatur per sacerdotem: ne vel defluat: vel inbibatur rei super quam cecidit. Nec obstat si nondum sumpsit corpus Christi: quia necessitas hic cogit vt sanguis sumatur ante corpus. ¶ Vbi vero sacerdos non possit hoc tam celeriter facere: vel vbi de hoc graue scandalum timeretur si ipse hoc faceret: tunc potest & debet ministrans ad missam: si saltem sit dispositus ad minus per veram contritionē & propositum confitendi. &c. hoc facere. Et præcipue si celebrās verbo vel signo id iubeat. Et si ministrans nō fuit dispositus, poterit & debet hoc alius dispositus facere: etiam si sit laycus: necessitate ad hoc cogente. Melius est enim id facere quā q̄ enormis irreuerentia fieret sacramēto: vt puta quōd canis vel aliud animal incipiat lambere vel de super mingere: aut q̄ pedibus conculcetur, aut alia huiusmodi irreuerentia abhominabilis contingat. Si præterea sanguis ceciderit in terram vel super tabulam: aut aliud huiusmodi post actionem eorū quæ iam dicta sunt, radatur locus quē tetigit, & quōd abrasum fuerit comburatur, & cinis intra altare vel sacrarium recondatur. Si autem lintheum altaris vnū vel plura tetigerit: fiat post supradicta trina lotio illius: vel illorum cum aqua munda calice supposito: vt in illum aqua ablutionis reperiatur quæ postea sumatur à celebrante vel ministrante. Si tamē propter nauseam sumi non possit: recōdatur iuxta altare vel mittatur in piscinam. Sic etiam agendum est: si super vestem consecratam sanguis ceciderit vel illam tetigerit. Si vero vestem non consecratam tetigerit post trinam ablutionem factam: rescindatur illa pars vestis, & in altari vel in sacrario cum reliquijs reponatur vel comburatur, si sacerdoti hoc magis expediens videatur, & cineres recondātur vt supra. Tutū etiam est vt vestis illa non assumatur in vsum priorem: sed vel vestis consecranda ex ea fiat: vel recondatur aut comburatur vt supra. Simili modo agēdum videtur si sanguis tetigerit capillos vel barbam sacerdotis. Fiendā est enim ablutio vt supra, & abrasio capillorum vel barbæ, & postea cōbustio vt supra. Si autem tetigerit caput vel faciē aut aliam partem corporis nudam: sufficit q̄ diligenter & discrete laetur: & de ablutione fiat vt supra.

vij

¶ Quid agendum si sanguis ex toto effundatur: ita q̄ nihil pœnitus maneat in calice quod sumi possit.

S E P T I M V M.

Solu. Si de effuso aliquid recolligi possit vel lambi aut sorberi aut suggi: agendum est vt in solutione præcedentis dubij tactum est. ¶ Si autem nullum istorum fieri possit, nec sacramentum maneat imperfectum præparatus est calix de nouo cum vino & aqua, & ulterius procedendum est sicut in casu quo calix post consecrationem corporis vacuus deprehenditur: vel inepto liquore præparatus: vt superius arti. iiii. circa resolutiones secundi & quarti dubiorum expressum est.

Arti. vj. Resoluens sex dubia quæ circa sanguinem post eius sumptionem occurrunt.

i ¶ Quid agendum sit si sacerdos post sumptionem sanguinis deprehendat aliquam guttam adherere in orificio calicis: vel exterius in pede aut alia parte calicis.

Solu. Si certus sit quod illa gutta sit cõsecrata quia videlicet scit se post præparationem calicis diligenter abstergisse calicem tam exterius quam etiam interius ab illo loco vbi stat vinum infusum: tunc debet sumere illam guttam ante sumptionem ablutionis. Si autem sit dubius an sit consecrata: sumat sub hac generali intentione & conditione si sit consecrata. ¶ Si vero certus sit quod non sit consecrata: sumat cum ablutione: vel postea, vel abstergat si exterius adheret. Quomodo autem haberi possit probabilis certitudo in tali vel alijs casibus consimilibus: patebit ex capi. sequenti arti. j. circa resolutionem decimi tertij dubij & sequentium.

ij ¶ Quid agendum si post sumptionem sanguinis deprehendat sacerdos aliquam guttam vel liquorem speciei vini adherere casulæ vel manipulo: aut alteri huiusmodi.

Solu. Si certus sit de consecratione istius guttæ vel liquoris: lambat vel suggat: & procedat vt superius in solutione septimi dubij articuli præcedentis dictum est. Si dubitet, faciat hoc sub conditione vt circa præcedens dubium dictum est. Si certus sit quod non sit consecratus liquor ille vel gutta, tunc non est curandum de tali.

iiij ¶ Vtrum statim post sumptionem sanguinis debeat fieri ablutio digitorum super calicem. Ex quo enim adhuc in calice remansit aliqua species vini, vt puta humor quidam siue humiditas sub qua sanguis continetur, tales species si vinum superinfundatur corrumpentur, & sic ibi desinet esse sanguis Christi. ¶ Quid igitur agendum vt sumi possit absque corruptione?

CAPITVLVM

Solu. Circa hoc sacramentum de possibilibus agendum est quod decētius est, & pro maiori reuerentia tanti sacramenti conueniētius. Non est autem possibile vt species sacramentales circa huius sacramenti celebrationem diu manere possint incorruptæ. immo necesse est vt cito corrumpantur. Cum enim post sumptionem in stomachum descendunt: nō diu persistere possunt incorruptæ, nō solum propter subsequētem debet abluitionis sumptionē: sed & propter permixtionē humorū in stomacho etiā ieiunio præexistētium. Sic etiā in descensu ad stomachum si sint in parua aut modica quātitate: corrumpuntur per admixtionē humoris saliuales. Et pari ratione etiā in ore: præsertim cum post descēsum sanguinis adhuc remaneat in lingua & ore humiditas sacramentalis: quam humor saliuales qui maior est corrumpit.

¶ Ab extra quoq; hoc idem quandoq; necessario contingit. Nam si post cautam etiam sanguinis sumptionē non fiat absterfio vel ablutio calicis: nihilominus humiditas in calice remanens per exhalationem siue circūstantem aerem corrumpetur, & desinet ibi esse sanguis.

¶ Idem etiam contingit circa exteriorem superficiē calicis in ea parte qua applicatum fuit inferius labium sacerdotis. Certum enim est quod labio illo humectato humiditate sacramentali: etiā dicta pars calicis tacta humectatur. Sic itaq; caueri non potest: quin species ille sacramentales corrumpantur: & desinat ibi esse sacramentum.

¶ Abijcienda est igitur poenitus omnis scrupulositas: vbi inevitabilis occurrit necēssitas. Conuenientiori tamen modo & decentiori: vt diximus agendum est.

¶ Et vbi occurrit difficultas: semper accipiendū est illud quod minus habet de periculo. Non autē videtur modus cōueniēs: q̄ cū lingua calix exterius vel interius lambatur: & ita humiditas illa sumatur vel abstergatur: præcipue propter scandalum astantium. Neq; faciliter hoc posset fieri quo ad humiditatem quæ adheret fundo calicis.

¶ Sic etiam nō videtur cōueniens modus: vt cū digito humiditas illa abstergatur. Oportet enim digitū postea abluere vel suggere, & vtroq; modo species corrūperētur: & nō possent peruenire ad stomachū. Cū hoc etiā posset occurrere periculū: si videlicet humiditas sacramentalis subintraret intervngē & cutē digiti: vbi neq; ablui neq; erugi faciliter posset. Et hoc etiā possent astantes attediari & scandalizari propter multiplicem immisionem digiti in calicem & alia huiusmodi.

OCTAVVM.

¶ Conuenientius ergo hoc modo agendum videtur : vt sacerdos cū diligentia & cautela: sic primo sumat sanguinem de calice, vt nihil amplius quod per labia extrahi possit in eo remaneat : eleuando sursum vel erigendo pedem eius & declinando concuum ipsius versus faciē: vel inter labia sumendo: & sic tenendo donec à fundo calicis tota humiditas quæ defluere possit defluat ad labium calicis. Diligēter tamē cauendo ne aliquid decidat. Et inde sumat attractionē etiam cum anhelitu. Et postquam diligenter notauerit: quòd nihil amplius defluere possit: abluat primo calicem: ne aliquid de sanguine adhærens remaneat in eo, & post sumptionem illius ablutionis abluit digitos super calicem, vt sic & humiditas calicis & species panis si aliquid de illa in digitis remanserit, totaliter abluatur: deinde sumat.

¶ Non fit autem nimis parcus in vino circa ablutionem, sed tantū capiat: vt os & labia quæ speciebus sacramentalibus fuerūt humectata: sufficienter abluantur: & vt etiam per labia sic abluta possit abluere exterior pars calicis speciebus sacramentalibus prius humefacta.

¶ Valde autem cauendum est: ne sacerdos sit nimis prolixus in dicto modo agendi: vt non generet tēdium astantibus: ne sit etiam in modo agendi singularis contra morem & consuetudinem diocesis vel religionis suæ: vt astantes non scandalizentur de sua singularitate: vel de alijs sacerdotibus qui illam singularitatem non obseruant: suspicātes eos errare.

iiij ¶ Quid agendum si sacerdos post sumptionem sacramenti corporis vel sanguinis vrgeatur sputo vel tussi aut screeatione.

Solu. Ante sumptionē ablutionis nullo modo expuendum est: vel extusio dū aut screeandū: ne sic species sacramētales & per consequens sacramentū exijciantur: sed sputū vel quod vrgeat ad tussim screeationē: retineatur vel transglutiatur. ¶ Si autē ex nimia violentia hoc fieri non possit: expuatur vel extusiat vel screeatur in aliquod vas aptū: vel in calicem si aliud habere non possit: vel in panniculum mundū: & postea materia illa si non appareant aliquæ species sacramentales in ea cōburantur: & cineres reponantur in sacrario. Veruntamen si sacerdos ante inceptionem præsentiat se aliqua tali passione violenter molestari: tutius est à celebratione abstinere. ¶ Si vero post sumptionē debitæ ablutionis qua os & labia sint etiam sufficienter abluta vrgeatur aliquo prædictorū: quāuis nō sit amplius periculū: tamē propter

CAPITVLVM

reuerentiam maiorem sacramenti, bonum est vt abstineat quantum potest quousque alium potum vel cibum sumpserit. Si tamen nimis vrgeatur: eijciat huiusmodi superfluitates ad aliquem locum vbi non cōculcentur pedibus: vel habeat secum panniculum in quem mittat.

v ¶ Quid agendum si post sumptionem sanguinis patiatur sacerdos vomitum: vel ex infirmitate emittat per secessum quod sumpsit.

Solu. Sufficienter patet ex dictis, si enim ibi non possint depræhendi species sacramentales panis: ex quo species vini iam permixtæ sunt alijs humoribus: vt neque possint discerni, quia fortassis corruptæ inuoluenda est materia in stupa vel panno & comburenda: & cineres reseruandi vt supra.

vj ¶ Quid agendum si sacerdos post sumptionem sanguinis depræhendat venenum aut animal venenosum fuisse in calice, & illud sumpsisse: an scilicet liceat ei euomere.

Solu. Si per vomitum speret se liberari, & præsertim si medicus consulat, licet ei euomere. Hoc tamen caute fieri debet in aliquod vas mundū, & si aliquæ species sacramentales ibi appareant, recolligantur & in sacrario reseruentur. Reliqua vero materia combūrat, & cineres similiter reseruentur.

¶ Cap. viij. de dubijs quæ circa debitam formam cōsecrationis huius sacramenti occurrunt, duos complectens articulos.

Arti. j. Resoluens. xvj. dubia circa formā consecrationis panis occurrentia.

j ¶ Quæ sit sufficiens & debita forma consecrationis panis.

Mat. xxvj. Solu. Forma est ista. Hoc enim est corpus meum.

Mar. xiiij. ij

Luce. xxij.

j. Cor. xj.

S. Tho. iiij

sen. dist.

viiij. & .q.

ij. art. j. &

iiij. part. q.

lxxxviiij.

arti. ij. ad

v.

¶ Vtrum hæc coniunctio, Enim, sit de substantia formæ, & de necessitate etiam proferenda.

Solu. Non est de substantia formæ. Neq; de necessitate consecrationis sacramenti. non tamen debet scienter obmitti. Alioquin sacerdos grauius peccaret.

iiij ¶ Vtrum sacerdos si obmissis omnibus alijs quæ in missa dici solēt diceret solum prædicta verba super panem aptum, consecraret.

Solu. Si ea diceret cum intentione consecrandi, tunc consecraret, sed grauius peccaret faciens contra ritum & ordinationem ecclesiæ. Vnde in nullo casu hoc faciendum est.

iiij ¶ Vtrū sacerdos cōsecraret si prædicta verba vel aliqua eorum mutaret quantum ad idioma proferendo: scilicet in alio idiomate.

OCTAVVM.

Solu. Si per hoc intenderet inducere hæresim vel errorem in ecclesiam: & formam ecclesie abijceret tanquam inutile vel inefficacem: & suam introduceret quasi magis sufficientem & efficaciorē non cōsecraret: quia deficeret in intentione requisita ad cōsecrandū. ¶ Si vero nullum prædictorum intēderet: sed cōsecraret secundum intētionē ecclesie: tunc consecrat: sed grauitèr peccaret ritū & ecclesie institutionē nō obseruās.

v ¶ Vtrum sacerdos si addat aliqua alia verba ad prædictam formam: consecret.

Solu. Si per talem additionem mutetur significatio verborum vel sensus orationis ita quod distrahantur à propria significatione vel sensu: non fit consecratio. Si vero manet significatio & sensus, fit consecratio, sed scienter sic faciens grauitèr peccat ratione qua supra.

S. tho. iij.
part. q. lx.
art. viij.

¶ Si tamen interponerentur multa verba impertinencia per quæ solueretur continuitas orationis: non fieret consecratio.

vj ¶ Vtrum sacerdos subtrahens vel diminuēs aliquid de prædicta forma consecret.

Solu. Si subtrahatur aliquod quatuor verborum quæ sunt de substantia formæ: non fit consecratio. ¶ Si vero subtrahatur vel obmittatur aliqua syllaba vel litera: ex cuius subtractione non impeditur significatio vel sensus: sicut potest contingere in vltima syllaba vel litera dictionis tunc consecratur. ¶ Diligenter tamen cauendum est ne fiat. Si autem formidetur quod impedita sit significatio vel sensus: tutius est vt forma à principio repetatur.

vij ¶ Vtrum incongrue proferens verba cōsecrationis ex imperitia lingue: vel inaduertentia vel alio huiusmodi consecret.

Solu. Si ex huiusmodi incongruitate non impeditur significatio verborum vel sensus orationis: quin verus sensus formæ consecrationis capiatur fit consecratio. Scienter tamen hoc faciens grauitèr peccat ratione superius expressa.

viii ¶ Vtrum sacerdos faciens transpositionem verborum consecrationis consecret.

Solu. Sola transpositio verborum non impedit consecrationem: sed tamen fieri non debet. Si autem cum hoc variaretur sensus: tunc non fieret consecratio: vt si interrogatiue diceretur. Est hoc corpus meum?

¶ Aduertendum tamen circa dictas variationes vbi dictum est quod non impediunt consecrationem, hoc verum esset: nisi quis per eas in-

CAPITVLVM

tenderet inducere hæresim vel errorem: prout tactum est in solutione quarti dubij præcedentis.

ix ¶ Vtrum sacerdos faciens interuallum in prolatione verborum consecret.

Solu. Si paruum faciat interuallum: vt puta si spuatur vel tussiat vel aliud huiusmodi faciat, non impeditur consecratio. Si vero magnum faciat interuallum: vt si postquam dixit. Hoc est: dormiat vel aliud faciat per quod continuitas orationis soluat non consecrat.

S. tho. iij.
part. q.
lxxxiiij.
arti. vj. ad
v.

x ¶ Quid agendum si sacerdos non recolat dixisse verba consecrationis: vel alia quæ in celebratione huius sacramenti dici debent.

Solu. Si certus sit se obmisisse aliquid eorum quæ sunt de necessitate consecrationis: reincipere debet à forma consecrationis: & cætera per ordinem reiterare: ne mutetur ordo sacrificij. Si vero probabiliter ei constet se aliquid obmisisse quod de necessitate sacramenti vel consecrationis: procedat vltius sine repetitione. Si autem nullum istorum sit: sed solum non recolat se dixisse: non debet ex hoc mente perturbari: sed vltius procedere. Non enim qui multa dixit: semper recolat omnium quæ dixerat. Et in multum assuetis sapius non deliberatur. ideo minus recoluntur.

xj ¶ Vtrum sacerdos per prædictam formam possit consecrare panem absentem.

Solu. Non potest. Ex quo enim forma in se continet pronomen demonstratiuum: requiritur præsentia materiæ consecrandi.

xij ¶ Vtrum per prædictam formam sacerdos possit consecrare panem præsentem in quacunq; quantitate fuerit.

Solu. Potest: sed non debet in maiori quantitate consecrare quàm necessarium sibi videtur pro communi fidelium.

S. tho. iij.
part. q.
lxxxiiij.
arti. ij. &
iiij. sen. di.
xj. q. ij. ar.
j. & hoc
dummodo
fit coram
sacerdote.

xiiij ¶ Vtrum sacerdos verba consecrationis proferendo consecret omnem panem præsentem in altari: siue sit extra pixidem vel reseruaculum hostiarum siue intra.

Solu. Si sacerdos per illa verba nullum panem etiam præsentem consecrat: nisi super quem fertur intentio eius consecrandi: & omnem talem etiam consecrat. Vnde & omnis alius panis quem non intendat consecrare: non est consecratus.

xiiij ¶ Vtrum sacerdos apponens plures hostias pro populo communicando consecrandas: & in ipsa prolatione verborum non dirigens in-

NONVM.

tentionem actualiter ad omnes: sed solum ad illam quam in manu tenet: omnes consecrat.

Solu. Si habet intentionem virtualem ad consecrandum omnes: licet non habeat actualem omnes consecrat. De hac intentione dictum est superius. cap. ij. arti. iij. in solutione tertij dubij.

Theo. iij.
se. di. viij.

¶ Si autem in consecratione illius hostiæ quam manu tenet: omnes alias intendat excludere: tunc nullam aliam consecrat: sed solum istam quam consecrare intendebat.

xv ¶ Quid si sacerdos intendat consecrare centum hostias siue particulas tot habens communicandos: & appositæ sint plures vel pauciores quam centum: utrum facta consecratione omnes sunt consecrate: vel solum aliquæ aut nullæ.

a Matth.
xxvj.
Mar. xiiij.
Luc. xxij.
Extra de
cele. mis.
c. cū mar-
the.

Solu. Si expresse & distincte intendat solum centum consecrare cum exclusionem plurium & pauciorum: tunc nulla consecratur.

¶ Si autem habeat intentionem ad consecrandum omnes illas numeratas vel in locum consecrandum positas: licet erratum sit in numero tamen omnes consecrantur. ¶ Unde cautum est ut sacerdos plures hostias consecraturus: omnes simul ante oculos sponat: & intentionem nunquam dirigat ad numerum intendendo tot vel tot consecrare: sed ad omnes ibi simul positas.

S. tho. iij.
dis. viij. q.
ij. ar. ij. q. j
Additio.
Omnia enim
verba hæc
sunt de
substantia
formæ v-

xvj ¶ Quid si multæ sint hostiæ appositæ etiam simul: ut puta centum vel plures: & sacerdos intendat solum decem consecrare ex illis. utrum aliquæ: & quæ sint consecratæ post prolationem verborum consecrationis.

Solu. Si determinate & distincte notet & discernat illas decem quas consecrare intendit: tunc illas solas consecrat. Si vero confuse & indistincte intendat consecrare decem: illas non notando & discernendo: tunc nullum consecrat.

niuersalis
ecclesia
hoc tenet
cum ubi-
que sacer-
dos eodē
ritu & mo-
do. s. tenē-
do calicē
in manib⁹
omnia
hec verba
profert.

Arti. ij. Resoluens tria dubia quæ incidunt circa formam consecrationis vini.

i ¶ Quæ sit sufficiens & debita forma consecrationis vini.

Solu. Forma est ista. ^a (Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti: mysterium fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.)

ij ¶ Vtrum omnia verba prædicta sint de substantia formæ & necessario proferenda.

Solu. Sicut hæc coniunctio, Enim, non est de substantia consecrationis panis, ita non est de substantia formæ consecrationis vini: non debet

S. tho. iij.
part. q.
lxxviij.
arti. iij.

CAPITVLVM.

tamen scienter obmitti.

iiij ¶ Quid significat hæc dictio calix: in prædicta forma.

Solu. Significat liquorem vel sanguinem in calice. Accipitur enim figurate continens pro contento.

Pro solutione aliorum dubiorum quæ circa prædictam formam occurrere possunt: notanda sunt ea quæ circa præcedentem articulum de forma consecrationis panis dicta sunt. Consimilia enim dubia circa hanc formam consecrationis vini occurrere possunt. Et pariformes habet etiam solutiones.

¶ Capitulum nonum: de intentione ac ratione eorum quæ in missa dicuntur: sex includens articulos.

Arti. j. Præmittens diuisionem totius missæ in partes suas principales.

¶ Tota missa diuiditur in quinque partes.

In prima præmittitur præparatio ad digne perficiendū ea quæ agenda sunt.

In secunda fit oblatio eorum quæ sunt consecranda.

In tertia fit consecratio eorum quæ sunt oblata.

In quarta fit sumptio eorum quæ sunt consecrata.

In quinta: redditur gratiarum actio pro sumptorum perceptione.

Prima pars incipit ab introitu missæ & finitur ante canticū offertorij.

Secunda pars incipit à cantico offertorij & finitur ante præfationem.

Tertia pars incipit à præfatione & finitur ante orationem dominicā.

Quarta pars incipit ab oratione dominica & finitur ante Antiphonam post communio.

Quinta pars incipit ab antiphona quæ vocatur post communio. & finitur in conclusione totius missæ.

Arti. ij. Primam partem subdiuidens: intentionem quæ ac rationem singulorum quæ in ea dicuntur exponens.

¶ Prima pars subdiuiditur in duas particulas: præparatur vero in prima affectus quadrupliciter: scilicet per deuotionem: quæ excitatur per laudis iubilum in Introitu. Per humiliationē quæ declaratur per miseriam gemitum in kirie elei. Per rectam intentionem quæ explicatur per coelestis gloriæ concentum in Gloria in excelsis. Per gratiæ consecutionem quæ postulatur per orationis suffragium in collecta.

¶ Præparatur vero in secunda particula intellectus dupliciter: Scilicet dispositiue: per doctrinam prophetarum in Prophetia. per doctri

NONVM.

nam apostolorum in Epistola. Vita profectum in Graduali. Spirituale gaudium in Alleluia. Cordialem luctum in Tractu.

Perfecte, Per Euangelicam lectionem in Euangelio. Per catholicæ fidei protestationem in Symbolo.

Arti. iij. Subdiuidens secundam partem: cum declaratione intentionis atq; ratione eorum quæ dicuntur in ipsa.

¶ Secunda pars in tres particulas subdiuiditur. In prima præmittitur offerentium cum laude exultatio, in Cantico offer.

In secunda exprimitur ipsa oblatio in verbis. Spiritu humilita. Suscipe sancta.

In tertia petitur oblationis acceptatio, in oratione secreta.

Et quia ista exigunt erectionem mentis ad Deum: ideo singulis præmittitur. Dominus vobiscum. loco cum oratio secreta dicenda est: prædicatur. Orate fratres. &c.

Arti. iij. Tertiam partem subdiuidens: & explicans intentionem ac rationem illorum quæ in ea dicuntur.

¶ Tertia pars subdiuiditur in quinque particulas.

¶ In prima particula præmittitur per exercitationem populi ad deuotionem præparatio: in qua primo conclusio orationis secretæ expresse pronuntiatur ibi. Per omnia secula.

Secundo à sacerdote populus salutatur. ibi. Dominus vobiscum.

Tertio populus ad erectionem mentis incitatur. ibi. Sursum corda.

Quarto ad gratias agendas exhortatur. ibi. Gratias agamus.

Quinto gratiarum actionis debitum demonstratur. ibi. Vere dignum.

¶ In secunda particula subiungitur deuota Christi laudatio: quoad eius diuinitatem dum concinitur cum angelis, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Quoad eius humanitatem dum concinitur cum pueris. Benedictus.

Oblationem munus quæ dicitur sacrificium. ibi. Te igitur.

¶ In tertia particula petitur consecrandæ materiæ benedictio acceptatio, vbi primo generaliter præmittitur quid petatur quantum ad offerentes & eos pro quibus offertur quorum salus postulatur. ibi. In primis ibi. Pro eccle.

Et quantum ad eorum quorum patrocinium imploratur: in quorum & reuerentia offertur. ibi. Communi.

Secundo specialiter & expresse concluditur quid per oblationem hostiæ impetrandum postuletur, ibi. Hanc igitur.

CAPITVLVM.

¶ In quarta particula peragitur consecratio vbi. Primo effectus consecrationis postulatur. ibi. Quam obla.

¶ Secundo ipsa consecratio consumatur: quantum ad corpus Christi, ibi. Qui pridie. Et quantum ad sanguinem christi, ibi. Simili modo.

¶ Tertio rei consecrate commemoratio explicatur, ibi. Vnde & me.

¶ In quinta particula exprimitur virtutis consecrati sacramenti postulatio. vbi. Primo premittitur quid petatur quo ad gratiam vbi petitur primo acceptari sacramentum. ibi. Supra qua. Secundo dare gratiae donum. ibi. Supplices. Quo ad gloriam pro mortuis. ibi. Memento etiam. Pro viuis, ibi. Nobis quoque.

¶ Secundo petitio finitur & inducitur mediator per quem petita obtinere sperantur cum concluditur. ibi. Per Christum dominum.

¶ Tertio totus canon concluditur: & oratio circa confectionem huius sacramenti in Christum patris filium reducitur: & primo ea quae sunt sacramenti. ibi. Per quem. Secundo ex parte personarum in sacramento operantium. ibi. Per ipsam.

Arti. v. Subdiuidens quartam partem cum expositione intentionis & rationis singulorum quae in ipsa dicuntur.

¶ Quarta pars subdiuiditur in duas particulas.

¶ In prima praeponeitur ad sumptionem sacramenti praeparatio communis quae fit per orationem communem, scilicet dominicam vbi praemittitur exhortatio praesumptionis, ibi. Oremus. Excusatio, ibi. Preces. & ponitur coelestis panis postulatio, ibi. Panem nostrum. &c.

¶ Et praeponeitur ad sumptionem sacramenti praeparatio communis quae fit per deprecationem sacerdotis priuatam. ibi. Libera nos quae sumus. Per pacis concupiscentiam: quae a sacerdote populo optatur. ibi. Pax domini. & quae a populo postulatur. ibi. Agnus dei.

¶ In missis tamen defunctorum vbi sacrificium non pro pace praesentis: sed futura requie offertur: pax non postulatur specialis quae fit per priuatam orationem sacerdotis: vt cum dicit. Domine Iesu Christe fili dei viui. &c. vel aliquam aliam addit. Nam diuersi diuersas vel pro sua deuotione: vel pro locorum consuetudine addunt.

¶ In secunda particula subiungitur sacramenti sumptio a sacerdote, qui post priuatam orationem sacramentum sumit: ad quod debet esse dispositus modo superius. ca. vj. ar. j. exposito. & ab illis quibus per sacerdotem dispensatur.

DECIMUM.

¶ Communiter etiam consueuerunt celebrantes post sacramentorum perceptionem quasdam priuatas orationes dicere gratiarum actiones: vt quidam dicunt. Corpus domini nostri Iesu Christi. &c. alij. Quod ore sumpimus. &c. & quasdam speciales orationes: prout eos deuotio vel consuetudo prouocat: quod discretioni vniuscuiusque relinquitur. Veruntamen melius videtur vt nihil vocaliter proferatur: præter ea quæ in libro missali continentur: secundum quòd dictum est superius. ca. vj. articu. ij. in resolutione secundi dubij. ne per huiusmodi verba permisceantur: discontinuentur: & interrumpantur ea quæ ex institutione vel consuetudine ecclesiæ dicenda & proferenda sunt. Sed (vt ibidem tactum est) Si quis habeat affectum ad aliqua alia dicenda: dicat in corde per cogitationem & deuotam meditationem. Sic enim & talis permixtio: interruptio: & discontinuatio vitabitur: & affectus desiderio suo non frustrabitur.

Arti. vj. Quintam partem subdiuidens: intentionis quæ ac rationis illorum quæ in ea dicuntur explanans.

¶ Quinta pars subdiuiditur in tres particulas.

¶ In prima fit accepti beneficii commemoratio per antiphonam post communionem: quæ cum quadam lætitia canitur.

¶ In secunda redditur pro percepto beneficio gratiarum actio, per orationem sacerdotis quæ complenda dicitur.

¶ In tertia concluditur totius missæ consummatio per sequentia verba.

Ite missa est. Benedicamus domino. vbi chorus vel minister gratias agens, respondeat. Deo gratias.

Requiescant in pace. vbi chorus vel minister defunctis requiem optans, respondeat. Amen.

¶ Capitulum decimum: de ratione & significatione eorum quæ in missa & circa eam aguntur: cum breue epilogo & conclusione totius operis: duodecim articulos comprehendens.

Arti. j. Enumerans ea quæ in missa & circa ipsam aguntur.

¶ In missa præcipue solenni atque circa eam decem generalia principaliter occurrunt peragenda. Primum, lotio. Secundum Thurificatio. Tertium altaris osculatio. Quartum sacerdotis versio & populi per eum salutatio. Quintum gestus variatio. Sextum multiplex per cruces signatio. Septimum hostiæ traditio. Octauum partis hostiæ in calicem missio. Nonum osculi pacis traditio. Decimum vini non consecrati sumptio.

Arti. ij. Exponens rationem atque significationem primi principalis quod circa mis-

CAPITVLVM

sam & in ipsa occurrit peragendum.

Lotio manuum ante missam fit ad tractandum reuerenter ipsum sacramentum: præciosa enim tractare non confueuerunt homines: nisi manibus prius lotis. Vnde indecens esset quòd ad tam præciosum & tam nobile sacramentum tractandū quis accederet manibus (quæ de facili inquinantur) illotis.

Et fit ad incitandum celebrantem ad deuotionem & internam purificationem quam intendere debet.

Et ad insinuandum quòd oblaturus & consecraturus hostiam lachrymis compunctio nis lauare debet prius conscientiam.

Et ad significandum illam interiorem mundificationem. Vnde sacer Dionysius dicit: quòd extremitatum ablutio significat ablutionem etiam à minimis peccatis. Hoc namque etiam representabat ablutio sacerdotum in veteri testamento.

Lotio digitorum in missa fit ante oblationem vel consecrationem ad ampliorem reuerentiam sacris exhibendam cum iam offerri & consecrari debent. Et ad ampliorem deuotionem & puritatem incitandam. Et ad ampliorem emundationem à peccatis significandam.

Lotio digitorum in missa post sacramenti sumptionem, fit propter sacramenti reuerentiam: ne post tanti sacramenti contactum digitis non ablutis statim alia non sacra tangantur. Et propter periculi cautelam: vt si aliquid de speciebus sacramentalibus remanebit adhærens digitis per ablutionem tollatur. Et propter munditiæ retinentiam. Significat enim hæc ablutio: vt sacerdos qui per sacramenti perceptionem præsumitur esse mundatus post celebrationem mundiciã retineat: & à recidiua iniquatione sibi caueat.

Arti. iij. Rationem ac significationem secundi principalis quod circa missam & in ea agitur declarans.

Thurificatio ante missam & in ea fit propter sacramenti reuerentiam: vt scilicet per thuris bonum odorem expellatur: si quid mali odoris ibi fuerit quod horrore prouocare posset.

Et propter diabolicæ malignitatis repulsam: ne videlicet ille malignus aliquid contra sacrificium vel celebrantem machinari vel facere possit. huiusmodi enim fumo omne genus dæmoniorum extruditur.

Et fit propter deuotionem & oratione celebrantis ac assistentium significandam: quæ per ipsos ad deum dirigitur.

Et propter effectum gratiæ representandum: quæ sicut bono odore Christus repletus fuit.

Arti. iij. Explicans rationem & significationem tertij principalis quod circa missam, &

DECIMUM.

in ipsa agitur.

Altaris osculatio ante missam, & in ipsa, fit ad sacramenti consecrandi. & tractandi: & sumendi reuerentiam.

Et ad celebrantis amorem erga Christum excitandum.

Et ad dilectionem inter Christum sponsum & ecclesiam sponsam representandum.

Et ad detestabilem Iudæ proditoris osculationem significandū: præsertim quoad illam osculationem quæ fit post sacramenti eleuationem: cum dicitur. Ex hac altaris participatione. &c.

Arti. v. Quarti principalis quod in missa agitur: rationem significationemq; exponēs. Sacerdotis ad populum versio quintuplex: quintuplicem manifestationem Christi in die resurrectionis suæ factam representat.

Sacerdotis ad populum salutatio quæ fit septem vicibus (quinquies videlicet cum se vertit ad populum: & bis cum non vertit: vel cum dicitur in præfatione. Dominus vobiscum. Et post hostiæ fractionem. Pax domini sit semper vobiscum) septiformem spiritus sancti gratiam significat.

Articulo. vj. Explanans rationem ac significationem quinti principalis quod in missa agitur.

Gestus principalis variatio est ex sextuplex.

Primo, brachiorum extensio: quæ signat extensionem brachiorum Christi in cruce.

Secundo eleuatio manuum, quæ signat directionem orationis ad Deum.

Tertio, coniunctio manuum, quæ signat coniunctionem cordis cum ore: oris cum opere fidei cum operibus charitatis.

Quarto, cancellatio manuum quæ signat crucifixionem, siue effectiōem Christi in cruce.

Quinto, digitorum, scilicet pollicis cum indice copulatio: quæ fit propter sacramenti reuerentiam & periculi cautelam: ne si aliqua particula digitis adhæserit: disperdatur. & ad significandam copulationem capitis cum membris: id est Christi cum ecclesia.

Sexto, corporis inclinatio: quæ fit ad representandam humilitatem & obedientiam Christi: ex quibus passionem suscepit. & ad incitandum celebrantem & astantes ad humilitatem & deuotionem.

Articu. viij. Rationem atque significationem declarans sexti principalis: quod in missa agitur. scilicet. Multiplex per cruce signatio.

CAPITVLVM

¶ Multiplex signatio per cruces: fit ad representandum modum & ordinem dominice passionis. Et quia illa passio quibusdam gradibus fuit peracta. Quaedam enim passionis partes crucifixionem præcesserunt: & quedam in cruce consummatae sunt. Ideo etiam quedam cruces fiunt ad representandum ea quae passus est dominus ante crucifixionem: ut illae quae fiunt ante consecrationem. Quedam vero fiunt ad representandum ea quae in cruce vel post crucem facta sunt: sicut illae quae fiunt post consecrationem.

¶ Perficitur autem ista signatio per decem vices.

- i) ¶ Cruce triplici: sub illis verbis. Hæc ✠ dona. Hæc ✠ munera. Hæc ✠ sancta sacrificia. ad representandum traditionem Christi factam, scilicet à deo patre. iuda iudæis.
- ii) ¶ Cruce triplici: sub illis verbis. Bene ✠ dictam. Ascri ✠ ptam. Ra ✠ tam. ad representandum venditionem perfectam à sacerdotibus: scribis & pharisæis: vel venditionis præcium: scilicet triginta denariorum. Vbi additur duplex crux sub illis verbis, scilicet. Cor ✠ pus. San ✠ guis. Ad representandum iudam venditorem: & Christum venditum.
- iii) ¶ Cruce vnica in consecratione corporis sub illo verbo. Bene ✠ dixit.
- iiii) ¶ Cruce vnica in consecratione sanguinis sub illo verbo. Bene ✠ dixit. ad representandum præsignationem passionis Christi factam in coena per huius sacramenti institutionem sub specie panis & vini: vel passionem Christi in corpore & anima.
- v) ¶ Cruce quintuplici: sub illis verbis. Hostiam ✠ puram. Hostiam ✠ sanctam. Hostiam ✠ immaculatam. Panem ✠ sanctum vitæ æternæ. Et calicem ✠ fa. perpe. Ad representandum quinque plagas: siue quinque vulnera principalia corporis Christi.
- vi) ¶ Cruce triplici: sub illis verbis. Cor ✠ pus. Et sanguinem ✠ sumpsimus. Omni bene ✠ dictione. &c. Ad representandum corporis Christi extensionem: sanguinis effusionem: passionis fructum.
- vii) ¶ Cruce triplici: sub illis verbis. Sancti ✠ ficas. viui ✠ ficas. Bene ✠ dicis. Ad representandum triplicem orationem Christi in cruce: scilicet. Pro persecutoribus: pro liberatione à morte: pro adeptione gloriæ.
- viii) ¶ Cruce triplici: sub illis verbis. Per ✠ ipsum. Et ✠ cum ipso. Et in ✠ ipso. Ad representandum tres horas quibus Christus pependit in cruce: quia ab hora sexta vsque ad nonam.

DE CIMVM.

ix ¶ Cruce duplici: sub illis verbis. Deo ✠ patri omnipotenti. In ✠ vnitate spir-
ritus sancti. Ad representandum separationem animæ à corpore.

x ¶ Cruce triplici, sub illis verbis. Pax ✠ domini. Sit ✠ semper. Vo ✠ biscum.
Ad representandum Christi resurrectionem tertia die factam.

Articulus. viij. Exponens rationem ac significationem septimi principalis.

Hostiæ fractio fit ad obseruandum formam quam Christus circa confectio-
nem huius sacramenti tenuit. Ipse enim panem fregit.

Et ad representandum passionem Christi in qua corpus eius vulnerationibus
fractum siue diuisum fuit.

Et ad representandum distinctionem corporis Christi mystice: secundum di-
uersos status eius.

Articulus. ix. Rationem & significationem octauæ principalis declarans.

¶ Circa missionem partis hostiæ in calicem aduertendum: q̄ hostia frangitur
primo in duas medietates: ad designandum duplicem statum prædestinatorum
scilicet eorum qui sunt in æterna gloria, & in temporali miseria.

¶ Ista namque medietas quæ ex manu dextra super patenam indiuisa collo-
catur: significat prædestinatos qui iam adepti sunt beatitudinem: quæ per dex-
teram intelligitur.

¶ Alia vero medietas quæ in sinistra recolligitur diuiditur in duas partes: qua-
rum vna medietati super patenam collocatæ coniungitur, & significat illos qui
sunt in purgatorio: qui quidem licet beatitudinem nondum habeant: sunt ta-
men certi de ea.

¶ Altera quæ post hanc diuisionem in dextra tenetur mittitur in calicem:
& signat prædestinatos adhuc in hoc sæculo viuentes: qui quamuis de beatitu-
dine habenda certi non sint: illam tamen virtute passionis & sanguinis Christi
consequentur: licet per multas tribulationes quæ per calicem significantur.

Articulus. x. Assignans rationem & significationem noni principalis.

¶ Postquam sacerdos dixit. Agnus dei. &c. osculatur librū vel altare: vel aliud
secundum consuetudinem loci. Et deinde ministrum vel imaginē vel tabulam
per eundem sibi porrectam quæ vterius exhibetur astantibus osculanda.

¶ Primo ideo vt celebrans non solum cum deo pacem: sed & cum proximo
se habere protestetur.

¶ Secundo ideo: vt alij osculantes profiteantur se esse coniunctos in vnitate fi-
dei. Per Christum in ara crucis immolatum.

Articulus. xj. Rationem ac significationem decimi principalis exponens.

¶ Post communionem & calicis ad digitorum cum vino ablutionem sumitur

CAPITVLVM DECIMVM.

illud vinum.

¶ Primo: idco: vt reliquiæ specierum sacramentalium si quæ in ore remanserint cum illo transglutiantur.

¶ Secundo: vt per hoc significetur quòd sacerdos deinceps manere debeat mûdus. Et seruare saporem ac odorem vini. Compunctionis & tristitiæ in corde. Gratiarum actionis & lætitiæ in ore. Rectæ cõuersationis & iustitiæ in vita & opere.

Articulus. xij. Superius determinata breuiter epilogan, & hoc opus concludens.

¶ Ea quæ circa officium missæ quo ad ministrum celebrandi locum, tempus, ac cætera in sumario huius operis annotata: dubitationē ingerere possunt, sub compendio sufficienter resoluta putamus. Nam si aliqua alia occurrant ex his quæ diffinita sunt diligenter consideratis de facili solui possunt.

¶ Solicite præterea curet ille per cuius negligentiam defectus aut error aliquis commissus fuerit: vt debitam super illo pœnitentiam agat.

¶ Et quia iuxta sacrorum canonum cõstitutiones quidam defectus specialem exigunt satisfactionem: tutum est vt in casibus difficilibus prælatus superior consulatur: cui tales sunt reseruandi.

¶ Non lateat nenique lectorem: doctores diuersos circa quædam in superioribus determinata non vniformiter: sed sæpius contrarie sentire. vnde fieri non potuit vt singulorum sententias immitaremur: sed hoc nobis suffecisse videtur: vt omni affectu ad opinantes secluso: id quod nobis verius aut magis congruū vel tutius visum est vt diffiniremus ad gloriã Iesu Christi: qui cum patre & spitu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum benedictus. Amen.

Deo gratias.




ABES in hoc volumine diligens le- is hunc (quem
 sacerdotalem dicunt tr- nire vtilitatis libel- e singulis eccle-
 siasticis sacramentis: eor- que administratione, de brandis missa-
 rum solennis, de omnibus denique ecclesiastici- istam confessorem
 quam poenitentem attinentibus canonicè obseruadis, tum de interdico, vt pote quid
 quare, quando interdicare contingit, deque irregularitate videlicet cum quis, quare,
 quando, quomodo irregularitatem incurrere censetur: plene determinans: in quo
 omnes sacerdotes (hæc namque eos latere absurdum est) & potissime animarum cu-
 ram gerentes: ac cæteros confessionum auditores: egregius ille vir magister Nicolaus
 de Ploue decretorum doctor salubriter erudire fategit.


¶ Deinde quoddam aliud acutissimi viri Theologi Ioannis Gersonis opus Triparti-
 tum & de præceptis Decalogi, de confessione deque moriendi sciëntia: sane opus nedum
 presbyteris: immo cuius Christiçole saluberrimum.


¶ Denique eiusdem Ioannis Gersonis alium quendam tractatum de personarum cu-
 iuscunque gradus, ætatis, conditionis, interrogationibus in confessione faciendis ac-
 commodatissimum.


¶ Habes insuper postremo candide lector resoluta ferme omnia dubia quæ tibi cir-
 ca diuinorum mysteriorum celebrationem occurrere possunt. Deinceps ob id tua in-
 terest hæc tantummodo iugi lætione percurrere, diligentiq; annotatione in tuam
 recludere memoriam. Nulla quippe de cætero te à graui, tum negligentia, tum inertis
 torporis culpa (si quam incaute saltem incideris) ignorantia excusabit.


¶ Quæ profecto omnia sane satis magna sollicitudine à vitiorū maculis deterfa: atque
 annotatiunculis in marginibus per pulchris ornata. lineari ū insuper protractio-
 nibus ad modum necessarijs (præter quas fere totum claudicabat opus)
 dilucide vt ipse videre potes: fuere distincta. Impressa quoque in
 insigni metropolitana ciuitate Cæsaraugust. mira solertia lar-
 gisq; expensis Bartholomæi de Nagera. Anno post
 Christiferę virginis partum Millesimo quingen-
 tesimo quinquagesimo quinto. Decimo
 septimo calendas Ianuarij. Vale, &
 foelici tibi sospitate frui no-
 bisq; concedat re-
 gnator o-
 limpi.











H-8-63

Manuscritos
Anotaciones encontradas en el
libro
2h : 20 cm x 5 cm -



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Plaza Paraíso, 1
Teléf. 976 76 18 54
50005 ZARAGOZA

Sint
exple
et futu
est
qu
Leu
ut ad
nera
re
obvio
sub
dex

ep
mis
ref
cun
que
deu
cun
abs
Mula
dea

ad animi concep
bia, nec se, nec
cravitate exple
ad figuris de
us rem minuunt
laxa, ledere, probul
ent nomina demiz
e, manculu et qua
ponatur, ut
fabriatus, fabri
ali id genus
bus, et novis

amore Cice. ad
querunt, semper
habenda, namque
et rone prisca di
sunt, et nova
sed post
igitur, quid
? quid nobis
a alienis?
nova pepererunt,
e ingresibus
sici quolibet
sua substituere
lij scriptores

trone

si qu

lieri

papo

lo

men

non

et se

quid

cora

bra

et or

habe

apli

cab

Hac

Im

6

14

m

sona

la

da

ba

ma

verbis novis

ratione mol-

to monacoru

sep aut ut vad

Amnator

trada nome est

mentu cruru

vacantur non

ratione ver

qui acdu

colubrina

qmenomere

det sacra ut

ad expli

us, et ex dibus

et significabat

sona acsylla

expliteris et

obtinere sunt

antia, que

quibus constat

quidam

quidam

quidam